





Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

44.1.2.

44
6
10

JOSEPHI
R A G V S Æ
SOCIETATIS IESV
THEOLOGI

COMMENTARIORVM, AC DISPVTATIONVM
in tertiam partem D. THOMÆ

TRACTATIO POSTERIOR.

QVÆ E S T

De CHRISTO Domino per se, hoc est, de eius vnitate,
officio, cultu, & électione..

CVNC PRIMVM PRODIT.

Cum indicibus Questionum, & Articulorum; Disputationum, & paragrapborum; Locorum
sacrae Scriptæ, & Rerum, ac verborum notabilium.



L V G D V N I,

Sumptibus Iacobi Cardon & Petri Cauellat.

M. D. C. X.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



SERMO PRINCIPI AC DOMINO

D.RANVCCIO FARNEST
PARMÆ ET PLACENTIÆ

D V C I , &c.

JOSEPHVS RAGVSA salutem & felicitatem precatur.

NON erit, credo, difficile plures assequi causas inuestiganti, cur volumen hoc meum tuo potissimum nomini consecratum, in vulgus prodeat, (SERENISS. PRINCEPS.) Primum natuvis dicendi florculis destitutum publicam sibi lucem, atque oculos reformidat, nisi tuis vicissim liliis coronetur.

Neque enim decet, ut olim in Capitolium triumphantes, ita nunc in sapientium Augustale Scriptores, sine corona descendere, cum præsertim tua hæc Gentilitia lilia non tam ornamento Farnesianæ posteritatis, quam ingeniosorum hominum coronamento succreuerint. Quanquam hæc demum est amplitudo familiae Regnaticis, posse plurimorum ingenia coronare liliis, & eorum quos coronat, ingenii coronari. Quare si vos plerique Scriptorum interpellant, vestrumque nomen in operum suorum fronte præfigunt; faciunt, quod à maiori bus traditum in manus habent; apud quos vsu iam planè confirmata vigebat, hodiéque viget opinio, Farnesianam domum ingeniosorum hominum esse perfugium. Sed hæc ad omnes pertingunt; illud ordinis nostri proprium. Nemo enim nescit (modò aliquid sciat) nomen istud vestrum immortalibus beneficiorum vinculis, sic esse cum nostra Societate coniunctum, ut dissolui sine Societatis dissolutione non possit. Non igitur reprehendi debent, si, quod est commune sodalitatis, sodales usurpent: egoque potissimum operi meo nomen adscribam, cuius nimirum opus ipsa sodalitas appellatur. Accedit ad hæc meæ quædam ratio peculiaris, ac propria voluntatis. Cum enim in Italiam è Parisiensi redirem Academia, & iam tum moderatorum imperiis destinarer, ut tua in vrbe Parmensi primùm aggrederer de rebus diuinis ad populum verba facere; gratulatus id mihi sum maximè, quod sperarem feliciter, fortunatèque deinceps difficile, periculosumque concionandi negotium processurum, quod tam secundis

* 2 auspicis

auspiciis magni nimirum parentis, ac tuis incipereim : mox etiam de-
creui laborum tibi partem addicere meorum , quos in explicanda
Theologia, & olim Patauij, & deinde Messanæ, ac Panormi contule-
ram. En igitur voti reus soluo quod debui; siquidem reddi possit, quod
antequam reddatur , creditoris est : imò vero si soluere quicquam is
possit, qui quantus quantus est, totus eius est, cui soluit. Ego vero in-
ter plurima commoda , quæ mihi ex hac tui nominis usurpatione
proueniunt, illud sum consequutus amplissimum:nam vt meum hoc
munus Celsitudini tua par esse non potest ; ita dum in eo
nomen tibi tuum affero, & veluti te tibi dico, certè
aliquid affero , quod te planè dignif-
simum habeatur.

V A L E .



FACVL

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS IESV
in Provincia Lugdunensi.

 Go Bartholomaeus Iacquinotius Societatis Iesv in Provincia Lugdunensi Praepositus Provincialis, librum qui inscribitur, Iosephi Raguse Soc. IESV Theologi Commentariorum, ac disputationum in tertiam partem D. Thome tractatio posterior, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 10. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus nostris Societatis compositos, absque superiorum eius permissione imprimant, permitto IACOBO CARDON & PETRO CAVELLAT Lugdunensibus Bibliopolis, ut ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possint. Datum Lugduni die 22. Nouembris 1619.

B. IACQVINOTIVS.

Approbatio Theologorum.

Nos infra scripti S. Theologiz Doctores fidem facimus, vidisse, & perlegisse librum, cui inscriptio, Iosephi Raguse Soc. Iesu Theologi Commentariorum, ac disputationum in tertiam partem D. Thome tractatio posterior, omniaque in illo iuxta orthodoxam Catholicam, Apostolicam, ac Romanam Ecclesiam, & SS. Patrum sanam doctrinam summa cum eruditione exponi. Lugduni 5. Nouemb. 1619.

FR. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

DEVILLE.

R. D. D. de Meschatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesie Lugdunensis, in suprema Dombarum Parlamenti Curia Consiliarius, Galliarum Primitivis Officialis, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis, librum inscriptum, Iosephi Raguse Soc. IESV Theologi Commentariorum, ac disputationum in tertiam partem D. Thome tractatio posterior, & à Theologis recognitum, typis mandari permittimus. Lugduni 13. Iulij 1620.

MESCHATIN LA FAYE.

C O N C E S S I O.

LIBRVM hunc, qui inscribitur, Iosephi Raguse Soc. IESV Theologi Commentariorum, ac disputationum in tertiam partem D. Thome tractatio posterior, Ego ALEXANDER BOLLOVD Aduocatus Regis in publicum edi non renuo. Lugduni 24. Iulij 1620.

BOLLOVD.

LIBRVM hunc inscriptum, Iosephi Raguse Soc. IESV Theologi Commentariorum, ac disputationum in tertiam partem D. Thome tractatio posterior, à IACOBO CARDON & PETRO CAVELLAT Bibliopolis Lugdunensibus in lucem dari permittimus: simul ne quis citra factam ei ab ipsis potestatem, denuò excusat, interdicimus. Datum Lugduni die 28. Iulij 1620.

SEVE.

*SVMMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO
Galliarum Rege conceſſi.*

 **V D O V I C I X I I I .** Galliæ , & Nauarræ Regis auctoritate fancitum est , atque patentibus literis cautum , ne quis in Regno suo , aliisve locis ditioni suæ subiectis , intra proximos annos decem , à die impressionis primæ inchoandos , ac numerandos excudat , excudendum , vendendūmque quoquis modo , & ratione curet librum , qui inscribitur , *Josephi Ragusa Soc. Iesu Theologi Commentariorum , ac disputationum in tertiam partem D. Thome tractatio posterior , præter IACOBVM CARDON & PETRVM CAVELLAT , Bibliopolas Lugdunenses , aut illos , quibus ipsimet concesserint . Prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis , eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare , vel quempiam vbiunque fuerit , ad id agendum impellere , ac instigare , sine consensu dictorum IACOBI CARDON & PETRI CAVELLAT . Idque omne sub confiscaſione librorum , aliisque poenis originali Diplomate contra delinquentes expressis . Datum Parisis die 7. Ianuarij 1620.*

De mandato Regis,

Signatum,

B R V L A R T .

ELENCHVS



ELENCHVS

QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM TERTIÆ PARTIS D. THOMÆ HAC POSTERIORI TRACTATIONE COMPREHENSORVM.

QVÆSTIO XIX.

- D**E pertinenib[us] ad unitatem Christi,
quantum ad operationem. col. 6.
Artic. I. Vtrum in Christo sit una
tantum operatio diuinitatis, &
humanitatis. ibid.
II. Vtrum in Christo sint plures actiones hu-
manæ. 7
III. Vtrum actio humana Christi potuerit ef-
fe sibi meritaria. 9
IV. Vtrum Christus aliis mereri potuerit.
73

QVÆSTIO XX.

- D**e conuenientibus Christo secundum quod Patri fait
subiectus. 113
Artic. I. Vtrum dicendum sit Christum esse
subiectum Patri. ibid.
II. Vtrum Christus sit subiectus sibiipſi. 116

QVÆSTIO XXI.

- D**e oratione Christi. 145
Artic. I. Vtrum Christo competit orare. ibid.
II. Vtrum Christo conueniat orare secundum
suam sensualitatem. 147
III. Vtrum fuerit conueniens Christum pro se
orare. 148
IV. Vtrum oratio Christi semper fuerit exaudita.
149

QVÆSTIO XXII.

- D**e Sacerdotio Christi. 159
Artic. I. Vtrum Christo conueniat esse sacer-
dotem. ibid.
II. Vtrum Christus fuerit sacerdos & ho-
stia. 168

- III. Vtrum effectus sacerdotij Christi sit pecca-
torum expiatio. 169
IV. Vtrum effectus sacerdotij Christi non lo-
lum ad alios pertinuerit, sed etiam ad ipsum.
171
V. Vtrum sacerdotium Christi permaneat in
eternum. 175
VI. Vtrum sacerdotium Christi fuerit secun-
dum ordinem Melchisedech. 180

QVÆSTIO XXIII.

- D**e adoptione Christi. 205
Artic. I. Vtrum Deo conueniat filios adoptare.
ibid.
II. Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.
207
III. Vtrum adoptari sit proprium rationalis
creaturez. 208
IV. Vtrum Christus secundum quod homo sit
filius Dei adoptiuus. 215

QVÆSTIO XXIV.

- D**e prædestinatione Christi. 239
Artic. I. Vtrum Christo conueniat prædestina-
tum esse. ibid.
II. Vtrum hæc sit falsa, Christus secundum
quod homo, est prædestinatus esse filius
Dei. 241
III. Vtrum prædestinatione Christi sit nostræ
prædestinationis exemplar. 257
IV. Vtrum prædestinatione Christi sit causa no-
stræ prædestinationis. 258

QVÆSTIO XXV.

- D**e adoratione Christi. 259
Artic. I. Vtrum vna, & eadē adoratione sit ado-
rāda diuinitas Christi, & eius humanitas. 274
* 4 II. Vtrum

ELENCH. QVÆST. ET ART.

- II. Vtrum humanitas Christi sit adoranda adoratione latræ. 275

V. Vtrum mater Christi sit adoranda adoratione latræ. 322

III. Vtrum Christi imago adoranda sit latræ. 333

IV. Vtrum crux Christi sit adoranda adoratione latræ. 418

VI. Vtrum reliquæ sanctorum sint adorandæ. 439.

QVÆSTIO XXVI.

- | | |
|--|--------------|
| <i>De eo quod Christus mediator Dei, & hominum dicatur.</i> | 454 |
| <i>Art. I. Vtrum esse mediatorum Dei & hominum sit proprium Christo.</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>II. Vtrum Christus secundum quod homo sit mediator Dei.</i> | 412 |

F. J. NELSON



SYLLA

SYLLABVS
DISPV TATIONVM
ET PARAGRAPHORVM.

DISPV TATIO I.

<i>Vae opera fuerint in Christo per se meritoria.</i>	col.10
<i>Expenditur sententia, que docet Christum meruisse per amorem visionis beatae, & sententia, que proinde docet Christum meruisse per alium necessarium.</i> §. 1.	12
<i>Expenditur sententia, que agnoscit meritum Christi tantum in amore proximi.</i> §. 2.	13
<i>Expenditur sententia ponens duplēam amorem in Christo, scilicet liberum, & necessarium.</i> §. 3.	14
<i>Reiicitur hæc tertia sententia.</i>	16
<i>Expenditur sententia de uno actu amoris, qui sub diuersa ratione fuerit liber, & necessarius.</i> §. 4.	18
<i>Verior sententia.</i> §. 5.	20

DISPV TATIO II.

<i>An Christus meruerit per opera precepti.</i>	24
<i>Quomodo constare possit cum visione beatifica libertas ad opera precepti; exponitur per tria capita sententiārum.</i> §. 1.	25
<i>Exponitur secundum caput, ac tres modi sub ipso.</i> §. 2.	26
<i>Expenditur secundus modus sub secundo capite.</i> §. 3.	ibid.
<i>Expenditur tertius modus sub secundo capite.</i> §. 4.	27
<i>Exponitur tertium caput opinionum.</i> §. 5.	32
<i>Exponitur secundus modus iuxta duplēam amorem scientie beate, & infuse.</i> §. 6.	33
<i>Preponuntur alijs tres modi.</i> §. 7.	34
<i>Proponitur verior sententia.</i> §. 8.	36

DISPV TATIO III.

<i>An ex visione beatifica existat in voluntate Christi necessitas ad actus à Deo predefinitos, & ad actus melioris boni.</i>	39
---	----

DISPV TATIO IV.

<i>Quando incepit meritum Christi.</i>	40
DISPV TATIO V.	
<i>An Christus meruerit, & mereatur post mortem.</i>	44
<i>Exponitur dubitatio de vulnera lateris Christi, an & qua ratione contulerit ad meritum.</i>	47
§. 1.	

DISPV TATIO VI.

<i>An Christus meruerit gratiam & gloriam corporis, exaltationem nominis, &c.</i>	52
<i>Verior sententia.</i> §. 1.	62
<i>Soluuntur argumenta.</i> §. 2.	65
DISPV TATIO VII.	
<i>An Christus meruerit sibi alia bona, scilicet gloriam corporis, exaltationem nominis, &c.</i>	66
<i>De merito resurrectionis & aliorum bonorum.</i>	
§. 1.	69

DISPV TATIO VIII.

<i>Quenam bona Christus nobis meruerit.</i>	73
<i>An Christus meruerit nobis remissionem peccatorum, & primam gratiam.</i> §. 1.	75

DISPV TATIO IX.

<i>An Christus meruerit nobis dispositiones omnes ad gratiam.</i>	78
<i>Satisfit argumentis.</i> §. 1.	83
<i>Soluuntur secundum argumentum, & agitur de auxilio necessario ad bene vivendum, quo casu Christus non venisset.</i> §. 2.	ibid.
<i>Soluuntur tertium argumentum, & declaratur, an & quomodo Adam habuerit fidem, & posteri per ipsum.</i> §. 3.	86

DISPV TATIO X.

<i>An detur ex meritis Christi gratia efficax, & omne beneficium gratiae, quo unus ab alio distinguitur.</i>	88
--	----

DISPV TATIO XI.

<i>An Christus sit causa meritoria nostræ predestinatio</i>	
---	--

SYLLAB. DISP. ET PARAGR.

<u>nacionis, & electio eius.</u>	96	<u>Quousque et quatenus Aaron, et Melchisedech</u>
<u>Exponitur quomodo extra voluntatem Dei pos-</u>		<u>christianum representent, & primum de Aa-</u>
<u>sit sicutem potentia absolute dari causa pre-</u>		<u>ron. §.1.</u>
<u>destinationis. §.1.</u>	<i>ibid.</i>	185
<u>Statuitur communior, veriorque sententia. §.2.</u>		<u>Quid habeat commune cum Christo Melchise-</u>
100		<u>dech. §.2.</u>
<u>Exponitur modus quo meruit Christus nobis pre-</u>		187
<u>destinationem. §.3.</u>	102	<u>Secundum quem ordinem Christus sit sacerdos.</u>
		189
DISPV TATIO XII.		DISPV TATIO XXIV.
<u>Quidnam meruerit Christus hominibus iam in-</u>		<u>An et qua ratione Christo conueniat Regem</u>
<u>tuticari.</u>	110	<u>esse.</u>
		DISPV TATIO XXV.
DISPV TATIO XIII.		<u>An Christo conueniat regnum temporale.</u>
<u>An Christus fuerit subiectus legibus, et preceptis.</u>		197
117		<u>An Christus habeat dominium directum totius</u>
<u>An Christus habuerit speciale preceptum mo-</u>		<u>orbis. §.1.</u>
<u>rimenti pro hominibus.</u>	121	<i>ibid.</i>
DISPV TATIO XV.		DISPV TATIO XXVI.
<u>An Christus dicendus sit subiectus Patri simpli-</u>		<u>An regnum Iudeorum hereditario iure pertineat</u>
<u>citer, an solum cum addiro, vel homo.</u>	125	<u>ad Christum.</u>
		201
DISPV TATIO XVI.		DISPV TATIO XXVII.
<u>An Christus dici possit seruum Dei.</u>	129	<u>Quanam rationales creature propriè dicantur</u>
<u>Christum esse propriè seruum probatur ex Scri-</u>		<u>adoptari.</u>
<u>ptura, et vsu, & ratione huius nominis. §.1.</u>		210
130		<u>An omnes iusti siue reprobri siue predestinati, sint</u>
<u>Eadem proppositio probatur Patrum testimonio.</u>		<u>filij Dei adoptiui. §.1.</u>
§.2.	134	214
<u>Idem probatur ratione. §.3.</u>	137	DISPV TATIO XXVIII.
<u>An et quomodo communicatio bonorum tollat</u>		<u>An Christus vel homo sit filius Dei naturalis, et</u>
<u>rationem seruitus. §.4.</u>	139	<u>qua ratione.</u>
<u>Satisfit argumentis contrarie sententie. §.5.</u>	141	216
DISPV TATIO XVII.		<u>An Christus ratione generationis temporalis,</u>
<u>An Christus in hac mortali vita orauerit.</u>	150	<u>quatenus homo specificatim sit filius Dei. §.1.</u>
		217
DISPV TATIO XVIII.		DISPV TATIO XXIX.
<u>An Christus in celo existens orez pro nobis.</u>	153	<u>An Christus vel homo sit filius Dei adoptivus.</u>
DISPV TATIO XIX.		223
<u>An Christus vere sit sacerdos.</u>	161	DISPV TATIO XXX.
DISPV TATIO XX.		<u>In quo gradu certitudinis verum sit Christum</u>
<u>An Christus sit sacerdos vel Deus, sive homo.</u>	165	<u>non esse filium adoptium.</u>
		230
DISPV TATIO XXI.		<u>An et quousque sit recipienda epistola, que sub</u>
<u>An aliquis ex aliis effectibus sacerdotij ad Christum</u>		<u>nomine Adriani, et Concilium quod sub no-</u>
<u>pertineat.</u>		<u>mime Francofondiensis iam extant. §.1.</u>
		231
DISPV TATIO XXII.		<u>Huiusmodi fuerit error Elipandi. §.2.</u>
<u>Quo sensu et ratione sacerdotium Christi sit</u>		233
<u>seruum.</u>	175	DISPV TATIO XXXI.
DISPV TATIO XXIII.		<u>An possit dici, Christus, seu homo, vel hic homo</u>
<u>An, et quomodo sacerdotiorum Christi pertineat</u>		<u>et predestinatus est filius Dei.</u>
<u>ad ordinem vel Melchisedech, vel Aaron.</u>	181	243
		DISPV TATIO XXXII.
		<u>An rectè dicatur, filius Dei predestinatus est</u>
		<u>et sit homo.</u>
		249
		DISPV TATIO XXXIII.
		<u>An absolute possit dici, Christus est predestina-</u>
		<u>tus.</u>
		250
		DISPV TATIO XXXIV.
		<u>An Christus possit dici predestinatus ad gloriam</u>
		<u>et ad alia dona gratiae.</u>
		252

SYLLAB. DISP. ET PARAGR.

<u>DISPV TATIO XXXV.</u>	<u>DISPV TATIO XLV.</u>
<i>An humanitas Christi possit dici predestinata.</i> 254	<i>De Ihsu & cultu imaginum.</i> 335
<u>DISPV TATIO XXXVI.</u>	<i>Exponitur notio imaginis idoli, &c. §.1.</i> <i>ibid.</i>
<i>De & Ihsu nominis latiae, & adoracionis.</i> 260	<i>De hostiis & eueris oribus imaginum. §.2.</i> 336
<u>DISPV TATIO XXXVII.</u>	<u>DISPV TATIO XLVI.</u>
<i>An adoratio consistat in actu externo, vel interno.</i> 262	<i>An sit lege naturae prohibitum imagines facere, & habere.</i> 338
<u>DISPV TATIO XXXVIII.</u>	<u>DISPV TATIO XLVII.</u>
<i>Quomodo & quaratione Christus ut Deus adorandus sit.</i> 276	<i>An fuerint prohibita Iudeis imagines iure diuino positivo.</i> 341
<u>DISPV TATIO XXXIX.</u>	<i>Satisfit argumentis contrarie sententie. §.1.</i> 346
<i>An sancti sint adorandi.</i> 281	<u>DISPV TATIO XLVIII.</u>
<i>Eadem veritas probatur ratione. §.1.</i> 285	<i>De imagine Dei an sit pingenda.</i> 347
<i>Eandem veritatem probant peculiaria Ecclesie officia, ratione que colendi sanctos. §.2.</i> 286	<i>Satisfit argumentis contrarie sententie. §.1.</i>
<i>Soluuntur aduersariorum argumenta. §.3.</i> 291	<i>350</i>
<u>DISPV TATIO XL.</u>	<i>De imagine Agni. §.2.</i> 353
<i>Cuius virtutis sit adoratio Dei & Angelorum arque hominum.</i> 295	<u>DISPV TATIO XLIX.</u>
<i>Solutio secundum argumentum, & redditur ratio cur eadem charitate ametur Deus, & sancti, non colantur vero eadem religione.</i>	<i>An imagines in templis recte collocentur.</i> 354
<i>§.1.</i> 299	<i>Soluuntur argumentum aduersariorum ex Concilio Elberitino. §.1.</i> 355
<u>DISPV TATIO XLI.</u>	<i>Soluuntur argumentum aduersariorum ab auctoritate Epiphani. §.2.</i> 357
<i>An adoratio latiae conueniat Christo, vi homini, id est, etiam humanitati ipsius.</i> 303	<u>DISPV TATIO L.</u>
<i>Exponitur vera sententia, & probatur auctoritate Patrum, & Conciliorum. §.1.</i> 305	<i>An imagines Dei, Christi & sanctorum sint adoranda.</i> 360
<i>Eadem veritas probatur ratione ducta ab auctoritate. §.2.</i> 307	<i>Satisfit argumentis aduersariorum, ex Scripturis, & Patribus. §.1.</i> 366
<u>DISPV TATIO XLII.</u>	<i>Satisfit argumentis duellis ab auctoritate Patrum. §.2.</i> 371
<i>An humanitati Christi per se possit seorsim soli aliqua adoratio exhiberi.</i> 310	<i>Satisfit argumento aduersariorum ab auctoritate Constantinopolitanorum quorundam Conciliorum. §.3.</i> 373
<i>Proponuntur due sententie. §.1.</i> 312	<i>Quae sit sententia Concilij Francofordiensis de imaginibus. §.4.</i> 374
<i>Proponuntur prior sententia, & probatur auctoritate Conciliorum. §.2.</i> 313	<i>Soluuntur argumentum ex libris Carolini. §.5.</i> 383
<i>Eadem propositio probatur auctoritate Patrum. §.3.</i> 314	<u>DISPV TATIO LI.</u>
<i>Probatur ratione. §.4.</i> 317	<i>An imagines adorari possint cultu distincto ab exemplari, & absque eo quod adoretur exemplar.</i> 385
<i>Satisfit argumentis prime sententie. §.5.</i> 320	<i>Eadem veritas confirmatur auctoritate Conciliorum, & Patrum. §.1.</i> 391
<u>DISPV TATIO XLIII.</u>	<i>Qua ratione recte probetur imaginis adoracionem ex natura rei ferri simul directe in exemplar. §.2.</i> 394
<i>An B. Virgo colenda sit cultu sacro, & religioso.</i> 323	<i>Quomodo recte constet cum hac sententia quicquid dicunt Concilia, & Patres de adoracione imaginum. §.3.</i> 395
<u>DISPV TATIO XLIV.</u>	<i>An aliquo modo imago possit adorari non adorato exemplari. §.4.</i> 402
<i>Ad quam virtutem pertineat adoratio B. Virginis.</i> 327	<u>DISPV TATIO LII.</u>
<i>Exponitur prima ratio adorationis. §.1.</i> <i>ibid.</i>	<i>Quis modus loquendi sit observandus, cum agitur</i>
<i>Exponitur secunda ratio adorationis, id est, sanctitas. §.2.</i> 328	<i>tur</i>
<i>Exponitur tertia ratio adorationis B. Virg. id est, maternitas. §.3.</i> 329	

SYLLAB. DISP. ET PARAGR.

tur de imaginum adoratione. 407

DISPV TATIO LIII.

Vtrum homo & relique creature ratione similitudinis, seu coniunctiovis, quam habent cum Deo, possint adorari. 412

DISPV TATIO LIV.

Utrum crux Christi sit adoranda. 419

De cruce vera Domini. §.1. 420

Principium venerandi crucis argumentum ab insigne eiusdem inventione. §.2. 427

De imagine crucis. 429

De signo crucis. 433

Vtrum crux sit causa suorum effectuum ex operae operato. §.5. 436

Soluuntur argumenta. §.6. 437

DISPV TATIO LV.

De qualitate adorationis debite cruci. 438

DISPV TATIO LVI.

An corpora, alie que sanctorum reliquie venerande sint. 440

Soluuntur argumenta aduersariorum. §.1. 444

Soluuntur primum argumentum, & exponitur locus Matth.23. & Luce 11. Vx vobis qui edificatis monumenta &c. §.2. ibid.

Soluuntur secundum argumentum ex cap.5. 2. ad Corinth. §.3. 448

Soluuntur tertium argumentum ex cap.2. ad Colossenses. §.4. 449

Soluuntur quartum argumentum ex corpore Moy sis à Deo occultato. §.5. ibid.

Soluuntur quintum argumentum ex auctoritate Concilij Eliberitani, Hieronymi & Augustini. §.6. 450

Soluuntur argumentum à ratione. §.7. 452

DISPV TATIO LVII.

Qui cultus debeatur sacrī reliquiis. 452

F I N I S.



TER TIAE



TERTIÆ PARTIS
SVMMÆ THEOLOGIÆ
ANGELICI DOCTORIS
SANCTI THOMÆ,

CVM COMVENTARIIS.
ET DISPVNTATIONIBVS

P. IOSEPHI RAGVSÆ SOC. IESV,

POSTERIOR TRACTATIO

Quæ est

De Christo Domino per se, hoc est, de eius unitate, officio, cultu, & electione.

IN CONSTITVENDIS obiectis sive scientiarum, sive cuiuscunq[ue] confiderationis, docent p[ro]l[ati]o[n]es qui tradunt precepta logica, subiectum esse illud, quod est terminus generationis, atque ad ipsum pertinente principia, & causas, tum intrescas, tum extrinsecas generationis, ipsamque generationem. Id quod etiam verum est in vniuersitate doctrina, qua traditur à S. Thoma à prima questione 3. paris, usque ad 26. nempe ut Christus sit subiectum huius doctrinae, seu scientie, eo modo quo initio diximus posse esse scientiam de Christo, scilicet theologican: atque omnia, quibus ipse Christus conflatur, scilicet hypothesis diuina, & natura humana, similiq[ue] diuina, ac generatio ipsius quæ est incarnationis, ad eundem, tanquam ad subiectum pertinet. Nihilominus illud etiam obseruantur, est, scilicet subiectum hoc, quod est Christus, esse individuum duarum modò dictarum naturarum, & habere suam singularitatem, & individuationem, quam sub insidenaturis habent alia individua, tum diuinatis: est enim Christus individuum naturæ diuinæ constitutum per individuationem, qua est aptum constituti individuum naturæ diuinæ, scilicet per relationem, sicut constituantur aliae due personæ, loquendo saltem de individuo completo, & ultimo terminato: tum etiam naturæ humana per individuationem, qua est apta individuari, sicut individuantur alia singulare individua. Atque ita sive spectetur Christus, ut homo & Deus, sive ut hic homo, & hic Deus, in nomine huius nominis, & huius Dei comprehenduntur principia naturæ, & principia individuationis, similiq[ue] producuntur huius individui, sicut in nomine cuiuscunq[ue] hominis. Ceterum habet aliquid praeter hoc individuum, quod non habent alia; scilicet quoddam constat ex natura humana, &

A supposito diuino, & subsistat in duabus naturis, multaque præterea comprehendat, quæ consequuntur ex vi huius unionis, quæ omnia neque significantur nomine naturæ diuinæ, vel humanae, sive in concreto, sive in abstracto sumptu, neque nomine individui naturæ humanae, vel diuinæ, quantum est individuum talium naturarum; sed solùm aliunde prouenient ex singulari Dei operacione, quæ neque per se pertinet ad naturas, neque ad individua, neque ad utriusque constitutionem, & generationem. Eiusmodi vero sunt gratia, scientia, immunitas à peccato. Proprieta oportet omnia haec seorsim tractati distincta tractatione, quod fecit S. Thomas quindecim prioribus questionibus, quæ possunt dici nominatim de incarnatione, statuürque de ipsa seorsim una prior tractatio. Nam vero ubi constitutus fuerit Christus ex omnibus, quæ secundum affectum incarnationis, consequens est agere de ipso iam constituito, quod facit S. Thomas à questione 17. tractans de unitate ipsius; quæ significat superioribus questionibus, ubi cogit de unione suppositi Verbi, & naturæ, similiq[ue] de unitione duarum naturarum, nondum definitissime, utrum Christus esset aliquid unum, sed solùm per trahentes ipsam incarnationem, prout est compositio naturæ humanae, & suppositi diuini, similiq[ue] unio duarum naturarum: at vero questione 17. deinceps disputat, an sit aliquid unum; priùm quatenus constat duabus naturis, & una persona; deinde simpliciter secundum esse; ubi vero constituit esse unum, quod proinde possit esse unum subiectum perfectum, & compleatum per se scientias, seu confiderationis, mox incipit tractare ea, quæ solent de subiectis disputari, nimirum ubi constitutus sit unus Christus, quemam in ipso unum, vel plura sunt: nun voluntates, & operationes? Deinde de officiis ciusdein erga Patrem, cuiusmodi est subiectum esse, orare, sacrificare, & vicissim Patris erga ipsum, scilicet adoptare, & prædestinare. Ad extre-

Iof. Ragusa vs 3.p. D. Test. null. post.

A inim

Quod autem intellexeris duas esse operationes in Christo, unam diuinam naturam, aliam autem humana, pales ex his, que dicitur in cap. de Divinitate, ubi dicit, quod huius que pertinet ad humanan eum operationem, Pater, & Spiritus sanctus nulla ratione comunicante, nisi quis dixerit secundum benignissimam, & infernoscendam voluntatem: in quantum fiducia Pater, & Spiritus sancti noster ex sua misericordia voluntarium Christianum agere, & pacem humana. Addit autem & omnibus sublimissimam, & inseparabilem Dei operationem, quam bono pro nobis factum adimplens, immutabilis profectio Dei, & Dei verbum. Sic igitur pater, quod alia est operatio humana, in qua Pater, & Spiritus sancti sunt non communicante, nisi secundum acceptationem inferius, inde sua: & alia est eius operatio, in quantum est Dei Verbum, in qua communicant Pater, & Spiritus sanctus.

A secundum dicendum, quod instrumentum ducere aliiquid agere ex eo quod mouetur a principali agente, quod in me praeferens potest habere propriam operationem secundum suam formam, ut id igitur dicitur est. Sic ergo alio instrumenti, in quantum est instrumentum non est alia ab aliis principiis agentiis: potest tamen habere aliam operationem, prout est res quaedam. Sic igitur operatio, qua est humana natura in Christo, in quantum est instrumentum diuinitatis, non est alia ab operatione diuinitatis enim est alia natura, qua salua humana Christi, & diuinitas eius. Habet tamen humana natura in Christo, in quantum est natura quadam, quendam propriam operationem, prout dicitur, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod operari est hypothesis subfinitus, sed secundum formam, & naturam, a qua operatio speciem recipit. Et ideo a diversitate formarum, seu naturarum est diversa species operationum: sicut ab omni hypothesis est omnia secundum numerum, quantum ad operationem species. Scilicet igitur habet duas operationes specie differentes, scilicet illuminare, & calefacere, secundum differentiam lucis, & caloris: & tamen est una numero illuminatio igitur semel illuminans. Et similiter in Christo operari quod sit duae operationes specie differentes, secundum duas naturas, quilibet tamen operatum est una numero in Christo semel facta, scilicet una ambulatio, & una sanatio.

Ad quartum dicendum, quod esse. Et operari est persona à natura, alter tamen, & alter. Nam est pertinere ad ipsum constitutionem personae: & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini. Et ideo unius persona requiri videntur ipsius esse completi, & personalia. Sed operario est quidam effectus personae secundum aliquam formam, vel naturam: unde plurimi operationum non presudicunt unitati personali.

Ad quintum dicendum, quod aliud est proprium operationis operationis diuina, & operationis humana in Christo: quia operationum proprium diuina operationis est sanatio leprosi, operationum autem proprium humana natura, est eius contra illam. Convenit autem amba operationes ad unum operatum, secundum quod una natura agit cum communiione alterius, ut dictum est.

INTELLIGENTIA tituli, & questionis procedit primò ex distinctione harum duarum vocum, scilicet operatio, & res operata, quarum illa significat actionem, haec terminum eius. Secundò supponit multiplicatio formis: esse necessarium multiplicari operationes. Tertio quando in formis est subordinatio inferioris, & superioris, ea subordinatio potest esse duplex. Primo quod applicationem, qua applicantur inferiores ad operandum suas proprias operationes, ita ut nullam aliam habeant operationem superiori forma, seu agens, nisi applicare illas, & hoc modo operationes inferiorum sunt res operatae, respectu superioris: operatio vero superioris est applicatio: & opera quidem multiplicatur ob multiplicationem principiorum inferiorum: & operatio vero est vna, quia est unum principium. Explicit hoc S. Thomas exemplo membrorum, seu facultatum plurium cor-

of Regna in 3.p. D. Tractat. pell.

A potis, quæ applicentur singula ab uno principio, quod est anima, ad suas proprias operationes. Secunda subordinatio potest esse quoad viuum inferioris forme, seu agentis, cuiusque operationis in finem proprium, propriamque operationem superioris agentis, quomodo securis, cuiusque actio applicatur ab artifice ad effectum sciamni, que est operatio ipsius artificis propria: & hoc modo non solùm multiplicatur operata, verum etiam operationes: est enim ibi duplex operatio, vna propria securis, scilicet secundare; alia propria artificis, qua est facere sciamnum, quæ quidem non conuenit securi, nisi ut instrumento artificis. Quartò supponit, diuinitatem, & humanitatem in Christo esse per se formas distinctas, & principia distincta, cum subordinatione tamen, ut humanitas sit subordinata diuinitati.

His positis conclusio S. Thomæ est, in Christo non est vna tantum operatio, sed duæ, scilicet diuinitas, & humana. Probatur. Humanitas Christi non subordinabatur diuinitati primo modo, sed secundo modo: at hoc modo non est vna, sed duæ operationes distinctæ: forma superioris, & inferioris: ergo in Christo non est vna, sed duæ operationes. Major probatur, quia vbi sunt plures formæ, & plures principia, sunt plures operationes, non autem vna: subordinatio autem primo modo sumpta, vel non est inter plures formas, siquidem vna anima est forma, quæ dat eis toti, & singulis partibus, quæ mouent ab ipsa: vel si sunt plures formæ partiales partium vni animæ subiectarum, non sunt formæ perfectæ, quæ sunt integræ principia, & eaque actiua operationum suarum: anima enim constituit integrum principium viuis cum oculo, tactus cum manu, &c. In Christo autem sunt duæ formæ, quæ sunt per se singula integrum principium singularium operationum, scilicet natura diuina, & humana: ergo humana natura non subicitur diuina primo modo, sed tantum secundo. Iam minor propositio, quod secundum modo non sit vna, sed duæ operationes, factis declarata, probataque est exemplo securis.

Ex his declarat S. Thomas causam erroris hæreticorum, ponentium vnam tantum operationem in Christo: qui enim ponent vlonum vnam voluntatem in Christo, hoc ipso aufercebant humanum principium operandi, solùm agnoscentes diuinum, ac proinde censebant moueri humanitatem primum modo. Qui vero agnoscabant duas voluntates, quæ non essent duo principia diuindæ operationum, eos necesse erat austere vitramque supradictam subordinationem, & statuere vnum principium per confusionem plurium, qualis fuit Eutyches.

Obseruandum est præterea proprias, distinctasque operationes, quas assignat S. Thomas virtute nature secundum subordinationem instrumenti, & principalis agentis: esse re ipsa distinctas secundum partiales proprios terminos, cuiusmodi est sanitas leprosa, & tactus corporis leprosi, quorum hic tribuitur humanitas, cuiusque operationi, illa autem diuinitati, ut habet S. Thomas ad quintum, cuius operationi supponit illa: quomodo vero præterea humanitas sit instrumentum diuinitatis per suam propriam operationem, habeatque quidam per operationem sit instrumentum operationis principalis agentis, non explicata hic; explicata uimus nos suprà, ex sententiæ ipsius, circa questionem decimauertitam.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sint plures actiones humanae.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videntur, quod in Christo sint plures humanae operationes. Christi enim, in quantum homo, communica cum plantis in natura nutritiva, cum animalibus autem in natura sensitiva, cum Angelis vero in natura intellectiva, & ceteris hominibus. Sed alia est operatio planta, in quantum est planta: & alia animalis, in quantum est animal. Ergo Christus in quantum est homo, habet plures operationes.

2. Praterea, Potentia, & habitat distinguuntur secundum aliud. Sed in anima Christi fuerunt diversae potentiae, & diversi habitatibus. Ergo & diversae operationes.

3. Praterea, Instrumenta debent esse proportionata operationibus. Corpus autem humanum habet diversa membra diversa secundum formam. Ergo diversae operationes debent esse accommodatae. Sunt ergo in Christo diversae operationes secundum humanam naturam.

Sed contra est quod siue Darmasc. dicit in 3. lib. operatio sequitur naturam. Sed in Christo est tantum una natura humana. Ergo in Christo sunt una tantum operatio humana.

Respondet dicendum, quod quia homo est id, quod est secundum rationem, illa operatio dicitur est, multipliciter humana, que a ratione procedet per voluntatem, que est rationis appetitus. Si qua autem operatio est in homine, que non procedit a ratione, & voluntate, non est multipliciter operatio humana: sed conuenit homini secundum aliquam partem operatio humana. Quandoque quidem secundum ipsam partem elementi corporalis, sicut ferri deorsum. Quandoque vero secundum virtutem anima vegetabilis, sicut nutriti, & augeri. Quandoque vero secundum partem sensitivam, sicut videre, & audire, imaginari, & memorari, concipidere, & irasci. Inter quas operationes est differentia. Nam operationes anime sensitivae sunt aliqualiter obedientes rationi, & ideo sunt aliqualiter rationales, & humana, in quantum solent obedire rationi, ut patet per Philosopham in 1. Ethic. Operationes vero que sequuntur animi in vegetabili, vel etiam naturali elementarii corporis, non subveniunt rationi, unde nullo modo sunt rationales, nec humanae multipliciter, sed solum secundum partem humanae naturae. Deinde est autem supra, quid quando agens inferius agit per propriam formam, tunc est alia operatio inferioris agentis, & superius: quando vero agens inferior non agit, nisi secundum quod est motus a superiori agente, tunc est eadem operatio superioris agentis, & inferioris. Sic igitur in quocunque nomine pura est ea est operatio elementaris corporis, & anime vegetabilis ab operatione voluntatis, que est proprie humana. Et similiter etiam operatio anima sensitiva, quantum ad id, quod non resinetur a ratione: sed quantum ad id, quod mouetur a ratione, est eadem operatio partis sensitivae, & rationalis. Ipsius autem anima rationis est una operatio: si attendamus ad ipsam principium operationis: quid est ratio, vel voluntas. Diversificatur autem secundum respectum ad diversa obiecta: quoniam quidem diversitate aliqui appelluerunt diversitatem operatorum magis, quam operationum, indicantes de unitate operationis, sicut ex parte operantis principii. Sic enim uno queritur de unitate, vel pluralitate operationum in Christo. Sic igitur in quolibet puro nomine est tantum una operatio: quia proprie humana dicuntur: prout quam tamen sunt in homine puro quedam aliae operationes, que non sunt proprie humanae, sicut dictum est. Sed in homine Iesu Christo nullus erat minus sensitiva pars, qui non esset ordinatus a ratione. Ipsa etiam operationes naturales, & corporales aliqualiter ad eius voluntatem pertinebant, in quantum voluntas eius erat ex caro eius agens, & paleretur quia sunt sub propria, ut dictum est supra. Et ideo multo magis est una operatio in Christo quam in quocunque alio nomine.

A Ad primum ergo dicendum, quod operatio partis sensitivae, & etiam nutritiva non est proprie humana: sicut dictum est. Et tamen in Christo huiusmodi operationes fuerunt magis humanae, quam in aliis.

Ad secundum dicendum, quod potentia, & habitat diversificantur per comparationem ad obiecta. Et ideo diversitas operationum hoc modo responderet diversis potentias, & habitatibus, sicut etiam responderet diversis obiectis. Talem autem diversitatem operationum non intendimus excludere ab humanitate Christi, sicut nec tam, qua est secundum aliquid, & aliquid instrumentum: sed sicut illam, qua est secundum primum principium aliquid, & dictum est. Unde patet etiam responso ad tertium.

NO TANDVM primò, actionem humanam à S. Thoma hic intelligi cam, quam 1. 2. qnaq. 1. art. 1. ipse distinxit ab actione hominis: quod illa sit propria hominis, ut homo est, cuiusmodi est actio libera, vel per se formaliter, qualis est, qua proficisciatur immediatè à voluntate, vel secundum participationem, qualis est in potentia, que mouentur ab ipsa: hac autem sit, qua neque formaliter, neque participatione libera est, qualis est facultarum partis negativa, & suo modo etiam corporis, quatenus constat elementis.

Notandum secundò, hic à S. Thoma non intelligi vnitatem, vel pluralitatem specificam, aut numeralem, cuiusmodi est, qua sumitur ab obiectis; sic enim dubium non est esse in quolibet homine plures actiones humanas secundum plura obiecta, tum specie, tum numero distincta; sed intelligi vnitatem, vel pluralitatem principij, ut vocat Cajetan. Vrùm enim actiones sunt humanae, vel non humanae, sed tantum homini, penes principium attendi debet; vrùm scilicet proficisciuntur sive formaliter, sive secundum participationem à voluntate, vel solum à facultate, qua neque est libera, neque subiicitur in suo actu potentia libera: sicut etiam articulo precedenti ex distinctione principiorum, & formarum probavit non esse unam, sed duas operationes in Christo, quibus ad obiecto multo plures, quam duæ accipi possint.

Igitur conclusio S. Thomæ est, in quolibet puro nomine esse tantum unam operationem humana, multo vero magis in Christo. Prima pars probatur, quia est unam tantum principium operationis humanae, scilicet voluntas, & quoniam dicuntur humanae operationes non solum proprie ipsius, ut amare, & vellet, verum etiam quorundam potentiarum subiectarum, ut videte, tangere, &c. ad quos actus applicantur à voluntate: tamen haec actiones, que prout sunt à potentia, dicuntur operationes, sive distincte etiam secundum distinctionem principiorum proximorum; ut sunt à voluntate, dicuntur operata, & non operationes voluntatis non ergo multiplicantur operationes voluntatis pro multiplicatione harum, sed manet una operatio. Secunda pars, quid maximè in Christo sit una operatio humana, probatur, quia non tantum motus appetitus sensitivi, qui in Christo non praeveniebant rationem; verum etiam actiones, & passiones carnis, etanc Christi voluntaria, non quidem quoad hoc, ut sentiret, vel non sentiret sensibilia applicata, hoc enim super refutatum est, sed quoad hoc, ut vellet etiam applicationibus subiacere.

ARTI

ARTICVLVS III.

Vtrum actio humana Christi potuerit esse
sibi meritaria.

AD TERTIVM sic procedatur. Videatur, quod alio humana Christi non possit esse meritoria. Christus enim ante mortem fuit comprehensor, scilicet & modo sibi. Sed comprehensoris non est meriti: charitas enim comprehensoris pertinet ad premium beatitudinis, cum secundum eam attendatur fructus: unde non videatur esse principium merendi, cum non sit idem meritorum & premium. Ergo Christus ante passionem non mercebatur, sicut nec modo meruit.

2. Præterea, Nullus meretur id, quod est sibi debitum. Sed ex hoc quid Christus est filius Dei per naturam, debetur sibi hereditas eterna, quam ali homines per bona opera merentur. Non ergo Christus aliquid sibi mereri potuerit quia a principio fuit filius Dei.

3. Præterea, Quicumque habet id, quod est principale, non propriè meretur id, quod ex illo habuit sequitur. Sed Christus habuit gloriam anima, ex qua secundum communem ordinem sequitur gloria corporis. Aug. dicit in Epist. ad Diocesinum: Christus iam dispergunt faciem est, quod gloria anima non derubaverit ad corpus. Non ergo Christus meruit gloriam corporis.

4. Præterea, Manifestatio excellencie Christi non est bonum ipsius Christi, sed eorum, qui eum recognoscunt: unde & pro premio prouulm dilectoribus Christi, ut in manifestatione secundum illud Ioann. 14. Si quis diligat me, diligenter a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Ergo Christus non meruit manifestationem sue altitudinis.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Phil. 2. Facinus est obediens vobis ad mortem: propter quod & Deus exaltans illum. Meruit ergo ob diendo suam exaltationem: & ut ali quid sibi meruit.

Respondeo dicendum, quod habere aliquod donum per se, est nobilitas, quam habere illud per aliud: semper enim causa, quae est per se, poterit est ea quae est per aliud: ut dicimus in 8. Proph. Hoc autem dicimus aliquis habere per seipsum, cuius est sibi aliquo modo causa. Prima autem causa omnium bonorum nostrorum per autoritatem est Deus. Et per hunc modum nulla creatura habet aliquam boni per seipsum: secundum illud prima ad Corin. 4. Quid habes, quod non accipisti? Potest tamen secundario aliquis esse causa sibi aliquis boni habendis: in quantum felicit in hoc ipso Deo cooperatur. Et sic ille, qui habet aliquid per meritos proprios habet quadammodo illud per seipsum, unde nobilis habetur id quod habetur per meritos, quam id quod habetur sine merito.

Quia autem omnis perfectio, & nobilitas Christi est atri-buenda, consequens est quod ipse per meritos habetur illud, quod ali per meritos habent: nisi si tale quid, cuius caritatem magis dignitas Christi, & perfectionis producere, quam per meritos accretas: unde nec gratiam, nec foecitiam, nec beatitudinem anima, nec diminutum meruit. Quia cum meritorum non sit nisi eius, quod nondum habetur, operari quod Christus aliquando illis caruit: quibus carere, magis dimittit dignitatem Christi, quam auget meritorum. Sed gloria corporis, vel si quid aliud huicmodi est, minus est quam dignitas merendi, que periret ad virtutem charitatis. Et ideo dicendum est, quod Christus gloriam corporis, & ea que pertinent ad exteriorum eius excellentiam (scilicet effenso, veneratio, & alia huicmodi) habuit per meritos. Et sic patet, quid aliquid sibi mereri potuit.

Ad primum ergo dicendum, quod fructus, quae est alius charitatis, pertinet ad gloriam anima, quam Christus non meruit: & id si per contumaciam aliqui meruit, non sequitur, quod idem sit meritorum, & premium. Nec iam charitatem meruit, in quantum erat charitas comprehensoris, sed in quantum erat visorius: nam ipse fuit simul visor, & comprehen-

Io. Ragufo in 3. p. D.Th. tract. post.

A sor, ut supra habuum est. Et ideo, quia nunc est visor, non est in statu merendi.

Ad secundum dicendum, quid Christus, secundum quod est Deus, & filius per naturam debetur gloria divina, & dominium omnium, sicut primo & supremo domino. Nihil omnium tamen debetur ei gloria, sicut bonum beato, quam quantum ad aliquid debuit habere sine merito, quantum ad aliquid cum merito ex supra dictis partibus.

Ad tertium dicendum, quod redundantia gloria ex anima ad corpus, & ex divina ordinatione secundum congruentiam humanae meritorum, & felicit, sicut bene meretur per ultime anima, quem exercet in corpore, ita etiam remaneretur per gloriam anima redundantiam ad corpus. Et proper hoc non solum gloria anima, sed etiam gloria corporis cadit sub merito: secundum illud Rom. 8. Vniuersaliter mortalia corpora nostra, proper inhabitant Spiritum eius in nobis. Et ut potius certe sub merito Christi.

Ad quartum dicendum, quid manifestatio excellencie Christi pertinet ad bonum eius, secundum esse, quod habet in nosua aliorum: quoniam principaliter pertinet ad bonum eorum, qui cum cognoscunt, secundum esse quod habent in seipsis. Sed etiam hoc ipsum referunt ad Christum, in quantum sum manifestatio eius.

RESPONDET S. Thomas duabus conclusiōibus. Prima conclusio est, Christus quantum attinet ad facultatem merendi, potuit mereri sibi, quicquid sibi possunt ceteri homines. Probatur, nihil deficit Christi perfectionis, quæ sit in aliis hominibus, sed facultas merendi sibi est perficiō, & dignitas in hominibus: ergo est in Christo. Maior est clara. Minorem probat a ratione, quid posse habere bonum à se nobilis est, & quād posse solum ab alio: posse autem mereri est posse habere à se, & si non tanquam à causa prima, certè tanquam à causa post Deum secunda.

Secunda conclusio, quantum attinet ad res, quæ cadunt sub meriton hominum, Christus non meruit sibi omnia, quæ merentur sibi alii homines, & quorum habuit merēdi facultatem. Probatur, meriti supponit in merente deesse res, quae cadunt sub illud: sed quedam ex his, quæ merentur alii homines, nunquam Christo defuerunt: ergo non meruit illa. Maiorem affluit hic, ut certam. Minorem probat, quia sunt quedam, quibus aliquando caruissile magis minuit dignitatem Christi, quam angelorum meritorum: huiusmodi autem sunt scientia, & virtus beatifica. Vnde relinquitur, ut meruerit sibi gloriam corporis, & alia, quæ pertinent ad extermam Christi gloriam, quibus aliquando caruit.

DISPUTATIO I.

Quae opera fuerint in Christo per se
meritoria.

Non est quæstio hic de actibus, & operibus, quæ metuerint re ipsa præmium apud Deum, sed de operibus, quæ suæ naturæ fuerint apta ad merendum. Supponit autem hæc quæstio, Christum fusile capacem metiti, & habuisse actus meriti capaces; solùnque proponit ad dijudicandum, quinam actus inter multos, quos Christus exercuit, tales fuerint. Supponit, in quantum, hac capacitas meriti in Christo, cùm ex iis, que circa articulum secundum primæ quæstionis supra dicta sint de satisfactione Christi, ubi etiam de merito nō nihil differimus, praescit, quid virtutibz eadem ferè conditiones requirantur. Tunc ex conditionibus meriti, quæ traduntur i. 2. quæst. u. a. 3. quid actus

A 3 merito

meritorius debet esse honestus, liber, proportionatus præmio, persona quæ meretur, sit grata, ut in statu viae. Ex parte Dei intercedat pactum, sive promissio: quæ omnes sunt in Christo, vt patet discutenti per singula, etiam illæ, quæ a quibusdam non censorunt necessaria; cuiusmodi putant quidam Nominales esse libertatem in opere Christi meritorio, flatuentes id ipsi esse peculiares, quod mereri possit actu solum libertate a coactione, non autem a necessitate; qui tamen non negant alios actus liberos in Christo idoneos ad merendum. Quidam vero etiæ pactum, & promissione negant in viuissimum, citare in reliquo hominibus requiri ad meritum, contra quos supradicserimus: atque id pactum inter Christum, & Deum, siue satis probent verba illa: *Si possum pro peccato ammarum suum, viabilis semen longum, &c. & Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi, &c.* sive non: tamē nihil prohibet intercessione, sicut intercessio oratio.

De conditione persona grata, & operum, quæ proficiuntur ab habita gratia, & charitatis, res etiam est certa; cum confiterentur in Christo gratianam habitualem. Dubium esse potest, an sit necessaria huiusmodi gratia habitualis in Christo, afferentibus quibusdam esse necessariam, quos citat Suarez *dub. 19. fol. 1.* Verumtamen ex dictis supradictis, circa q. 7. constat, necessariam non fuisse, neque ex parte subiecti, scilicet, Christi, qui sola unione hypothistica sit gratia in ordine supernaturali; neque ex parte operum, cum eius opera etiam naturalia, & ex hac parte non proportionata cuicunque præmio, videlicet supernaturali, fuerint proportionata ratione valoris, quem habebant à dignitate persona. Cum confiterentur ergo Christum, tam ex parte personæ, quam ex parte actionis, fuisse meriti capacem: restat proposita quæstio, nimis tamen per quos actus mereti poterit.

Principia vero difficultas est de actu charitatis, & amoris, quo diligitur Deus, qui maximè omnium est meritorius, & est radix meriti, unde scilicet alijs actus aliarum virtutum habent quod sit meritorij, secundum coniunctionem sententiam. Quisquam non defuit, qui dicant sit esse charitatem habitualem, quia homo sit iustus, ad hoc, ut aliarum virtutum aduersus meritorij, etiam vita externe, absque eo, quod à charitate operante referatur in Deum, vel actu, vel virtute: & hi solū habent difficultatem circa meritum proprium virtutis charitatis. Est ergo ratio dubitandi in actu charitatis Christi defensio conditions ad meritum maxime necessariæ, videlicet libertatis, que constitutum actu bonum in genere moris, scilicet laudabile, dignissimum præmio: Christus enim diligit Deum amore proficiente à visione beatifica, proindeque afferente necessitate voluntati ad amandum Deum; atque propter eius actus cum non sit liber, tantum bonus est in genere naturæ, non etiam in genere mortis, nec laudabilis, dignissimum præmio. Ad hanc difficultatem solvendam varijs modis, variaque sententiae sunt excogitatae. Ac primò videri potest immunitis ab hac difficultate Scotus, qui solum admittit in beatis necessitatem, quoad specificationem, non vero etiam quoad exercitium in sen. dif. q. . . . & Gabr. Ad meritum autem videtur esse fatis libertas, quoad exercitium. Ceterum quanuscum sententiam voluntatem non accipere necessitatem intrinsecus à visione beatifica, tamen extrinsecus volum dispositione, & operatione anima determinari ad diligendum Deum, vt non possit ipsum non diligere; hunc autem actum volunt esse elicuum à voluntate, præter quem Gabr. admittit alium actum, non elicuum à voluntate, sed productum à Deo, quem non admittit Scotus, quorum sententiae, & rationes expenditur i. p. & 1. 2. Stante ergo communissima sententia, quod voluntas beatorum

A accipiat necessitatem, sive intrinsecus, vt fert communis sententia, sive extrinsecus, vt quidam dicunt: restringat quæstio, an beatitudine animæ Christi obsterit, quominus Christus actu dilectionis Dei meretur.

Expenditur sententia, qua docet Christum meruisse per amorem visionis beatæ, & sententia, qua proinde docet Christum meruisse per alium necessarium. §. i.

PRIMA igitur sententia est, animam Christi meruisse per suuionem ipsam Dei clare visi, id est, per amorem consequentem Dei visionem. Ita Scot. d. 18. *quest. vniq. §. m. s. ista quæstione*, vbi primò flatuit, Christum meruisse leuiudam partem sententiam per actus imperatos ab intellectu, præterea per actus elicitos ab intellectu, id est, voluntate rationali, quæ fuit passibilis secundum portionem inferiorem. Quoniam vero obiiciebatur ipsi, meritum non esse completum in parte inferiori, sed solum in superiori, addit in resp. ad 2. etiæ secundum partē supertonem, & quidem per omnē eius actum, etiam beatificum meruisse. Fundamentum autem cur poterit per hoc mereri, sumit ab eo, quod omnis actus acceptatus à Deo, tanquam bonus, & laudabilis propter aliquod præmium, sit meritorius: & quod Deus possit acceptare actuū beatificum, vt bonus, & laudabilis, & acceptabit hunc in Christo ad præmium, sicut potest acceptare in quoque Angelo, v. g. in Michæle, qui ex vi eius amoris dat operari custodiæ hominem: esse vero Christum simul viatorem, & comprehensoriem, cauillam esse tantum, cur fuciūs, & conuenientius acceptetur fructu Christi, quam diabolus. Ceterum cum ipse Scotus supra docens, quid sit meritum, statuat esse actuū acceptatum, vel acceptandum ad aliquod præmium, qui sit in potestate merentis; non explicat, quomodo amor beatificus, qui non est in potestate merentis, sit meritorius; præterim cum intra *videtur* affirmet dici posse, quod fructus beatitudo non solum vt tendit in alia obiecta, scilicet amicos, vel inimicos, &c. verumtamen vt terminatur in Verbum, fuit in scripturis in Christo, etiæ præcipue, vt tendit in alia obiecta. Eadem sententia est Gabrieli *m. 3. d. 18. q. vniq. art. 2. cond. 2. & art. 3. dub. 1.* Almayn *q. 1. annos. 5.* qui pro eadem sententia refert Ocharnum, Maior *q. 2. Altiſiod. lib. 3. tractat. 1. cap. 7.* in questione incidenti ad priuatum contraria partis in solutione illius. Conuincit autem Ochan, Gabr. Almayn, cum Scotus in eo, quod ex acceptatione Dei habeat fructus, quod sit meritoria: & quod attinet ad libertatem explicant, quod non explicat Scotus, scilicet deesse quidem quoad indifferenciam contradictionis, nempe, vt possit amare, & non amare, non tamē quoad complacientiam, quod reipsa est acte spontanea, quale est in brutis.

E Sed communior aliorum sententia est, amorem beatificum, quatenus est expers non modo voluntarij, verumtamen libertatis quoad contradictionem, non posse esse meritorium. Fundamentum principium est, quia de ratione actus meritorij, quatenus est meritorius, est quod sit liber libertate iuri dicta, excludente determinationem à potentia, & seruante indifferenciam, & indeterminationem; quia iure conditio non requirit legi Dei, institutioneque extrinseca, sed intrinsecus ex natura meriti, comparati cum præmio; vtrumque enim requirit per se laudem, & dignitatem in actu, non quidem in genere physico, sive enī omnes actus etiam cognitionis, qui dignissimi sunt, quinimum, & suo modo actus animalium, & rerum inanimatarum, vt illuminatio celi, essent actus meritorij,

torij, siquidem sola excellētia physica actus, seu esse physicū, sit satis ad meritum, & voluntati non aliq̄ signetur ratio propria ex natura voluntatis, ob quam sint meritioriū eius actus, potius quām alij, sed aliq̄ signetur ratio communis omnibus, nimirum dignitas in esse physico. Reſta ergo, vt si sint meritioriū habeant propter dignitatem moralem, petītam à propria natura voluntatis, quae ſola potest hanc dignitatem præbere, & à natura huius dignitatis, quae per ſe eft capax præmij, & viceſim à natura præmij, quae item per le huiusmodi dignitatem recipi.

Id probat primò communissima hominum conceptio, quæ ita vt dictum eft concipit rationem meritū, & præmij. Conſimutur, nam ad rationem meritū requiriſtur, vt quis der aliquid, quod ſuum eft, ac proinde quod ſit ſub dominio ipius, ad hoc vt faciat ſibi debitum præmium, habeatque locum iuſtifici; dominium autem ſue rei, ſue actus eft non potest abſque libertate, & iure, ſe facultate diſponendi de re, leu actū, in quem cadit dominium. Ex his ſequitur, falſum eft quod dicunt quidam ex Nominaliſbus, cōdītione libertas ad meritum ſolum requiri in actibus pure creature ex lege Dei, quæ quidem Chriftum non comprehendet, conſtat enim requiri ex natura meritū, ac prounde ne quidem in actibus Chrifti, que libertate vacarent, inuenient rationem meritū potuisse.

Expenditur ſententia, que agnoscit meritum Chrifti tantum in amore proximi. §. 2.

S E V N D A ergo ſententia eft eorum, qui propter hanc rationem, neceſſe quid ad meritū requiratur libertas, & actus amoris Dei in Chriſto non ſi liber: negant Chriſtum meruisse amando Deum, ſed ſolum amando proximum, & alia virtutis opera exercendo. Refert hanc ſententiam Scorus in 3. d. 18. neceſſe repte-hedit. Eandē ſequuntur quidam Recentioreſ, ſed illud obſlat quid charitas Dei, que eft amor amicitia, quo amatur Deus propter ſeipſum, ſit per ſe fortiter meritorius, & ſimiliter ſit radix meritū, vnde habent, quod ſint meritioriū eceri actus ceterarum virtutum: hi ergo in Chriſto amor Dei non eft meritiorius, nullus alijs amor, nullisque actus aliarum virtutum erit meritiorius. Quod autem amor Dei ſit radix meritū, oſtentit 1.2. circa q. 114. de merito, &c. 2.

Ceterū quidam Recentioreſ ſentient radicem meritū non eft charitatem actualē, vel virtualem, quæ ſcileſt faltem utrū alicuius actus preceperit, cauſa ſit eur operans applicet ſe ad operandum; ſed ſatis eft habitulement, qualiter Chriſtus habuit in via, & habet in patria: & iecurum quām non habuerit actum virtutis charitatis, qui eſſet meritiorius, date, quæ rationem meritū ceteris alibitū aliarum virtutū, habuit tamen actus aliarum virtutum meritioris, quos dubium non eft plurimos libere extenuisse libertate ſufficienſe ad meritum, & ad quos ſatis erat habitus charitatis, reddens ſubiectum gratum. Hac quidem ſententia ſatis iam coherētia loquitur; ceterū fundamentalis, quo nitiur, paſſim non recipiatur à Theologis, neceſſe quid ad meritum ſit ſatis charitas habitualis extra actualē, & virtualem: & praeterea auferit Chriſto actum inter meritiorios in ipso genere meriti omnium nobilitissimum, cui videſt ratiō meriti per ſe primū, maximē conueniat. Praeterea contra hauc ſententiam pugnat S. Th. h̄c art. 3. ad 1. vbi expreſſe doceſt, Chriſtum per charitatem meruisse neque potest intelligi de habitu charitatis; tum quia hi modi loquendi, ſcileſt charitatem eft principium meritū, ut allumitur in argumen-to, & mereri per charitatem, quod vſurpat in respō-

A ſione, denotant auctum: tum quia expreſſe profitetur ſe loqui de auctu, dum ait: *Dicendum, quid fructus, que eft alia charitatis, peruenit ad gloriam anima, quam Chriſtus non meruit, & uero ſi per charitatem aliquid meruit, &c.* Et in questionibus diſputatis q. 28 de gratia Chriſtia. 6. in corp. vbi docet Chriſtum potuiffi meruit, & meruit per facultatem, quam habebat à natura, & gratia, ſed charitate ad operandum. Et in reſpoſitione ad 6. ait, charitatem in Chriſto inſtituere principium. Et ſubdit: *Charitatem eadem Chriſtus fruictabur, & merebatur, ſicut & eadem voluntate. Igitur duo perſpicua ſunt in S. Th. ſcileſt charitatem non ſcileſt actum meritiorum, ſolum ſanctificando ſubiectum, verum operando.* Deinde non ſolum alibitū aliarum virtutum, vetus etiam charitatis, qua diligebatur Deus, non vēd ſolum proxi-mus, Chriſtum meruit.

D emum ratio, ac fundamentum, eft auctus reliquarum virtutum meritiorum ſunt, niſi auctu, vel virtute proficiſſatur ab opere proprio charitatis, id eft, à dilectione Dei; eft quod meritum conſtitat in hoc, quod qui meretur faciat opus, quod cedat in com-modum eius, apud quem meretur: & id quater, cōque ſeruare eius intentio, non vēd conſtitat in auctu, & intentione, qua querat commodum proprium: fo-lia autem charitas querit bonum diuinum, id est, gloriā Dei, datus ſua in eum finem, non autem alia virtutes, que reſpiciunt alia obiecta extra Deum per ſe, dum non referuntur à charitate in Deum; nec proinde viuſus amor, quo quis amat ſibi præmium, vel euacionem penitentia. Facit autem hoc charitas non perſciende ſanctitate ſubiectum, ſed diligendo, & ope-rando: ergo ſcileſt dilectione, qua diligatur Deus, nullum eft meritum in alibitū alibitū, ſaltem moralibus, quicquid ſit de theologis fidei, & ſpe, de quibus alibi eft locus, & in Chriſto non fuerunt, ne quidem ſpes de proprio obiecto, vnde habet vt ſit vi-tus theologica, vt ſu loco diximus.

Expenditur ſententia ponens duplē amorem in Chriſto, ſcileſt liberum, & neceſſariū. §. 3.

TERTIA igitur ſententia agnoscit in Chriſto duplē amorem, alterum, qui proficiſſetur à cognitione Dei clara, & beata: alterum, qui proficiſſetur à cognitione, qua habetur per ſcientiam inſuſam extra Verbum. Fundamentum eft, quia amor fundatur in cognitione; cum ergo dux ſini cognitiones Dei diſtinctoriae, duplex eft amor: atque horum prior eft neccelacijs, non meritiorius, poſterior liber, & meritiorius. Eft ſententia Ferrar. lib. 3. contr. Genes. cap. 6. §. id quod vlo. &c. Caiſt. ſupr. q. 11. art. 1. Eadem eft Sotii lib. 3. de nat. & grādā, cap. 7. vbi negat Chriſtum meruisse per dilectionem beatificari, affirmatque meruisse per dilectionem, quam habebat, vt viator, & per opera exinde procedentia. Et ſane immorit quidam Recentioreſ nega hinc colligi ſententiam Sotii, ea ratione, quod non dicit meruisse per dilectionem Dei, aut proximi: uau ponit poſteriorē dilectionem loco beatificari, qua diligatur Deus, & particula aduersaria ſed, ſubtiliter aliam dilectionem Dei, aliquoquin dicendum fuſſit, non meruit per dilectionem Dei. Idem notat particula illa, per opera exinde procedentia, eft enim proprium dilectionis Dei ſacerdoti meritoria alia opera. Idem ſentit Med. līc. Citatur Alenſ. 3. p. q. 26. membr. 1. ſunſt membr. 3. art. 1. vēdū membr. 1. ad 2. & 3. videtur dicere Chriſtum non meruisse ſecundum actum charitatis, qui versatur circa Deum, ſed qui versatur circa proximum: membr. vēdū 3. ſolum ſupponit, Chriſtum meruisse per charitatem, & nil amplius expli-

cat. Citarum etiam Durand. questione secunda; sed non potest quicquam ex illo colligi. Eadem sententia tribuitur S. Iohannes, eo quod sic in reflexione ad primum dicat, Christum meruisse per charitatem, in quantum erat viatoris, non in quantum erat comprehensoris. Notam autem non posse intelligi hoc dictum de uno, ceterumque actu, quia non potest idem actus esse liber, & necessarius; utrum de distinctis actibus charitatis. Sed certè particulari, in quantum distinguunt potius diuersas rationes in eadem charitate operante, ac proinde in eodem actu, quam distinctos actus; hos enim facilius distinxit dicendo charitatem Christi non meruisse eodem actu, quo fruebatur Deo. Clarius autem respondens eidem argumento explicat scriptum S.Th. q.29. de grata Chrysli, an.6. vbi rationem, cur charitas, qua in comprehensoribus non metetur, metetur in Christo comprehensor; aut non esse petendam à charitate, sed solum à statu viatoris, & comprehensoris. Certè illi charitas habet distinctos actus, non esset petenda ratio solum à statu, & à subiecto, sed etiam & maximè ab ipsa charitate, quia habet actum amoris in viatore, quæ non habet in comprehensori. Quod si dicitur S.Th. solum posuisse discrimen in statu ob causationem, quod etiam in potius comprehensoribus sit duplex amor, quorum alter est liber à scientia infusa, qui non sit meritorius nisi in statu viri; certe hoc esset applicare distinctionem S.Th. amoti proficiens à scientia infusa, cum tamen ipse aperte applicet distinctionem amoris, proficiens à visione beatifica, dum ait loc.cit. ad 6. *Charitate eadem finitur, & meretur.* Et hie ad primum: *Frustra que est alius charitatis pertinet ad gloriam anima, quam Christus non meruit.* & *ideo si per charitatem aliquid meruit, non sequitur, quod idem sit meritus.* & *primum, &c.* vbi particulari, & ideo, refert eamdem charitatem, de qua locutus fuerat, sollicit fuentem Deo. Et certè si intelligenter alium actu, nullum esset argumentum, quod idem esset meritum, & primum; quia actus proficiens à scientia infusa, neque in Christo, neque in beatis est primum: actus autem proficiens à scientia beata in ceteris est primum, in Christo vero non est primum; & hac ratione, quod non sit primum in Christo, subdit non sequi esse idem meritum, & primum, si Christus per charitatem aliquid metetur; quasi dicere, in aliis hominibus sequetur hoc absurdum, in quibus scilicet huiusmodi actus charitatis est primum. Est ergo satis clarum S.Th. tribuere meritum actu charitatis, quæ est primum in aliis hominibus, & non in Christo, qui actu solum est, qui prouenit à visione beatifica. Et sane, necesse est intelligi S. Th. de actu, non de habitu charitatis, quia actus est primum in beatis, non vero habitus. Profertur præterea quod habet S. Th. q.34. art.3. vbi disputavit, utrum Christus in primo instanti sua conceptionis posuerit meritorium, sic habet, *Si secundum proprium motum liberi arbitrij in Deum suu sanctificationem, qui quidem motu liberi arbitrij est meritorium.* vbi perspicue loquitur de dilectione Dei, & docet esse meritoriorum hoc autem non videtur posse intelligi dictum de actu amoris, respiciente proximum; obstat enim illa vox, *motu in Deum,* nec de actu beatifico, qui protant tantum respectu Deum, non est meritorius: ergo de actu, qui prouenit à scientia infusa. Respondeo primum, S.Th. solum docet Christum habuisse motu liberi arbitrij, secundum quoniam sanctificaretur more adulorum, & tunc esse meritorium; quia vero ratione sit meritorius, & cuius primum, ibi non explicit: neque enim dicendum est meruisse suam sanctificationem, ut suo loco dicetur. Dicitur secundum motum liberi arbitrij in Deum posse esse meritorium non per se, ut terminatus tan-

tum in Deum, verum ut inde fertur etiam ad creaturas, nec esse in verbis S. I. h. aliquid, quod innuat duos amores Dei in Christo.

Reicitur hec tertia sententia.

Aduersus hanc sententiam pugnat illud argumentum, quod duo amores ciuidem obiecti sunt ciuidem speciei, differentes solum numero; duo vero accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto; nec ergo duo dicti amores Dei in voluntate Christi. Hoc argumentum quidam solvunt primò, negando hos duos amores solo numero diffire, & profertur duo modi. Primum docet physice quidem esse eiusdem speciei; moraliter autem speciei diffire, in eo quod alter sit necessarius, alter liber; ac proinde alter meritorius, alter incapax meriti, quia sunt conditiones differentes in genere moris. Ita docet Med. sed non satisfacit, quia physica repugnativa est, quæ duo accidentia eiusdem speciei non patiuntur in eodem subiecto, & de hac procedit haec doctrina philosophica, quare nihil attrinet ad hanc differentiam solum moralis, & non physica. Secundus est, hos duos actus etiam physice esse diversæ speciei, quæ diuersitas sumitur a diuersa obiecta appetitione, quæ secundum hanc sententiam pertinet ad formalem rationem obiecti; visum enim & non visum differunt specie; & similiter voluntas non eodem modo se habet circa haec, sed fertur a dubiis specie distinctionis. Ita docet Caet. 1. p.9. q.2. art.2. *an. fine.* Verum hæc sententia pallim non recipitur, & merito: nam apprehensione solum applicat obiectum voluntati, veluti conditio, sine qua non ipsa in illud ferretur; sicut autem applicatio non pertinet ad rationem formalem obiectum nec diuersitas applicationis variat rationem obiecti, nec proinde speciei.

Alij ergo agnoscunt differentiam in ipsomet obiecto, quia videlicet actus amoris beatifici tendit in Deum secundum omnem perfectionem, & rationem, secundum quam amabilis est in tota illa clare, & distincte proponitur voluntati: at vero amor, qui sequitur scientiam infusam, fertur in Deum, vel tantum speciali aliquo ratione boni, ut iustitia, misericordia, &c. vel solum sub ratione summi boni, quasi confuse cogniti, & non distincte propositi, quantum in se continet omnem bonitatem, & perfectionem; quæ diuersitas satis est ad distinguendos species dictos actus. Ita Suarez disp. 19. fol. 2. & hoc statis probabilitates. Et quidem quod attinet ad distinctionem amoris, quo ametur Deus secundum aliquid, vel secundum totum, res est clara, quia reuera amatur aliud, & aliud; ceterum per scientiam infusam, non obiectitur Deus amandus secundum unum, aut alterum attributum, sed secundum totum esse diuinum: incerto melius est quod additur de differentiatione cognitionis distinctæ, & confusa in ordine ad amorem; quanvis enim idem obiectum, & secundum easdem rationes obiectatur amandum per scientiam infusam, & visionem; nihilominus prout obiectur voluntati tanquam amandum, accipi distinctas rationes amabilitatis à dubiis dictis cognitionibus, quæ constituant amores secundum speciem distinctionis: non enim amatur idem formaliter vitroque amore, sed solum idem materialiter: neque effictum solum penes diuersum modum applicationis eiusdem obiecti, verum penes obiectum applicationum, quod verè per viam scientiam, id est, intulam non proponatur obiectum, quale in se est, sed quale apprehenditur, & non apprehenditur quale est; per beatam vero applicatur quale efficit antem distinctionem specificam amare obiectum quale est, & amare quale

quale non est. Iuxta hanc sententiam oportet dicere amorem in patria, & in via differe specie, & aut non continuari eundem aut certe si continuetur, ea ratione continetur, quid in via non constituit speciem perfectam, sed imperfectum, que reducat ad perfectam, possumus perhui in patria. Sed huius sententia illud obest, quod quanvis essent distincti amores secundum speciem, sive perfectam, sive etiam imperfectam, cuiusmodi tamquam pars possit dividere duo individua virtutis amoris in eodem subiecto, eo quod non repugnent sibi iniuciem ex parte ipsorum actionum, ut alius repugnat sibi iniuciem accidentia individua eiusdem speciei; nihilominus aliunde ex parte voluntatis videtur subesse repugnantia, quo minus possit hos duos actus elicere: quanvis enim voluntas, quae prius amans Deum cognatum per fidem, vel scientiam, tunc acquisitam, tunc insulam extra Verbum, possit alio amare illum superuenientis visione beatitudine; tamen ille prior amor non videtur posse simul maneneri; perficitur enim vel mutatur in amor perfectioris, sicut vnu est perfectus amor: & quicquid sit, saltem quando procedit amor consequens visionem beatitudinem, non videtur amplius locus amoris, qui confequitur scientiam insulam. Nam quod obiectum aliquod non amerit, quanquam eum amabile, seu specie illa, vel gradu amoris, quo est amabile, sed minus quam sit amabile, seu in gradu, vel specie inferiori; duplex causa esse potest. Primum quod voluntas ex intentione velit minus amare. Secundum ex eo, quod non possit majori, seu altiori amore amare, quia debet sibi vel ex parte sua facultas; quomodo non potest voluntas sua vi naturali amare Deum, vel finem supernaturalem amore ordinis supernaturalis, vel ex parte obiecti applicatio sufficiens, id est, cognitione, que ut necessaria est, ad hoc ut amerit, ita & necessaria sibi est in tali gradu, & perfectione, ut amet tali, & tanto amore. Nam primo modo voluntas non est in via ad perfectiorem amorem, sed in termino, quem sibi statuit. Secundo verò modo est in via ad amandum, & ille amor est via, & motus ad perfectiorem amorem: portio de ratione viae, & motus est, ut state non possit cum termino, sed praesente termino necesse sit cessare: ergo ubi adfuerit perfectus amor patris, quo Deus amat, ut potest in se amabilis est amor excellenter, non invenit amor via, sed aut cessat, aut perficitur, & fit vnu, & vnu terminus: quid si praecedit amor perfectus patris, ut praecedit in Christo, non datur locus amandi viae, & motus ad animorem perfectum: amor autem, qui nascitur ex cognitione insula essentiarum, ex natura sua est amor via: est etiam talis ex parte voluntatis, dum haec non praefigit sibi ex intentione humi terminum. Sequitur ergo ex his in Christo, in quo est amor beatificus, non sussit amorem imperfectiorem, procedentem à scientia insula.

Alii contendunt nihil probibet, quominus duo accidentia eiusdem speciei sicut relativa sunt in eodem subiecto: proferuntur varia exempla, videlicet quod duas species alii sint in eodem acte: duo phantasmata eiusdem speciei in eadem potestate, ut docet S. Th. p. 9. 76. art. 2. sed contra dicendum est, distinctionem specificam, phantasmatum, & speciem, non sumi à distinctione, quam habent obiecta secundum esse essentiae, sed quam habent secundum quicunque diversitatem, qua sit, ut non possint duo representari per unam, cùdque imaginem, & speciem: porto duo individua eiusdem speciei ex vniitate specifica non habent quid possint representari per unam speciem, & imaginem; si aliquin habent distinctionem individualem, ut Petrus, & Paulus, hic cognitus, & haec nixnam ex individuatione per se possent distin-

A fas species; diversitas autem secundum esse representandum, distinguunt specie imagines representantes, quae esse representantium est essentia imaginis, &phantasmatis, ideoque est distinctione secundum essentia. S. autem Th. folium docet in una facultate esse diversa phantasmata cuiusdam speciei, id est, eisdem naturae communis, que abstatibit a phantasmabus singularium eiusdem speciei. Relationes iuxta sententiam S. Th. non pollunt distinguiri per plures terminos, folium materialiter differentes, videlicet parentatis per plures filios, ut habet infra q. 35. art. 5. Et quicquid sit de hoc quod ad rem propositam attinet, si distinctione sumatur ab unitate termini, sicut vnu est terminus virtutique dicti amoris, scilicet Deus: si sumatur ab unitate subiecti, vnu est subiectum. Deinde vnicumque dicatur, alia accidentia eiusdem speciei posse duplicari in eodem subiecto, certe non posse, id est, de duplii supradicto amore, satis ostendem est ea ratione, quod in Christo praecedit amor beatificus, qui est terminus, & status voluntatis in amore, non patiens alium amorem, qui habet per se rationem motus, & via ad hunc terminum.

Expenditur sententia de uno actu amoris, qui sub diversa ratione fuerit liber, & necessarius. §. 4.

Quarta igitur sententia vnu tantum Dei amorem agnoscat in Christo, & hunc quidam volunt simili confequit beatam, & insulam scientiam; & prout proficiuntur a beata, esse necessarium: prout amorem proficiuntur ad insulam, esse liberum. Sed hi vngentur duplere difficultate, primum quod in uno, eodemque individuali actu ponant conditiones repugnantes, scilicet esse liberum, & esse necessarium, que est communis difficultas alius, de quibus infra. Secundum quod actus, qui ab una caulla perfectissima habet quicquid perfectonis ab inferiori causa potest habere; & multo plus, & melius accipiat esse simile ab inferiori. Et praeterea aduersantur S. Th. qui, ut ex verbis ipsius ostendem est, tribuit meritum Christi folium amori prouenienti à visione beata.

Alii ergo hunc amorem, quem vnu admittunt in Christo, volunt proficiere à visione beatifica; eundemque esse necessarium, & libertum; necessarium respectu Dei, libertum, verò respectu aliorum obiectorum extra Deum, ac proinde metitorum. Ita docet Cabri. in hoc art. 19. dif. 4. & Asturic. pag. 419.

Dura quoq[ue] obiectum, non posse hanc per se pugnatoria simile esse in eodem actu. Respondere exemplo actus voluntatis diuinæ, qui quidem vnu cum his, siquies necessariis, prout respicit essentiam diuinam, sic tamen liber prout respicit creaturas. Sed non satisfacit hæc responsio: nam duo hæc sapere natura contraria, inveniuntur in actu diuino ratione perfectionis infinitæ, continentis omnia, que sunt in creaturis in una simplici entitate, & quidem formaliter, quando illæ perfectiones sunt simpliciter simplices: cuiusmodi est unitas essentiae, & pluralitas personarum; absolutum, & relationum secundum probabilem sententia, que habet relationes esse perfectiones simpliciter simplices; quod si, ut aiunt alii, non sunt simpliciter simplices, certe id ideo est, quia relatio, que est in una persona, est ita opposita alterius personæ, ut non sit perfectio illius alterius formaliter, & quilibet persona secundum rationem perlonge non dicat perfectionem simpliciter, sed in genere. At verò esse libertum, & necessarium, est perfectio formaliter essentiae; & actus diuini, & voluntas diuina secundum rationem actus, & voluntis libertè, & necessariè

dictum

dicit perfectionem simpliciter. Porro creature sunt finitas, & limitatae perfectionis; ac proinde voluntatis creatura finita est, non potest contine-re una simpliciter perfectiones non modò dif-ferentes, vel unum etiam oppositas.

Hinc reticetur duplex responsio Asturic., pag. 419. & 420. & Cabr. Prima quod actus amoris, qui consequitur visionem beatificam, sit participatio amoris diuinus infiniti eiusdem ordinis cum illo; id eoque habeat veramque conditionem, felices necessitatis, & libertatis. Argumentum enim probat, actum diuinum contineat in se perfectiones, que in creatura sunt incompositibiles ratione limitationis ipsorum, limitataeque perfectiones, etiamque haec perfectione limitatae sit in eodem ordine, diuinu supernaturale, in quo est amor diuinus infinitus. nam in Deo existunt ratione perfectionis infinitas formaliter, & quatenus est infinita, non autem quatenus est ordinis infiniti; igitur non est ad rem proterre perfectionem limitatam, que sit ordinis infiniti. Nec satisfacit etiā responsio, quod idem actus voluntatis respiciat suum necessarium, & media liberet, si enim ponatur necessitatis voluntatis finis, & tantum sit unum medium recte est necessitatis voluntatis medius vno eodenique actu; si vero sint plura media, eadem vnu, & idem actu necessarius est circa medium absolutum in genere. Ceterum circa electionem huius, vel illius, non erit idem actus: etenim actus electionis liberum ex pluribus mediis requirit deliberationem praeviā: necessitatis vero, qualis est, qui fertur in summum bonum, & qui fertur in medium (si fieri posset), ut summum bonum ita propositum voluntati, ut afterat necessitatem, acquiratur nihilominus per medium non requirit deliberationem circa medium in communione, si sint plura, quotrumquidlibet sufficiat, aut circa medium determinatum, si sit tantum unum. Porro vero actus, qui de nouo per mutationem aliquam incipit esse, cuiusmodi sunt omnes voluntiones voluntatis creatae, non potest idem fieri per deliberationem, & sine deliberatione; quia distincta principia distinguunt actus; et autem distinctam principium actus simplex propositio intellectus, & deliberatio; & ponunt distinctionem actuum prius in ipso intellectu, & exinde in voluntate, per hos enim intellectus est principium actuum voluntatis, & quilibet ex his actibus exigit unum actum sibi respondentem in voluntate: ergo sunt distincti actus in voluntate creatae, necessitatis, & liberet. Dices, posset intellectus proponere summum bonum, & plura media simul voluntati, & tunc voluntas simul fertur in bonum necessarium, & in unum ex mediis liberum vno actu. Sed neque facta haec suppositione erit idem actus, ut constat tum ex parte principiorum, quod videlicet propositio summi boni, & propositio mediorum, quorum neque singula sunt summum bonum, neque vnum aliquid habet necessitatem connexione cum summo bono; per se causulis sunt distinctiorum actuum. Tum etiam & maximè ex parte voluntatis, que vult voluntate, que accipit esse per operationem ipsius, & est libera, vel necessitatis, eo quod liberum, vel necessitatis sicut ab ipsa non potest autem poterat, dum operatur, operari liberum, & necessitatem operaretur autem liberum, & necessitatis, si vnu, idemque actus est liberum, & necessitatis. Dum enim operatur voluntas necessitatis quanvis sit efficiens sui actus, dicitur agi potius, quam agere; sed unum vero operatur liberum, non dicitur agi; agere autem, & agi, vbi voluntas vult voluntate, quoniam accipit esse per operationem, non est vnu, & idem actus finis, & mediorum; vbi proponitur finis, qui non afferit necessitatem, similique proponitur media

A ad illum indeterminata; quia finis, qui non afferit necessitatem, est in quinque cadit electio; & habet rationem, portius medij ad bonum saltem in communione, ideoque est quedam subordinatae mediorum ad hunc finem, & huius huius ad bonum in communione: media autem tubordinata, quoniam est libera electio, cadere possunt in unum actum, & propositio ipsius est causa per se suptate natura actus, salua libertate, & sa-ue vnu actus; & voluntas non agitur, sed agit. Et hinc perspicua est differentia inter diuinam, creaturamque voluntatem, quod scilicet voluntas diuina non velit per actum, qui accipit esse per operationem, sed per album, qui ita sua substantia, & huius esse eternum, nec superponantur illi actus intellectus plures, quique accipiunt esse per operationem ad proponendum finem, & media, sed vnu eternus similiter, qui sit substantia: quare nec agitur, aut agit voluntas eiusmodi actione, per quam actus incipit esse: ne-cessitate est agitur, aut non habere locum libertatem voluntatis in Deo, aut certe uno, eodemque actu velle libertatem, & necessitatem, cuiusmodi ratio in voluntate creatura non militat. Et nihilominus ita vnum est difficile quibundam Theologis vnum, undemque actum esse liberum, & necessitatem, ut ne quidem in Deo hunc poterunt concipi, & planè negant talen-tem solum esse in illo, etiamque subtil dicta ratio, & discrimen, quo concipi possit.

Proferunt etiam exemplum fidei, cuius actus simul est praedictus, & speculatorius: sed non est ad rem, nam actus formaliter speculatorius non nisi eminenter est practicus.

Alius ergo modus respondendi est, quem alias Suarez d. p. 39. sed. 2. ait libi placuisse; quod videlicet es-fere libertum, & necessitatem non conueniat vni, eademque actu secundum se totum, sed secundum diuer-sas partes, eo quod amor beatificus prout fertur in proximum, & in Deum, non sit indivisibilis, sed prout fertur ad proximum recipiat extensionem, ideoque secundum vnam partem, quia fertur in proximum, & sit liber, secundum aliam vero, quia fertur in Deum, sit necessitarius. Sed postea hunc modum censurum esse fallax ea ratione, quod intelligi non posse, quomodo entitas amoris te distinguit, quia fertur in proximum, coniungatur, constitutaque vnum actum cum alia entitate, que fertur in Deum.

Verior sententia. §. 5.

In hac difficultate dicendum videtur duplex genus amoris extra Deum haberi posse. Primum quod fertur possit, & fertur in omnibus creaturis cuiuscunque generis extra Deum. Secundum quod fertur possit solum in creaturis rationales. In primo genere amoris solus Deus est obiectum amoris meritior, prout amor, & amare est actus per se meritior, non item alia res; quia alia res ita in vniuersum accepta secundum rationes amabilitatis communem omnibus non possunt amari, nisi, vel quatenus viles nobis, qui amor est concupiscentiae creaturarum, & non meritior, vel solum quatenus sunt aliquid Dei. Dei, quasi vnum cum ipso, & similitudo Dei: & hoc modo solus Deus amatur, tantum est discrimen penes amari in se, & in alio. Vnde deum propter Deum, & finem, quatenus cedunt in gloriam Dei, & hoc modo etiam solus Deus amatur, & solus est obiectum actus meritior, non item alia creatura, ne quidem rationales. Undum solum est, an amor, qui respicit Deum, in creaturis, vel creaturas propter Deum, sit necessitarius, sicut est amor, qui respicit Deum in seipso, vel liber, vel saltem possit esse liber, & an sit vnu, idemque actus liber, & necessitarius? Et quidem non posse esse vnu,

fatis

facta sumpsa ostium est ; solum reflat dubium de libertate, de quo paulo infra.

Secundum genus amoris, quod respicit solum creaturas rationales, quodque has solas potest respicere, est amicitia, non tantum Dei, verum etiam creaturam ipsarum. Ceterum, quoniam hoc amoris non amatur per modum viuis obiectum cum Deo, ut mago, &c. nec propter Deum; cuiusque gloriam, ut hinc (qua huiusmodi) amor non est amicitia, sed pertinet ad amorem concupiscentiae, quo amat horum amicos, ut recte Valquez : nihilominus Deus est ratio, & quasi forma amabilitatis, unde habent dicta creaturae, quid sunt amabiles amore amicitiae; qui autem est etiam meritarius, & creature rationales, que in leipsis amantur, & non solum, ut aliquid Dei, sunt suo modo obiectum amoris meritiorum, quam amor, & amare solum prout est amicitia, sed etiam in territorio: unde quemadmodum Deo exhibentur obiectum, convenientia Deo ex dicto amore amicitiae; ita & creaturis rationalibus obiectum ipsius convenientia exhibentur ex vi amoris amicitiae eundem. Solum certat dubium, an sit distinctus hic amor, etiam in beatibus, & an sit beatificus, seu procedens a beatifico, & an sit liber?

Vt ergo quatuor hae de vitoque dicto amoris generi solutaur. Dicendum primo, amor, qui amat Deum in creaturis rationalibus, ut in sua imagine, & in omnibus creaturis, ut in aliqua sui similitudine, est unus, &que necessarius, & nullo modo liber. Probatur, quia amor, quo amat obiectum in speculo representationis, talis est, qualis est amor, quo amat in se; sed amor, quo amat Deus a beatis in se, est unus tantum, & necessarius, & in creaturis amat, ut in speculo: ergo amor, quo amat in his, est unus, & necessarius. Dubium est de amore, quo ponetur amari: Deus cum creaturis coniunctus, tamen quoniam viuum obiectum, constans pluribus, quasi partibus, non autem viuum in alio, quique feratur per se primò, & immediate, circa Deum, & creaturas per se. Et dicendum est, huiusmodi amorem non videri posse habere locum, nisi in creaturis rationalibus, haec enim solum sunt obiectum amoris per se amicitiae, de quo agimus; non autem in irrationalibus, que non sunt amabiles, nisi amore concupiscentiae propter aliud: creaturae autem rationales, eti sicut obiectum huius amoris, tamen quando amatur simul cum Deo, non possunt ordinante amari ex qua fine aliquo ordine, vel respectu ad Deum; quia quando obiciuntur simul cum Deo, semper obiciuntur eti creaturae, & Deus, ut creator, & ut sic amanda, atque ideo cum ordine rei prouideat ad suum principium, seu finem, vel imaginis ad suum prototypum. Confirmatur nam si amantur simul creaturae, aut amantur conjuncte solum materialiter coniunctione facta solum ab intellectu obiecte simul uno actu multis, & ita quicquid sit de illa questione, utrum possit cognoscere plura, ut plura sine ordine, certe hoc modo in re obiectum distinguere rationes amandi; & distinguere obiecta formalia, ut distinguere his autem distinguuntur species amores; non potest ergo esse viuu amor horum plurium. Aut amantur conjuncte coniunctione, quam habent in re; & certe haec coniunctione est, vel tei create cum sua fine, ob quem conditatur, vel imaginis cum prototypo. De hac iam dictum est; de illa, ut respondeatur, obseruandum est duplicitas amandi posse Deum, ut finem, seu quatenus est hinc. Primum ut particula quatenus, denotet viuum ex prærogatiis, & dignitatibus adnumeratam alias, cuiusmodi sunt esse principium rerum, esse dominum, esse eternum, immennum, &c. Secundum, ut denotet remanent relationis rerum creatorum ad Deum, que fit

A. adu ab intellectu per cogitationem, & ex voluntate per amorem. Similis distinctione apparet potest, creaturis, que amantur, quatenus ordinantur ad cun hi-nem, ut videlicet particula quatenus, primo notet dignitatem, & rationem amabilitatis, & bonitatis, ob quam sunt per se amabiles, quoniam amantur tantum creature rationales: quoniam enim ordo intrinsecus, quem habent creaturae ad Deum, ut hinc, & aptitudinem, ut possint ab intellectu, & voluntate ordinari ad illum, quaque est bonum in creaturis, non solum si bonus bontate finis, ut eti bonus odo ad faintitatem in nutrimenta anima; verum bontate ipsa per se, ut ratione huius habeant esse per se amabiles, nihilominus secundum hanc reliqua creature irrationales sunt amabiles solum amore utili, seu concupiscentia, qui non habet per se ex obiecto, quod sit meritioris, sed aliunde extrinsecus ex circumstantiis finis, operantis, &c. Prinde non sunt per se, & in se tantum amabiles amore honesti, id est, amicitiae, qui per se ex obiecto est meritiorum, seu materia meriti, id estque amabiliter creaturatum secundum hanc dignitatem, & bonitatem, quae est ordo intrinsecus adhuc, solum pertinet ad creature rationales, quia in ipsi tantum est materia meriti, de quo agimus. Secundum ergo particula quatenus, dum dicuntur amari creature quatuor ordinatae, non determinat dignitatem, seu bonitatem, quae sit ratio amabilitatis in ipsi creaturis, sed solum actum, & relationem agentis, ac determinationem intentionis ipsius, qui cum possit amare creature propter variis fines sue C. intrinsecos creaturis, sive extrinsecos, tamen ordinat ad Deum, qui est hinc extrinsecus, amaque bonitatem illarum, non quatenus per illam amabiles sunt ipsi creaturae, sed solum quatenus amari potest Deus & hoc modo amari possunt, & debent a quæ creature omnes rationales, & irrationales.

Dicendum igitur secundum Deum, quatenus est finis, accipiendo particulam quatenus, primo modo iam dicto, scilicet quatenus determinat viuum est rationibus amabilitatis Dei amari a beatis viu tantum actu amoris beatifici, &que necessario, non autem liber. Probatur, quia Deus amat necessariò a beatis secundum rationem propriam amabilitatis, & bonitatis, quia est amabilis; sed est bonus, & amabilis cum propter alias rationes & perfecições, tum propter hanc, ut sit finis: ergo necessariò amari secundum hanc etiam perfectionem, & bonitatem, quod sit finis.

Dicendum tertio, creature rationales secundum hanc dignitatem, & rationem amabilitatis, quam habent in eo, quod per se respiciant Deum, ut finem, ad quem ordinari debent; non amantur a beatis amore necessario, sed libero a beatis, & distinguo ab amore beatifico. Prima pars probatur, quia dictæ creature neque secundum hanc, neque secundum alias perfectiones sunt summum bonum: voluntas autem ad amandum non accepit necessitatem ab illo alio bono infra summum. Secunda pars constat ex supradictis, quia non potest viuu, id estque actus esse necessarius, sed liber.

E. Dicendum quartò, creature rationales, quaque irrationales, quatenus referuntur actus ad Deum, & voluntate, & intellectu; & Deus quatenus est terminus huius relationis, & actus; non amans amor necessario, sed libero a beatis, & distinguo ab amore beatifico. Secunda pars est probata, ut iam dixi. Prima pars probatur, quia necessitas actus solum prouenit a summo bono secundum ea, quibus constat, habetque quod sit summum bonum; & hoc super natura in ratione summi boni, non afferit voluntati necessitatem ad alium actum, nisi ad anorem sui simpliciter, & absolutum,



absolutè , & ad ea tantum, quibus per se essentialiter constat hic amor Dei: sed Deus est summum bonum solum secundum ea , quae sibi per se conuenient, eu- iusmodi inter cetera est esse finem, quod debet omnia referri; non autem secundum ea , quae conueniente ipsi per illum actum creature, cuiusmodi est esse terminum relationis, quae actu hiat à creatura: porro actus amoris Dei simpliciter, & absolute solum per se comprehendit motum voluntatis in Deum, ita secundum se spectatum secundum hanc rationem summi boni, & secundum rationem finis sic absoluē spectati, ut significat rationem amabilitatis, non item per se comprehendit alios actus relationis actualis retum, quae existunt: nam si nullae essent creaturæ existentes, vel ignorarentur a beato, nihilominus esset integer actus amoris beatitudini. Dixa ab soline, & somplie; utrum enim ex suppositione aliqua precepti existat in beato necessitas etiam ad hunc actum relationis, vel alium actum; alia questione est de qua infra. Non interim confat, falso precepto, nullam afferti necessitatem voluntati ex vi beatitudinis visionis ad hunc actum relationis creaturatum ad Deum, aut ad alium quenamvis actum, idque esse liberum, & non necessarium, ac proinde ex hoc capite habere, ut possit esse meritorius, nisi aliquid aliud defit.

Dicendum quintū, hanc relationem actualem libertam creaturatum in beatis quando fit, fieri ab ipsis propter amorem beatitudinem, & ab eodem regulari; ideoque amorem beatitudinem posse esse meritorium in suo quodam effectu, & actu, ad quem libere applicatur a voluntate, quique non fugiat necessariō ab illo. Probatur, quia, ut supra ostendimus, non potest esse alius amor Dei in beatis, nisi beatificus; ergo si hic actus liber fit ex amore, non nisi ab hoc amore fit. Neque est impossibile ob affectum necessarium fieri aliquum actum libertē: nam certe passiones partis sensitivi interioris, scilicet tristitia, timor, amoris, sunt necessariae, & tamen ex vi carum, & in re propposita eius amoris, voluntas libere elicere alium actum libertem amoris.

Ex eodem amore beatifico potest applicari voluntas ad alios actus, & opera, cuiusmodi Scotus in 3. d. 18. quest. vni, ait esse actus, & opera, quae exerceant Angelii prouerentes, & administrantes humana in bonum nostrum, quae tamen non sunt meritoria, eo quod sint extra statum viatorum; vti sunt plura, & omnia opera, que in hac vita Christus exercuit pro salute, & redemptione mundi, quaeque fuerit meritoria ratione status viatoris, eo quod est in corpore mortalitatis.

Constat ergo Christum meruisse per actum amoris beatifici, non quatenus cerebatur in Deum, sed quatenus propter illum amorem Christus liberè applicabat voluntatem ad quoddam alius reflectendi creaturas ad Deum, & ad alia opera: & ab illo amore habebant hæc, ut essent opera amoris, quod est necessarium, vt sint meritoria. Nam sicuti quando voluntas applicata se ad optandum ex vi amoris sensitiui tum mali, vt fornicationis, rini boni, vt appetitus delectabilis necessaria; illa operatio, & actus à voluntate quidem accipit bonitatem, & malitiam mortalem, seu meritum, & demeritum, ab appetitu recte sensitiui, eiisque obiecto, naturam, & speciem; ita & quando voluntas liberè operatur in statu viæ ex vi amoris beatifici, actus à voluntate liberè operante habet quod sit meritorius; ab amore vero beatifico, habet quod sit actus charitatis, & amoris.

Constat secundū, actus omnes, quibus Christus meruit, sive distincto ab alio amoris visionis beatitudine, & nihiliominus habuisse conditionem, necessariò requiritum ad meritum, quod scilicet proficiscan-

tur suo modo ab amore Dei, & præter propriam speciem, habeant speciem communem actibus meritoriorum, quæ est esse actus amoris: & ad hoc non esse necessarium esse ex amore libero, sed solum voluntarie fieri ob amorem necessarium, & ductu amoris necessarii, ut explicatum est exemplo amoris, & passionum patris sensitius.

DISPUTATIO II.

An Christus meruerit per opera precepti.

RA TIO dubitandi est defectus libertatis ad meritum requisitus, quibus præstandis legi, ac precepto Christi oblinerebatur; quem defectum duo afferre possunt. Primum impeccabilitas, seu impotentia peccandi, transgrediendi preceptum, petitum tum à diuinitate suppositi, cui repugnare peccatum super ostensum est; tum à visione beatitudinis, unde tanta vis amoris existat, ut peccatum in voluntate pati secum non possit. Secundum est conditio status beati, & perfectio amoris beatifici erga Deum, & erga bonum; videtur enim determinare voluntatem non solum aduersus ea, quæ Deo, & huic bono contraria sunt; verūmetiam aduersus minoria bona, & aduersus ea, quæ minus placent Deo, vt non possit sequi hæc, vbi subest consensus cum maioribus, eo quod videatur ex vi dicti status, & amoris, determinata ad maiora bona, & ad ea, quæ magis placent Deo; cuiusmodi sunt non quidem bona, quæ tantum prævidet, si aliquia sunt, quæ tamquam prævidet, & non prædefinit: nam de his factis est, quod super diximus circa q. 18. verū bona, quæ prædefinit: ex bonis autem, quæ non prædefinit, & tamen meliora sunt sine præfusa, vt futura, siue non, censentur quæ vult solum voluntate antecedenti, non etiam consequenti, item ligni, non etiam beneplaciti. De hoc posteriore capite defectus libertatis dicetur posteriori loco. Iam de primo capite petitum ab impeccabilitate, quod videtur obstat, quo minus Christus meruerit per opera precepti. Et primum tota controversia, & varietas est in ratione, & modo conciliandi in Christo merito cum necessitate non peccandi in operibus preceptis: nam quod per hæc meruerit, passim sine controversia sententur Theolog. Alex. 3. p. 9. 17. membr. 2. art. 2. ad ultim. Bonau. in 3. d. 18. art. 1. q. 2. ad 1. argumentum, sed contra. **D**allo. art. 2. ad 1. & 2. Scotus q. vna ad 1. Thomas Argent. 3. 1. art. 3. ad 3. contra primam conclusionem. Durand. 9. 2. ad 1. Palud. 9. 1. art. 1. Matil. in 3. q. 12. ad 1. Suarez disp. 37. sét. 3. & 4. Valent. in hac q. 19. disp. 1. pñct. 3. Vasquez disp. 74. cap. 4. Alsted. refel. de gratia Christi q. 5. circa salutem, & alijs passim Recensiones. Huic communis sententia aduersatur Abul. in caput 25. Matil. q. 66. dum aut beatos non mereri, quia peccare non possunt, cum enim statuit, ad meritum requiri potentiam ad peccandum, plane excludit etiam à Christo meritorium, non solum per opera precepti, verū etiam per opera consilij.

Iam vero quod arterit ad conciliandum meritum hoc cum impeccabilitate spectata solum ex parte visionis hypotheticae, & suppositi divini, cui in natura aliqui peccabilis, repugnat peccatum, & peccabilitas; nulla est difficultas, si attendatur modus, quo ratione visionis excludatur peccatum: nam ipsis non alia ratione excluditur in Christo, quam in reliquis hominibus viatoribus, confirmatis in gratia, nimis prouidentia, ope, auxiliisque diuino, quibus salua intrinfecus libertate, modicō naturali operandi

operandi presudetur, ut sponte faciant bonum, & non peccent: necessitas autem non alia subest, nisi quam tibi ipsi comparat Deus, vel decreto, pacto, promissione ad ita operandum, cuiusmodi est in hominibus ceteris confirmatis in gratia; vel aliquo opere, quo posito consequens necessarii est ita operari ea necessitate, qua malum abest à Deo, cuiusque bonitate, cuiusmodi est vnu hypothesistica, qua posita sit ita debita persona subsistente in natura creata huiusmodi de Dei operatio, ut si ea deficiat defectus huius operae sit deinde Dei, cuiusque bonitatis. Cum ergo in modo operationis nulla sit necessitas, in modo ne ullam distinctionem inter modum, quo excludit haec prouidencia peccatum, tam a Christo, quam a confirmatis in gratia, & modum, quo pleniusque excludit illud favor, & gratia diuina à non confirmatis in gratia, & totum distinctionem sic penes necessitatem, qua sit in Deo operante ad sic operandum, vnde nihil determinans manet ad modum operandi in re, & hic modus in re scilicet perfectam libertatem aquae in confirmatis, atque in non confirmatis in gratia: propterea dicendum etiam in Christo, em adhuc idem modus ad prouidandam in ipso impletiorum praceptorum feruntur libertatem, ac proinde non decellet tibi ad meritum conditionem hanc maximam requisitam.

Quomodo constare posit cum visione beatifica libertas ad opera precepti; exponitur per tria capitula sententiaryam. §. 1.

Reflexus ergo tota, & maxima difficultas ad conciliandum meritum cum impecunibilitate, speciaria ex parte amoris necessarij, qui consequitur visione beatificam; que difficultas non parvus & rursum Theologos, distractaque in variis sententiis, variisque modis. Sunt ergo tria principia capita sententiistarum. Primum est, quod voluntas Christi ex vi dicti amoris followit ex dicti amoris voluntate, ut determinata ad bonum in communione, non verò ad hoc, vel illud bonum; ideoque habuerit necessitatem solum quoad specificationem boni in uniuscunquam verò quoad determinationem specificam, seu individuali huius, vel illius boni; neque quoad executionem. Ita habet S. Thos. In p. 9. 8. art. 4. ad iur. I. Hoc responsio bene allequitur id quod ibi refutabat docere S. Th. scilicet in Christi voluntate fusse libertatem, & indifferenciam, quia sub bono in communione sunt varia bona in specie, & individuali, circa quae potest esse indeterminatio in voluntate tam ad electionem huius, vel illius, quam quoad exercitum actus circa hoc, vel illud, sicut eius determinatione ad bonum in communione, vero habentur fusse in illa indeterminatione ad ea bona in specie, vel individuali, quae sunt præcepta, neque quoad exercitum actus circa illa; hoc enim est habere indifferenciam ad bonum, & malum, quod non est de ratione libertatis, vt bene. Augustini lib. 4. de Trin. cap. 13. & lib. de Prædestinatione fam. cap. 15. nominantur de Christo sic habet: *An idem non in illo libera voluntas erat, & non tam magis erat, quanto magis peccato, servire non poterat?* Et tandem dum S. Th. docet libertatem Christi confitit eleca hoc, vel illud bonum, sicut bonum verò in communione determinationem, hoc ipso statuit necessitatem ad bonum in communione, & ad caudum malum in communione, & quodcumque malum in specie, ex quo libertatem in particularibus non dat nisi sub genere boni. Siquidem ergo hinc in Christo non fusse libertatem, ad implendum, vel non implementum opera præcepti, eque in uniuscunquam, neque in specie, vel individuali, ex quo non haberet libertatem ad hoc, vel illud, nisi sub genere boni, non ergo sub genere mali, nec proinde à non implenda opera præcepti.

I. Rognoz in 3. p. D. Th. scilicet post.

*Exponitur secundum caput, ac tres modi
sub ipso. §. 2.*

Secundum caput est coram, qui ex dicta determinatione Christi ad bonum admittunt necessitatem in Christo peragendi opera præceptorum; caput tamen inde non habere simpliciter, & in sensu diviso, sed solum in sensu compósito ex suppositione, quod scilicet huiusmodi opera bona præcepti per se non afferant necessitatem voluntati etiam determinata ad bonum, cum sint singulare bona, & limitata, ad quae dictum est esse libertatem in voluntate Christi, sicut & aliorū beatorum determinata ad bonum; afferunt tamen ex suppositione quod cadant sub præceptum: ad meritum autem fatus esse libertatem in sensu diviso. Ita documentum passum multi ex discipulis S. Th. sed non eodem modo, sunt enim sub hoc capite tres sententiæ, seu modi explicandi.

Primus modus est, quod dicta necessitas, quæ habetur in sensu compósito ex suppositione præcepti, sit tantum extrinseca, & tantum extrinsecus obliter libertas; quæ vero libertas manet in sensu diviso, & simpliciter, sit intrinseca. Porro merito constare libertate simpliciter dicta, quod est intrinseca, confirmatur exemplis præsentienti, & prædestinationi, unde existit necessitas, ut non possint non eueneri præfecti, neque non fieri prædestinatis per liberum arbitrium, nec non saluari prædestinatos; quæ necessitas cum solum sit in sensu compósito, non tollit ab operibus libertatem simpliciter dictam, & ad meritum sufficiensem. Hac responsio non satisfaciat, nam certum est posse dari suppositionem, que afferat necessitatem simpliciter voluntati, ut concedunt Théologi: alioqui neque potentia Dei infinita operatione sua id posset: neque summum bonum, quod constat etiam diuinæ voluntati alioqui maxime omnium libertate preditta, necessitatem afferre. Porrò suppositione, quæ id præstat potest, duplice ratione præstat. Primo quod habeat vim circa voluntatem, ut ea posita non possit non operari, cœcirco actus nō sit in seipso liber. Secundo quod tam ponit, in potestate voluntatis nō sit, ideoque actus eius neque in causa sit liber, siquicunque suppositione omnino antecedens, & nullo modo consequens habetatem voluntatis. At vero præceptum non pendet a voluntate eius, eni mponitur, ad hoc, ut ponatur, quanis possit postulari ut ponatur, & dicunt quidam fusile postulatum à Christo, quāquam falso, & vñctumque sit non faciens ad rem nostram. Eius vero positio quanis reliquis hominibus relinquit libertatem, tamen Christo non relinquit: nam obedientia Dei est obiectum necessarium amoris beatitudini; & amicitiae diuinæ, quæ non potest non obediere: præceptum autem, huc positum, sive naturale factum materialium in quam cadit, obiectum obedientie diuinæ: ergo afferit necessitatem voluntari: ergo actus obedientia Christi neque in se, neque in causa meritorum est. Porrò in exemplis est diversa ratio. Quodam enim suppositione ad hoc, ut ponatur, pendet à voluntate, cuiusmodi est præficiens actus liberi futuri. Quodam enim in se ad hoc, ut ponatur in mente Dei, non pendet a voluntate, cuiusmodi est prædestinatione, & prædeterminatione, tamen in re, & in executione pendet; in modo & in mente diuinæ non ponitur ante præficiens scientiam conditionalis determinationis libertati arbitrij, etiæ ante scientiam visionis.

Expenditur secundus modus sub secundo capite. §. 3.

Secundus modus est quorundam, distinguenter de fine obtinendo, & obtinento; dicuntque efficacem intentionem huius obtinendi determinare voluntatem

B ad

ad media necessaria, sive iuri necessaria ex natura rei, sive praecepto politico superadditum; qua necessitate est necessaria finis intentio, nimurum sive ex suppositione determinationis, qua voluntas existens indifferens seipsum determinaverit; sive ex naturali determinatione ad aliquem finem, ad quem indifferens non sit; eadem necessitate esse necessariam finis electionem: at vero fine iam obtento, nulla relinquitur necessitas major ad illum, ac proinde nulla necessitas in voluntate ad voluntatem votum, sed quicquid eligitur, vi, conueniens hinc, libere eligi, ex quo non ita conuenit, ut sit necessarium ad illum. Sed neque haec responsio villo modo satisfacit, solum enim procedit de fine, qui necessariam necessitate naturae conuenit rei, ut neque paretur modus; neque fieri possit, ut amittatur: hac autem ratione solum in Deo est finis beatitudinis; qui propterea quicquid facit boni extra se, facit solo amore recti, & boni, & suipius, non autem amore tuendi, & seruandi sicut finem, amor enim quod sibi; ideoque si bona, quae facit, nullam necessitatem habent ex natura boni, cuiusmodi extra Deum nullum est, nisi non facere quendam, quae sunt intrinsecus mala, ut mentiri, certe nihil necessariam faciet. At vero in reliquis beatitudinibus non est ita necessaria, felicitate necessitate naturae; neque resultato in bonis operibus maneat in ipsius a natura, & efficiens, sed solum a coniunctione cum fine, & ab amore ipsius, & a necessitate tuendi ipsius. Porro hinc marat rectitudo ad omnia opera praecepti, sive naturalia, sive positiva, quippe quibus confit amicitia Dei, amansque cunctaque finis ergo quilibet beatus ex necessitate, quia est coniunctus hinc, scilicet superaddita ratione coniunctionis extrinseca summi boni cum ipso, dum maneat, & seruatur a Deo, a quo perpetuo seruatur; & ea necessitate qua hic finis, qui non potest a beato non servari, seruatur per obedienciam, subiectionemque, quae sibi Deo, cuique mandatis, seruat omnia mandata, implique, omnia opera praecepti.

Expenditur tertius modus sub secundo capite. §. 4.

Tertius modus est Ioan. Vinc. Astutie, *relekt. de gratia Christi*, *metr. 5*, pag. 433, qui sub eadem distinctione finis, nondum obtenuit in via, & obtenuit in patia, & discrimine, quo fertur in illum voluntas in utroque statu, agnoscat discrimen in mediis ad illum finem, & in praeceptis, ad quorum quædam fertur libere, ideoque cum actio ad quod datum necessario. Etenim amor, & intentio finis uandom obtenuit, cum sit libera, efficaciam habet ad electionem mediiorum ab ipsa libertate voluntatis, amor autem finis obtenuit cum sit necessarius, efficaciam habet non iam ab eius libertate, sed a naturali inclinatione ipsius voluntatis, seu habebus charitatem, in ipsa existens, unde haberet necessitatem. Hinc it, ut efficacia huius amoris solum fertur in ea media, quæ sunt connaturalia fini, quæque quid sit necessaria ad illum, habent per se ex connaturalitate sua, cuiusmodi in specie sunt præcepta naturalia, & in genere sicut non peccare, & non transgredi præceptum, sumendo formaliter transgressionem præcepti, non vero habent ab extrinseco præcepto, quod solum constituit moraliter necessitatem ad finem, non item naturalem proportionem, & connaturalitatem, cuiusmodi finis præcepta positiva in materia aliquo indifferente, videlicet ieiunium, &c. At vero efficacia alterius amoris, scilicet finis obtinendis, fertur ad omnia. Hinc etiam requiritur secundum, ut amor finis obtinet, cum sit determinatus solum ad media connaturalia, itabat necessitatem ab amore finis, & tantum ad haec media illam habeat, liberisque sit ad alia connaturalia, qualia sunt

A opera præcepti positivum. Amor autem finis obtinendi cum non sit determinatus a fine, sed solum à libertate, liber est ad omnia præcepta, sive naturalia, sive positiva, sicut est liber ad quadrupedem finem. Jam vero in re proprio præceptum mortendi, quo Christus obiit, determinabatur, non erat connaturalis finis, sed extitit finis, ideoque amor etiam hec Christi non carebat libertate ad illum, sicut, inquit, ratione, quæ amor dominus necessarii sit tristis in Deum, libere vivi in creaturis. Ex his sequuntur necessitatem seruandi præceptum sicut ex suppositione in sensu complicito, quod scilicet statim summa Dei dilectione in voluntate Christi, non poterit hunc stare censendum odium, & offendit: quoniam tamen haec nec satis non pronuntiat intrinsecus a natura voluntatis, connaturali cum suo fine, sed extrinsecus; iceret intrinsecus libera erat, quod est esse libera in sensu diviso. Quod si aduersus haec dicta vergassemus non acceptationem mortis esse offenditum Dei, ideoque eadem necessitate ductam ad eam acceptantur, qua cohabebar ab offensione Dei independentem naturam, naturaliisque inclinationem ad unum determinatam, esse invariabilem; nec potest fieri, ut fuerit ad alias extra id, ad quod est determinatum: cum igit voluntas beatitudo determinata solum ad finem, arque ad ea, quæ sunt illi connaturalia, ad reliqua autem sit indeterminata; certe non potest extrinsecus præcepto, vel alia ratione fieri, ut determinetur, & indeterminata non fieri, nam ergo inveniatur inde terminata, & solum extrinsecus determinata ex suppositione rectitudinis sua, quod est esse determinatum in sensu complicito, inde terminata in sensu diviso.

Hæc responsio neminem satisfacit, etenim hic agitur de determinatione, quam in beatis voluntatis habet ex iuri amoris contra malum, & erga beatum non in universum in genere entis, sed in genere mortis: ut autem constitutatur malum in hoc genere, nihil attinet, quod malitia, vel honestas sit intrinsecus, qualis est in aliis, quorum sunt præcepta naturalia, vel sit extrinsecus, qualis est in aliis, quoniam sunt præcepta positiva; haec enim differuntur sive potentiores, & voluntas solum recipit id, quod prius est, & communis, & responsio data solum procedit de indifferente, & libertate invariabilis circa obiectum spectatum solum in genere naturæ, non in genere mortis; neque vero ex eo, quod obiectum indifferens in genere mortis ponatur in tali genere per præceptum positivum, ponitur aliqua variatio in voluntate beatitudo, si dicatur ex vi intrinsecus, determinata, indifferensque inclinationis odio habere, quod prius amabat, vel conterat; tota enim variatio cadit in obiectum, & voluntas perinde se habet tunc, ac si obiectum sibi noncum aliquod obiectum circa quod prius nullum actum exercisset. Confirmatur, nam non solum materia indifferens variatio præcepto, & libratione præcepti, ut sit, vel non sit obiectum morale amoris, vel odij voluntatis, venientiam materia genere sive malo secundum varias circumstantias, sicut est homicidium ob vindictam, vel ob defensionem sui, retinente alienum volente domino, deinde nolente, &c.

Secundum multa est duplex, videlicet altera obiecta, que est in obiecto secundum se, & secundum regulam rationis, scilicet habens ea, secundum quæ per regulam rationis indicantur bonum, vel malum morale ex obiecto, ante alium voluntatis. Altera formalis, que est, cum accidat voluntas. Et quidam obiectum est duplex, quædam intrinsecus, quæ conuenit sibi ex genere, & obiecto proprio suo intrinseci, quædam extrinsecus, quæ conuenit illi non ex obiecto per se, sed lego, & præcepto, quod obiectum indifferens ponit

ponit in genere moris, in eoque habens sub se species A bouri, & malitiam verò id, quod affecte necessitatē physi-
cam voluntati beatū ex vi anorū, est bonitas, vel
malitia obiectiva, sicuti eadē sit, quæ affecte necessitatē
morale voluntati viatoris: bonitas autem, vel
malitia obiectiva, conlatus necessitate in noualem
et illa, quæ in objecto obicitur voluntati, & per ac-
cidentem est, quid sit intrinseca ab obiecto, vel extrinse-
ca a præcepto, modo supponatur voluntati: ergo simili-
tudo eadem est obiectiva affectus necessitatē physi-
cam, siue sit intrinseca, siue extrinseca. Confirmatur,
nam ex eo quid præcepimus extrinsecum faciat, vt
actus necessarii necessitatē mortali vitando, vel fan-
ciendos si, non recte dicatur ipsam voluntatem solum
ex hypothesis, & in sensu composito teneri haec ne-
cessitate morali, simpliciter autem esse liberam, sed
simpliciter non esse liberam: haec autem distinctio sensu
compositi, & diuisi non cadit in voluntatem, sed
solum in actum, seu obiectum, vt scilicet in sensu di-
uisio non affecte necessitatē moralem, id est, nō obli-
get, cum sit indistinctus per se ex genere suo: in sensu
verò composito affectus, dum ea suppositione non yet-
atur circa voluntatem, præficiunt cum dependencia
ab ipsa, vt vésantur auxilia, & concilii gratia, sed
circa obiectum; nec pender ab ipsa quid ponatur, vel
non ponatur. Hinc sit, ut vbi necessitas mortalis trans-
lat in physicam ob necessitatē amoris, scilicet in beat-
tis; dicendum sit subesse necessitatem talem simpliciter,
& non secundum quid tantum in sensu cōposito.

Demum responso proposita solum applicari potest ad defendendum meritum Christi in operibus præcep-
ti, que non habent ordinem intrinsecum ad Deum, vt finem; non autem præceptorū naturalium, vt
ipsi fatentur. Propter ad explicandum quomodo
Christus etiam horum obedientia, & oblatione
meruerit, aliam adhuc responsionem, perit ex dif-
ferentia, quæ est inter Christum, qui unus viator est, &
comprehensor, aliosque beatos, qui tantum sunt cō-
prehensorib; enim in eo, in quo est viator passibili-
s, & mortalib;, pari aliud potest in observatione
præceptorum naturalium, quandoquidem hæc plie-
que contraria vel incommoda sunt parti inferiori, &
knitissima, reliqui vero beati, qui viatores, & paſſibilis
non sunt, pari non possunt. Hinc sequitur primum, vt hi
apprehendant Deum, vt bonus, non solum in se, ve-
rum etiam ipsi beatis secundum omnem rationem, & D secundum nullam rationem, partem ipsorum in o-
riodum: Christus autem apprehendat ipsum, vt in-
commoda parti inferiori ea par, que legislator est
exigens observationem legis naturalis huic parti in-
commode. Sequitur secundum illos uscellari obser-
vare huiusmodi præcepta, vixione conaturalia fini,
quem necessariō amant, sibiique non incommoda, sed
maximē commoda, & delectabilia: Christus autem fe-
cundum partem superioris voluntatis, & secundum quod iudicat de præceptis secundum rationem super-
iorēm, per regulas superiorēs, necessariō amat præ-
cepta, corumque observationem; secundum partem ve-
rō inferiori, & prout iudicat de his secundum partē
inferiorē, non necessariō fertur in corum observationem, sed relinquens locū libertatis. Verū pars su-
perior prouider nihilominus, non inferior deficit, seu
ipsam studet, ne secundum quod de inferioribus iudicat, deficit. Quod si infra se sequi hinc Christum
simpliciter, si in sensu diuisio posuisse sufficiere amo-
rem beatificum, Deūnique odii habere sicut nō ali-
qua supernaturali vi, & dispensatione, sed secundum
regularē ordinem, negat Astur consequentiam, eo
quid pars superior fuit maximē cōsiderata per amo-
rem Deo, vt non poterit ab illo deficiat, eadēque
regeret partē inferiorē, & haec est illi omnino sub-

Ies. Regula in 3. p. D. T. tral. post.

scēta, vt non posset ei relīstere, cum hoc tamen bene-
flare, vt voluntas Christi, quatenus sequebatur iudicium
inferioris rationis, non fuerit placita determinata ad
amorem diuinum, sed libertate, inquit, et alia ad fugiendū
eius legem, & præcepta. Sic docet Astur, qui lāc-
reipla cōcedit voluntati Christi in sensu diuisio po-
tuisse deficere ab obseruatione legis naturalis, & iolum
in sensu composite non potuisse; hoc enim modo di-
flingunt palliū hos duos sensus.

Sed hoc modus non placet, et cōtra me, quæ sunt cō-
moda, vel incommoda sensus, respicit in Christo vo-
luntas tamē et natura secundum portionē infaci-
tem voluntatis, vt natura, nō vt ratio sine superiori, si-
ue inferior, prout sumitur in hac materia voluntas, vt
ratio, nimirum practicē, quæ versatur circa medianū
ratio inferioris, cuius indicium, aiunt, secundum volunt-
atem Christi circa contraria sensus, est speculativa, &
circa finem, iudicat enim quid sit communum, vel in-
commodū pati sensū: & quantum ratio, tali sup-
erior, quam inferior distinguuntur in speculativa, & pra-
cticā, tamen speculativa iam non est ad rem; nō no-
mine voluntatis, vt ratio intelligitur ea, quæ versatur
circa media in ordine ad finem, subiiciturque in hoc
iudicio practicō, deliberanti de mediis; vt verò sub-
iicitur iudicio tantum speculativo de fine, dicitur vo-
luntas, vt natura; aut ecce si sit practicum, quatenus
proponit obiectum prosequendum, vel fugiendum,
non est practicō practicū, & in tali comparatione di-
citur specularium. Iam verò quando cōtrarias vo-
luntas et natura superioris, & inferioris, & circa idē
secundum diversas rationes pignat aduersus se iniui-
cem, sed solum quando sunt circa idē secundum cā-
dē rationis, vt supradē declaratum est. Porro quidam ob-
iectum nō est malū, vel bonum in se, sed solum ratio-
ne præcepti obiectū, tunc est locus diversarū rationibus
voluntatis, vt natura superior, & inferior, vt possint
versari circa idē, quomodo voluntas superior respi-
cit in eo præceptum diuinum, cui debet obsequi; in-
ferior autem solum communum genere solum licetum,
cuius amor per se natura sua ex obiecto licitus est, sū-
lūnque res ipsa, & executio, seu omisso, est illicita;
amōque inferior non fertur contra rationē propriaam
amoris superioris, contra quam declarauimus cum S. Th. tunc licet, quando non solum in solum affectu rei, ve-
rō procedit ad impedīdū id quod sua ratione vult
voluntas superior. At verò quando obiectū est genere
suo malū, ita ut amor, & voluntio ipsius sit generis suo
malū, non est locus distinctus rationibus vultusque vo-
luntatis circa idē; quia non solum prohibetur, vel
præcipitur omisso, aut executio rei, & actus exterrit,
sed prohibetur, aut præcipitur actus voluntatis etiam
in natura inferior simpliciter sub quaunque ratione
commodi, vel incommodi, vt non licet vila ratione
ed ferri libertate, nam actus inde liberati solum excusantur,
vt impossibilis vitari, non verò permittuntur, nec
permitti possunt ex elecione.

Hinc sequitur, vt vbi voluntas, vt natura superior,
est efficax, sūlūnque voluntas, vt ratio, non sit locus
vlo modo dicitur voluntati libere, vt natura inferior
circa sua commoda; nimirum, vt hac libere nolit,
E quando ius naturale prohibet nolle, seu iubet velle;
libere velit, quando ius naturale prohibet velle, seu
iubet nolle: non ergo potuit Christus per volunt-
atem, vt natura subiectam iudicio inferioris rationis
moteti in obseruationem præceptorum natura-
liorum.

Secundū amor summī boni, clarē visi non affect
beatō necessitatem solum secundū quid ad ana-
duum Deum, sed simpliciter; atqui si stante illo amore,
& visione dari potest, & detur aliqua ratio, ob
quā obici potuit Deus, vt incommodus, & hinc

conserget aliqua indifferentia ad amandum, vel non amandum; certe Deus non redditetur amabilis simpliciter, & ab aliis, sed solum secundum quid: nō ergo potest ita dicto amore dari ratio, unde consergar eiusmodi indifferentia, & libertas. Maior probatur, quia videns Deum visione beatifica simpliciter est firmatus in bono ex parte sua, vt simpliciter non possit voluntate sua ab illo deficere; sola vero voluntas Dei est firmata ex suppositione ad conserendum illam in bono, videlicet ratione promissionis, & non simpliciter: qui ratio, cur simpliciter sit firmata voluntas beati, & non secundum quid, est necessitas amandi; ergo habet necessitatem hanc simpliciter, & non secundum quid. Confirmatur, nam necessitas amandi in voluntate, est applicatio, & praesentia obiecti proprii, & naturalis ipsius potentiae, quod est bonum simpliciter; tale autem obiectum afferit necessitatem simpliciter, & non secundum quid.

Iam probatur minor, quia omnis potentia à suo obiecto, & voluntate suo, ideo recipit necessitatem, quia obiectum est conueniens sibi, & quatenus est conueniens sibi, vt bonus proptimum, & finis ipsius, non autem quarens inconveniens: ergo Deus secundum aliquid potest esse inconveniens beato, ut in proprio posuit esse à dicta sententia Deus vel legislator Christi; & potest apprehendiri ab ipso, ut inconveniens, & ita apprehendit, ut hac ratione non subsit necessitas amandi ipsi voluntati, sed indifferentia, & libertas; certe non habet necessitatem simpliciter ad amandum ab obiecto, sed solum secundum quid, id est, secundum quod est conueniens: ubi autem est aliqua ratio, ob quam voluntas sit libera ad amandum, dicitur simpliciter libera; per hoc enim quod sit aliqua alia ratio necessitatis non tollitur libertas simpliciter, sed solum secundum quid, sed neque tollitur per hoc, quod aliam, id est, ratione partis superioris fiat, vt non deficiat ab amore, quia hoc facit necessitatem in sensu complicito, & ex suppositione, non simpliciter, item quia hanc necessitatem non habet voluntas ab obiecto, quandoquidem hinc habet indifferentiam, quam exhibet ex eo, quod obicitur, ut inconveniens; necessitas autem, quia non habetur ex obiecto in voluntate, neque à cauila efficiere infinita, aferente vim voluntatis, est necessitas secundum quid, non simpliciter. Confirmatur nam voluntas, & ratio superior, aut excludit à se odiū Dei, trāgressionē in qua legis, ad quam est indifferens, ut inferior est, per præsentiam ipsius obiecti, & summi boni; & hac ratione non excludit secundum hanc sententiam: nam obiectum non excludit per se hoc odiū, nisi quatenus afferit necessitatem; hanc autem non afferit voluntati, ut inferior est, ex quo obicitur, ut inconveniens, & afferit indifferentiam. Aut excludit vi sua, & certe si voluntas superior nō potest hoc præstat ex vi propoiti obiecti, sed solum per scipiam, non habebit impeccabilitatem ex vi obiecti beatitudinis, nec à potestate Dei, tollēt impeccabilitatem, & afferente necessitatē in genere cauila efficiens, sed a scipia; & Deo ad summum concurrentē per auxilium gratia; voluntas autem, quae per se ita caut peccatum etiam adiuta à gratia, non habet necessitatem simpliciter ad amandum Deum, sed solum secundum quid.

Hinc tertius argumentor, aut voluntas, ut inferior pendet à superiori, seu ipsa, ut inferior à scipia, ut superiore in suo actu in beatis, aut non: si non pendet, ergo nihil prohibet, quoniam beatus ut potest deficere, ita & deficiat ab obsecratione præceptorum naturalium: si penderit, ergo non est libera, & indifferens ad obsecrationem legis, sed omnibus modis necessitatem habet; quia non potest non pendere ab illa, & illa non potest non impeditre in ipsa transgressionem

A legis: omnis autem necessitas proueniens à causa necessitatis agente, à qua res morta necessitatis pendet, ita ut non sit in huius potestate illius actionem, aut impedire, aut sequi; omnis, inquam, talis necessitas tollit omnem indifferenciam, & libertatem.

Exponitur tertium caput opinioneum. §. 5.

Tertium ergo caput modorum, quibus explicatur, quemadmodum Christus per opera præcepti poterit mereri, est eorum, qui admittunt necessitatem in Christi voluntate, non solum ad bonum in communione, verum etiam ad hoc, vel illud, & singula bona, quia sub præceptum cadunt, cùmque necessitatem non solum in sensu complicito, & secundum quid, ut plerique homines; verum simpliciter: sed iubet hoc capite sunt quinque modi.

B. Primus est præceptum moriendo, quod per se afferit necessitatem voluntati Christi, non præsumit illa, sed fuisse posteriorem, quia ipse pro magnitudine dilectionis, qua protegebatur genus humanum, petiit imponere sibi eiusmodi præceptum, atque ita liberate subiecit se esse necessitati illi, qua fieret, ut non esset sibi liberum nō implere præceptum moriendo, sicutque propterea meritoria mors, quippe quæ fundetur in eius libertate. Hic modus paup' reicitur ab aliis, Suarez disp. 37. sct. 3. in 3. refutatione, Vñquez disp. 74. cap. 4. in 2. solutio, Altur. Sup. q. g. 423. & merito fane, nam primò magari non debet, Christum non solum obsecratione præceptorum positorum meruisse, verum etiam naturalium, hac autem precedant omnem actum voluntatis. Secundò non parum derogat dignitati, & bonitati meriti, & satisfaktionis, quam agnoscimus in præcipuo opere Christi, quale est passio, & mors, si hæc non sit in seipso formaliter meritoria, sed in cauila, atque ita redempcio hominis cōsummata sit in illa voluntate, in actu vero ipso moriendo, & dū patibatur, nihil meretur. Tertiò non fuisse locus virtutis patientiar, quæ maximè consistit in tolerancia mali presentis; aggressio enim mali non præsentis est virtutis fortitudinis. Quartò defuicit perfectio virtutis obedientiar, quæ fane imperfectior est, cum præceptu fit potenter subditus; & potestate superioris, lequenti voluntatem subditus. Quintò aut Deus nihil flaterat de morte Christi ante præsumam eius voluntatem; aut flaterat. Non potest dici primū, quia redemptio per tale medium, id est, sanguinem Christi est præcipuum opus consilij, & prouidentiarum diuinarum, quod non debet pereire à voluntate humana. Nec tertiū huic rationi, quæ est Suarez, occurrunt quidam eo argumento, quod Christus mererit totam prædestinationem nostrā, id est, omnes effectus gratiae, qui æternæ prædestinatione sunt nobis preparati, prædestinatione autem est opus prouidentiarum diuinarum, non recte, inquam, quia prædestinatione in genere sumpta, id est, voluntatis prædestinationis hominibus cōfusa per media gratiae, & in individuo huc, vel illū potius quam alium, neque ex parte Christi habet vilia cauila, ut dicetur infra; neque ex parte prædestinationis effectus autem huius habent cauila, omnes quidam merita Christi, aliqui vero post primū effectum merita, vel diligitiones hominum. Si ergo dicatur secundū, scilicet Deū statuisse futuram mortem Christi, certe hoc decretū non poterat pendere à futura eius postulatione; quia sic non potuerit statui simpliciter, sed sub conditione, nisi dicatur statutū fuisse, & prædefinitione, ut fieret mediante postulatione Christi, quæ Deus prouideret polita scientia conditionalia, quia sciens quomodo esset mouenda ad id pertinendi voluntas Christi. Sed hoc: et si non fuit Deo impossibile, sicut non est impossibile in viae suam prædefiniri actus humanos liberos à Deo secundum veriorem leviter

C. C. Non parum derogat dignitati, & bonitati meriti, & satisfaktionis, quam agnoscimus in præcipuo opere Christi, quale est passio, & mors, si hæc non sit in seipso formaliter meritoria, sed in cauila, atque ita redempcio hominis cōsummata sit in illa voluntate, in actu vero ipso moriendo, & dū patibatur, nihil meretur. Tertiò non fuisse locus virtutis patientiar, quæ maximè consistit in tolerancia mali presentis; aggressio enim mali non præsentis est virtutis fortitudinis. Quartò defuicit perfectio virtutis obedientiar, quæ fane imperfectior est, cum præceptu fit potenter subditus; & potestate superioris, lequenti voluntatem subditus. Quintò aut Deus nihil flaterat de morte Christi ante præsumam eius voluntatem; aut flaterat. Non potest dici primū, quia redemptio per tale medium, id est, sanguinem Christi est præcipuum opus consilij, & prouidentiarum diuinarum, quod non debet pereire à voluntate humana. Nec tertiū huic rationi, quæ est Suarez, occurrunt quidam eo argumento, quod Christus mererit totam prædestinationem nostrā, id est, omnes effectus gratiae, qui æternæ prædestinatione sunt nobis preparati, prædestinatione autem est opus prouidentiarum diuinarum, non recte, inquam, quia prædestinatione in genere sumpta, id est, voluntatis prædestinationis hominibus cōfusa per media gratiae, & in individuo huc, vel illū potius quam alium, neque ex parte Christi habet vilia cauila, ut dicetur infra; neque ex parte prædestinationis effectus autem huius habent cauila, omnes quidam merita Christi, aliqui vero post primū effectum merita, vel diligitiones hominum. Si ergo dicatur secundū, scilicet Deū statuisse futuram mortem Christi, certe hoc decretū non poterat pendere à futura eius postulatione; quia sic non potuerit statui simpliciter, sed sub conditione, nisi dicatur statutū fuisse, & prædefinitione, ut fieret mediante postulatione Christi, quæ Deus prouideret polita scientia conditionalia, quia sciens quomodo esset mouenda ad id pertinendi voluntas Christi. Sed hoc: et si non fuit Deo impossibile, sicut non est impossibile in viae suam prædefiniri actus humanos liberos à Deo secundum veriorem leviter

E. E. Non parum derogat dignitati, & bonitati meriti, & satisfaktionis, quam agnoscimus in præcipuo opere Christi, quale est passio, & mors, si hæc non sit in seipso formaliter meritoria, sed in cauila, atque ita redempcio hominis cōsummata sit in illa voluntate, in actu vero ipso moriendo, & dū patibatur, nihil meretur. Tertiò non fuisse locus virtutis patientiar, quæ maximè consistit in tolerancia mali presentis; aggressio enim mali non præsentis est virtutis fortitudinis. Quartò defuicit perfectio virtutis obedientiar, quæ fane imperfectior est, cum præceptu fit potenter subditus; & potestate superioris, lequenti voluntatem subditus. Quintò aut Deus nihil flaterat de morte Christi ante præsumam eius voluntatem; aut flaterat. Non potest dici primū, quia redemptio per tale medium, id est, sanguinem Christi est præcipuum opus consilij, & prouidentiarum diuinarum, quod non debet pereire à voluntate humana. Nec tertiū huic rationi, quæ est Suarez, occurrunt quidam eo argumento, quod Christus mererit totam prædestinationem nostrā, id est, omnes effectus gratiae, qui æternæ prædestinatione sunt nobis preparati, prædestinatione autem est opus prouidentiarum diuinarum, non recte, inquam, quia prædestinatione in genere sumpta, id est, voluntatis prædestinationis hominibus cōfusa per media gratiae, & in individuo huc, vel illū potius quam alium, neque ex parte Christi habet vilia cauila, ut dicetur infra; neque ex parte prædestinationis effectus autem huius habent cauila, omnes quidam merita Christi, aliqui vero post primū effectum merita, vel diligitiones hominum. Si ergo dicatur secundū, scilicet Deū statuisse futuram mortem Christi, certe hoc decretū non poterat pendere à futura eius postulatione; quia sic non potuerit statui simpliciter, sed sub conditione, nisi dicatur statutū fuisse, & prædefinitione, ut fieret mediante postulatione Christi, quæ Deus prouideret polita scientia conditionalia, quia sciens quomodo esset mouenda ad id pertinendi voluntas Christi. Sed hoc: et si non fuit Deo impossibile, sicut non est impossibile in viae suam prædefiniri actus humanos liberos à Deo secundum veriorem leviter

tentiam; tamen sine vlo fundamento singitur, & haber alia incommoda supradicta: & magnitudo tantumque eximij mysterij videbatur proprii solius prouidencie diuinæ decretum; humana verò non adiuveretur ad id statuendum, sed solum ad excequendum.

Exponitur secundus modus iuxta duplēcēm amorem scientia beatæ, & infusa. §. 6.

Secundus modus est iuxta sententiam, quæ agnoscit duplēcem amorem, alterum omnino necessarium, qui nascitur à scientia beatæ, & non meritorium; alterum libertum, & meritorium, qui nascitur ex scientia infusa; & hunc amorem potuisse fieri ad obseruationem p̄ceptorum, per quā Christus intereretur. Sed primum hac sententia habet difficultates supra propositas aduersus duplēcem huiusmodi amoris. Secundò obstat prædēfinitio obseruationis p̄ceptorum, facta antequam hæc præuideretur in Christo scientia visionis, & cognita ab ipso Christo, ideoque non pendens à futura determinatione voluntatis eius, ut pender p̄scientia; quo fit, ut non perinde Christus sit liber ad agendum id quod præuidetur agendum, sicut id, quod prædēfinitur: nam præuisio pender à voluntate creata Christi, prædēfinitio autem à voluntate Dei beneplaciti, & consequente, quam cognitam Christus non potest non sequi. Sed quicquid sit de hac ratione, quæ sanè, & quod attinet ad prædēfinitionem singularium actuum bonorum, vel falso eorum, quorum est p̄ceptum, non recipitur ab omnibus; & ubi recipitur, non major ratio difficultatis videtur in necessitate sequendi prædēfinitionem, quam in necessitate sequendi p̄ceptum, imò maior in illa, cùm contineat voluntatem beneplaciti, quam in hac, quæ continet voluntatem solum signi, si attendamus solum Dei voluntatē, alienum de tamen videatur sola prædēfinitio habere, quod non afferat necessitatem, quam habet p̄ceptum, ut dicam infra. Quod autem dicitur quidam, voluntatem Dei prædēfinitionem cognitam habere vim p̄cepti, paulo inferioriū examinandum est. Quicquid inquam, fit de hac ratione, certè maximè obstat contra dictum modum simile argumentum, quod suprà protulimus contra Aſtruc. & alios, qui petebant rationem libertatis in Christo à distinctione rationis superioris, & inferioris, voluntatis, prout in Christo passibili subiacebat utrique, eratque libera secundum inferiorē in obseruatione p̄cepti: ita enim subiacebat amor consequens scientiam infusam amoti consequenti beatam in Christo, sicut subiacebat voluntas inferior superiori; ergo sicuti voluntas superior ea necessitatem, quæ amat Deum, vt ponit sibi libera ad obseruandum p̄ceptum, non potest non afferre eandem necessitatem inferiori, & hæc è conuerso non potest hanc necessitatem non recipere; ita nec potest amor beatus non afferre eandem necessitatem amoti scientia infusa, & hic viceversa ab illo recipere. Quidam, ut satisfaciat huic argumento, recurrunt ad diuinam potentiam, quæ sicuti continuit visionem beatam in Christo, ne tristitia expellere, vt Christus patetur, selseque hominē declarare; ita cotinuerit in superiori parte animæ amore beatificum, conuenientem Christo, ut comprehensori, ne redundaret in amori partis animæ, seu voluntatis inferioris, conuenientem ipsi, vt viator, ne afferret eidem necessitatem, ut possit meteti per opus p̄cepti. Sed primò id videtur commentitium, & nō ita necessarium, vt in dato exemplo, quia ibi non videbatur posse ponit tristitiam in voluntate Christi alio modo, quam dicto miraculohic autem supponunt alii modi ad ponendum meritum in p̄ceptis. Præterea per potentiam diuinam fieri non potest, vt amor be-

In Raga in 3.p.D.Th. tral. pol.

A *bus non afferat necessitatem amoti scientia infusa, & deficit, ab obseruatione p̄ceptorum; etenim quantum hunc impedit, non impedit per aliquam operationem, applicatam parti inferiori, impellentem ad opus humanum p̄cepti, & cohibentem à malo contra p̄ceptū; sed impedit per affectionem adlibitam voluntati ad amandum Deum necessariō, eadēque necessitate vitandas claus offensiones: & sicut amor amicitiae, quodlibet, consilis formaliter in hoc, ut voluntas libet amet, excludatque odium; ita quando est necessarijus, consilis formaliter in hoc, ut voluntas non possit non amare, & non excludere odium. Porro eadem voluntas est, quæ amat per partem superiorem, & inferiorem: si ergo eius amor formaliter opponitur inamicitiae Dei, & odio, quod continetur trāgreditione p̄ceptū, certè manente illo necessario in voluntate, eadem necessitate fit, ut voluntas fermet amicitiam Dei; square est différētia inter delectationem, & tristitiam, primum in obiecto, quod aliud obiectum sit delectationis, scilicet visio Dei, aliud autem tristitiae, scilicet incommoda latiōne corporis; ideoque delectatio, & fructus beatifica non consilis formaliter, & proximè in eo, ut pellar hanc tristitiam, sed solum, ut pellar tristitiam, quæ habentur de priuacione visionis diuinæ, & sollicitudinem, atque angorem, quem afferit spes propter absentiam boni diuinī, quæ tristitia propter nō potest ne quidem absoluta vi potentia diuinæ flare cum delectatione, neque in parte superiori, neque inferiori voluntatis; dictam verò tristitiam incommodorum corporis, non pellit per seipsum formaliter oppositionem formalis, sed per redundantiam, seu per auocacionē animi a seūli tristitiae, quæ perciperet ex aliis obiectis, quæ feret pertinet ad genus causæ efficientis. Porro bene potest potentia Dei absoluta fieri, ut setetur tristitia quæ exsit in parte inferiori ad obiecto proprio, impediturque redundantia delectationis, ne hæc excludat. At vero idem omnino est obiectum amoris beatitatis, & amoris prouidentis à scientia infusa: & veterque consilis in eo, ut pellar à subiecto in quo est auerionem ad Deo, & odium, quod sane opponitur priuatiū amoris, ut nulla potentia fieri possit, ut sit cū illo in eodē subiecto: ergo qua necessitate fit ut amor sit in voluntate, eadem fit, ut non possit simul esse in eadem odiū: cū ergo transgressione p̄ceptorum constet odium Dei, certè eadem necessitate, & non liberè dicendum est feruari p̄cepta ab omni voluntate, quæ necessariō amat Ucum.*

Proponuntur alij tres modi. §. 7.

Tertius modus est, opera p̄cepti posse secundum duplēcem bonitatem, alterum medijs ad finem secundi amicitiam Dei: alterum finis, secundum quā sunt amabilitas amabilitate propria per modum finis, eo quod sint actus quarundam virtutum, scilicet obedientia, amicitia cordis, &c. Nam non fuit necessarium Christū operari hæc opera primo modo, scilicet ex electione in ordine ad finem, quomodo non erat liber, quia non erat liberum sibi feruare, vel non feruare finem, ut verò operaretur secundo modo, scilicet ex intēsione proprie bonitatis, ut finis, nullus erat in ipso necessarius; ac proinde erat locus merito. Et cū non fuerit necessarium ad obseruationem p̄cepti fieri actus primo modo, sed bene poterit fieri solum secundo modo; consequens est, potuisse Christū feruare p̄ceptum actu meritorio; de hac sententia iam dicitur in sequenti modo.

Quartus ergo modus similis tertio distinguit de p̄ceptis negatiis, & affirmatiis quoad effectū meriti: nam illorū obseruatione consilis in negatione actus, in qua nō est meritus, posse enim actus nō requiritur ad eoru obseruationē; quod si in aliquo casu requiratur,

B 3 habet

habet tunc rationem pracepti affirmatiui. Observatio
vero praeceptorum alii mariorum eti similitudines
cadat in praeceptum, ideoque non sit libera libertate
morari, tamen multis consistat in individuo quo sub
praeceptum non cadunt; & eorum quædam pertinet
ad substantiam actus in individuo, cuiusmodi est hi-
nis, nimirum quod præcepimus structuram proprie-
tatem, vel illum finem, p[ro]ximam intentionem actu, quale
est in omnibus ob[ligato]r[ia] dientia, in pluribus religio, mis-
ericordia, humilitas, patientia, &c. Ad substantiam
etiam actus in individuo pertinet intentionis maior, vel
minor; omne enim individuum per se consistit aliquo
grado intensio[n]is, vbi est magis, & minus, et in
genere nulla contingat determinata intentio, vel
renitio: quædam verò non pertinent ad substantiam
actus, non quidem in individuo, ut locus, & tempus,
quod actus fiat nunc, vel postea, &c. Similiter cum
necessaria physica succedit moralis in beatis; ipsu[m]
quidem præceptum absolute cadet sub hanc necessi-
tatem, ut non possit beatus illud non seruare; alia
vero supradicta non cadunt sub hanc necessitatem,
ideo libere seruantur, & datur locus merito in via-
toribus; neque tamen ideo meritum solum est in circun-
stantia actus præcepti, & non in ipso actu, nam
et inchoatio, vt dictum est, pertinet ad substantiam
actus in individuo, & variatio fine, &c. variatur actus
secundum substantiam, ideoque meritum est de substi-
tuta actus. Hinc sententiam sequitur Vazquez diff. 74.
cap. 5. & ante ipsum alijs. Et conformatum exemplo amori-
tissimi boni in communione: huc enim voluntas nec-
essaria fortis in bonum, tamen quia ad hoc, vel il-
lud bonum non fertur necessario, sed libere, dicitur
esse libera noui solum quod circumstantia boni, ve-
tum quod substantiam; ita voluntas beati quanvis
tenet necesse faciendo opus, & actum præcepti
abholere, quia tamen hunc, vel illum actum in individuo
libre factum, dicitur lib. ra non solum quod circum-
stantias actus, verum etiam quod substantiam.

Contra hunc modum argumentatur primum Aby-
tic, illa q. 5. probans hunc modum circumstantias insis-
tuntur ad Deum praecipitas, felicitatem temporis, ad Galat.
4. @ quanto venit plenior tempus. Et ratus, Nume est
hora volta. Praeterea finis, ut monetor propter re-
demptionem hominum, & locis in Hierusalem, &c.
Sed haec nihil probant: nam tempus, & hora mortis
erant latitudine, & non fuit designatum illum in latere
falecum actu interno acceptum mortem. Similiter
prater finem precipientis, immo & prater finem vni-
aliquem Clavis, posuerunt accidere alijs fines, ex in-
tentione operatis. Secundum, magni, sequetur
Christum non meritis per obedientiam, sed per
aliud quodpiam motuum virtutis. Respondet pri-
mò obedientiam non precipere fieri actu ex for-
maline fine, & motino obediencia, sed pricipere actu:
& satis obedit qui facit actuum, quoenamque fine fac-
iat. Deinde cum non precipiat fieri actu ex tali
motivo obedientiae formalite, relinquitur liberum
Christo facere illum ex tali motino, & habere meri-
tum obedientie. Tertium argumentum, idque praci-
pium est, quod ponitur Deus pricipere actuum
cum omnibus circumstantiis, & secundum omnem
affectionem, & intentionem, ita ut nihil manaret,
quod sub praecipiis non caderet: nullus ergo re-
linqueretur locus libertatis, & meriti. Relinquit
Valquez Deniu d'creuisse quidem opera praecipiis,
non tantum secundum substantias, vel testimoniis secu-
dum omnes circumstantias, non tamen praecipiis;
decretum enim d' am non intimatur non habet ratio-
nen praecipi, sed solum surplicis voluntatis, & de-
siderij, & quantum Deus praecepit fieri actuum ex
motivo rationis, non tamen praecipit ex determina-

A to fine. Quod si Deus non solum decreuerisset opera Christi secundum substantiam actus , verum etiam cum omnibus circumstantibus , concedit eo eis nullam fore in Christo libertatem ad observationem precepti.

Hac respōsione ait Asturic. quosdam graves Theologos intimulisse non solum facilitatis, verum etiam etioris in fide, quos ipse in hoc non probat, & meritō fane, nani absque fundamento temere proferten talē censuitam. Et fane probable hoc dictum, ut etiam docet Suarez, nam quicquid de merito Christi in operibus praecipitū est sacrī litteris colligi potest, id rotum procedit de facta; de possibili verò quod non poslit voluntas duci necessitate obediendi alī ei p̄ceptio ex vi beatitudine & visionis secundum modum, quo-
praecipitū, non habent omnino vnde vel Scripturis, vel ratione probant.

C Quintus nodus est Suarez disp. 37. scil. 4. sub finem, qui quidem si tingatur casus, quo praecipiatur aliquid opus cum omnibus circumsstantibus, & cum omni fine, & motu intrinsecu, quod posse mens adhibere; concedit similiter, vt auctores prioris modi, fore ut collatur libertas, & non sit locus merito. Ceterum non posse ita praecipi omnem actum bonum, quem voluntas exerceat circa opus praecipuum, quia maneat liberta reflexio, qua amic illud opus propter suam honestatem, ita ut si non praecepitur, amatret; hic enim actus potest procedere in infinitum, & ubi praecipua fuerit hac reflexio, & omnis reflexio possibilis; non tollitur per hoc libertas, ne possit facere actum hunc, videlicet, si totum hoc nunquam fuisset praecipuum à Deo, ego facerem: proinde semper est locus merito. Haec sunt sententiae, modique aliquotum.

Proponitur verior sententia. §. 8.

D Non suppetit modus à superioribus omnino diversis ad hanc rem explicandam; sed satisficiat huic difficultati, explicando, & confirmando tertium, qui maximè placet, addendo præterea aliquid ex 4. & 5. Primum ergo statuendum est, ut certum id, in quo conuenient lentiæ, & modi saltæ allegati: capite, scilicet esse in Christo necessitatem ab solùm secundum quid, & in sensu composite, hoc enim probant argumenta diuina contra lentiæ, quæ sunt sub primo capite. Secundū obseruantur etiam radicem huius necessitatis ex duplice capite sunnendum, scilicet ex parte rei, & ex parte voluntatis beati. Ex parte rei præcepta solū affect necessitatem bonitas ipsius rei, qui est amabilis in ordine ad finem, non quemcunque, sed seruanda amicitia Dei, non verò bonitas, qua est per seipsum amabilis, vel qua est amabilis in ordine ad alios fines. Hoc relinquunt probatum ex precedenti disputatione, vbi ostensum est, voluntatem beati liberam esse ad amandam reliquias extra Deum, nimis, ut per seipsum per modum finis sunt amabilis; eademque ratio est de amore bonitatis, quo amantur res in ordine ad aliquem finem creatum, ex quo hic non amatur necessari. Iam ex secundo capite, scilicet ex parte voluntatis beati attenditur necesse amandi Deum, ferturq[ue] eius amicitiam; hinc enim dignitur in ipsa necessitate amandæ præcepta solū secundum bonitatem, quam habent in ordine ad finem hunc servandi amicitiam Dei; manetque salua libertas amandi eadem non solùm secundum varias bonitates, & varia motiva, quæ in ipsiis fundarentur, scilicet obedientia, humilitas, misericordia, &c. verum secundum proprium motuum virtutis, ad quam per

se pertinent, & propter quam per se præcipiuntur. Quidam enim per se ex natura sua pertinente intrinsecus ad determinatas virtutes, cuiusmodi est bonitas multorum actuum virtutis temperantiae, fortitudinis, &c. qui sunt per se boni, & non indiferentes: quedam vero id habent ex determinatione extrinsecus præceptu positivi, cuiusmodi est bonitas quorundam actionum, aliquo indifferentiū, qui præcipiantur lege positiva, ut plerique ieiunia, quae ab hac legi determinante ad materiam virtutis temperantiae, & in re propositam mors Christi, quæ præcepto Dei positivo determinatur, vt sit sub virtute fortitudinis. Secundum hanc ergo propriam bonitatem virtutis, quam habent, quæque per se præcipiuntur, possunt libere amari per modum finis, itemque necessariò, tanquam media ad finem sicut sunt distinctiones amandi, distinctiones amores; & amor, quo res amat per se, vt medium, potest esse sine amore, quo amat, vt finis; & quando amat secundo modo, si simul amatus primo modo, non habet necessitatem à necessitate primi modi.

Iam vero necitas hæc secundum præcepta in beatitudine non est, neque potest esse in corum voluntate, nisi ratione necessitatis modij manet dicta, quam habent res præcepta ad dictum finem, & in hac per se posita est: extra hanc vero nullo modo, solus enim Deus amat necessariò à beato, vt finis, & per modum finis. Itaque si fingamus præcipi beato à Deo, vt amet rem præceptam per modum finis, faciatque illam properi bonitatem, quam habet per se, & per modum finis; certe per hoc non potest tolli, quin ametur simul per modum modij: nam præceptum hoc ipso, quod cadit in aliquam materiam, seu actum faciendum, dat illi necessitatem modij ad finem, id est, ad Deum, eiisque amicitiam secundam, solùmque fit per hoc præceptum præcipiens amari rem, eiisque bonitatem, tanquam hinc, seu per modum finis, vi uodus amandi sit res præcepta per se, qui modus est amari, tanquam finem; res vero, quæ cadit sub modum, sit materia le rei præcepta. Etenim quando præceptum non determinat modum, tunc præcipit actus similiter, solum secundum bonitatem, quam ab obiecto habere potest, siue intrinsecus, quando obiectum est intrinsecus bonum, ut colere parentes; siue extrinsecus ex vi præcepti, vel circumsstantia, &c. quando est indifferens, ut ieiunium, quod determinatur à præcepto, vt sit sub virtute temperantiae, & mors Christi, vt sit sub specie fortitudinis, ultra bonitatem, quam habet circumstantia generalis obediens; non præcipitur autem secundum bonitatem, quam propterea habere potest à subiecto, id est, ab intentione operantis. Quando vero præcipitur modus, tunc præcipitur bonitas, quam habere potest ab intentione operantis, & res præcepta est hi modus. Ceterum siue quando res præcepta est res ipsa, & non modus, spectatur in ea duplex bonitas, altera modij in ordine ad secundam amicitiam Dei, qua bonitas consurgit ex eo, quod res sit præcepta, & assert propterea necessitatem beato ad operandum; altera vero, quam habet in se, siue intrinsecam, siue extrinsecam non afferentem necessitatem voluntati; ita etiam ubi modus est res præcepta, possunt haec duo similiter in eospectari, scilicet esse bonum in ratione modij ad secundam amicitiam Dei, quod habet solum ex vi præcepti, & præterea esse bonum per se, quia bonum est amare id, quod est per se bonum anime finis, seu per modum finis, potest etiam addi alia bonitas extrinsecas, scilicet bonum est per se obedire præcipienti. Iam vero illam bonitatem habet actus ab obiecto, & secundum eam est medium, & assert necitatem voluntati; hanc autem habet ab operante libere, & se-

B cundum hanc non assert necessitatem. Quod si ruelus præcipiat hic posterior modus operantis, ruelus etiam hic eit res præcepta, in eoque duplex dicta bonitas, videbatur in ordine ad amicitiam Dei, & præterea propria per se, & ab obedientia, eritque locus libertati, præter necitatem, & sic procedi potest in infinitum. Etenim non potest esse in voluntate necessitas ad ullum bonum extra Deum, nisi tanquam medium dicto modo, ad nullum vero vt ad finem. Quod si possibile sit aliquod bonum, quod sit bonum solum in ordine ad secundam amicitiam Dei, sane circa illud nulla in voluntate eset libertas. Ceterum nullum opus præcepti eiusmodi est, vt non habeat aliquam bonitatem, amabilitatemque per se, vel intrinsecam, & naturalem, vel ex determinatione extrinsecas, & natura præcepti positivi.

Quates, utrum actus amoris, quo amatut opera præcepta secundum propriam bonitatem per se per modum finis sit reflexus, vel directus? Quidam qui libertatem in Christo ad observationem præcepti attendunt penes hunc actum reflexum liberum, si non subiectum necitas, amorem; dicunt obiectum huius actus est ipsam honestatem operis; quod quidem potest esse verum de honestate, quam habet opus præcepti in ratione modij ad finem, qua ratione liberum amat à voluntate extra beatitudinem; necessariò vero in beatitudine; actusque reflexus amoris cadit supra idem opus sub eadem ratione, id est, si essem liber, amaretur certe, & melius, amo hoc bonum, quod est, referti opus ad Deum; his autem amor non est conditio, cuiusmodi in viuenterium Valquez contendit, non potest esse in voluntate, ut superius diximus, sed absolute: neque cadit supra opus præcepti, sed supra actum necessarium amoris ipsius beati, qui quidem est obiectum honestum; quod si potest amari libero actu, vt verè potest etiam à beato, est meritior. At certe honestas, quam habet opus præcepti per se propriam per modum finis, non est obiectum amoris reflexi, sed directi, quia est distincta à ratione honesti, quam habet, vt medium, nec amatur sub conditione, sed absolute; non enim fertur in illam voluntas actus necessario, sed libero.

Hinc etiam iuxta hunc modum nostrum melius satishit argumentum, quod adducitur contra hunc argumentum reflexum: nimis quod Christus non mutuerit per opera præcepti obedientiam, fortitudinem, &c. & per passionem suam, sed per amorem actus necessarii, quo hæc ambabantur, & liebant, & per honestatem, quæ erat in eo actu necessario, non vero per honestatem, quæ fuisset in opere passionis, & amore immediato passionis, vt argumentavit Valquez cap. s.n. 19. Dicimus enim mutuisse per amorem actus directi, & per honestatem, quæ erat in passione obedientiam, &c. quæ erat obiectum eius actus per modum finis, & non solum per modum medii.

Dico tamen nihilominus secundò, effectum honestatum, & admittendum modum hunc, quo Christus dicatur mutuisse per actum reflexum, qui neque fuerit præceptus Christo, neque potuerit ita præcipi, vt non semper potest quodvis præceptum præcipiens omnes actus reflexos, fuerit locus actus libero, quo liberum amat se ita subiecti omnibus actibus reflexis, vt bene dicebat Suarez. Neque obstat argumentum propositum, quod Christus non mutuerit proprias honestatem obedientiam, passionis, &c. Arimini, quia actus in viuenterium non habet aliam bonitatem nisi ab obiecto, quod maximè verum est in actu necessario, qui nequidem bonitatem formalem habet, quam habet aliqui actus liber à subiecto, ratione libertatis, & intentionis, secundum gradus, quos potest ad-

dere, &c. sed solum habet obiectuum: quare actus, tam liber, quam necessarius, prout obiecti potest voluntari, ut bonus, & amabilis, rotam amabilitatem haber ab obiecto, scilicet passione, &c. Cum ergo actus reflexus habeat bonitatem ab hoc actu directe necessario, certe habet bonitatem ab eius obiecto, scilicet passione, &c. & meritum ab eadem mediante actu.

Vico præterea etiam immediate actuum reflexum habere bonitatem à passione, & morte, obedientia, &c. quoniam hæc sunt rationes formales bonitatis, & amabilitatis actus reflexi, propter quas felicitate amatitur; ratio verò formalis anatur immediate, & immediatus, quam eius materiale, quia est ratio amandi ipsum materiale. Itaque passio, mors, &c., quæ non possunt amari liberè per se, & in seipsis, secundum bonitatem obedientie, charitatis, patientie, &c. quatenus sunt rationes formales bonitatis ipsius passionis, & mortis, propter quas bonitatis præcipitur passio, &c. possunt amari liberè in actu ipso amoris necessario, cui sunt rationes formales bonitatis, & amabilitatis, quæ non præcipitur per se, nec ratione huius bonitatis, sed est liber, nec potest ita præcipi, ut non sit locus actu liberò, habenti bonitatem à bonitate passionis, &c. vt supra declaratum est.

DISPUTATIO III.

*An ex visione beatifica existat in voluntate Christi necessitas ad actus à Deo prædefinitos,
et ad actus meliorum boni.*

VIDE TVR existere huiusmodi necessitatem, vbi adest cognitio voluntatis diuinæ: quoniam obliteratur homo obligatione se conformandi voluntati diuinæ, ratione subiecti, & obsequij ipsi debibili, etiam non præcipiat quicquam, videturque reduci ea obligatio ad præceptum naturæ: est ergo eadem necessitas ad actus prædefinitos in beatis, quæ est ad actus præceptos. Nihilominus dicendum est, nullam extare huiusmodi necessitatem; quoniam non extat illa obligatio: necessitas autem solum fundari potest in obligatione, que causa est, ut actus, qui sub illam cadit, sit necessarium medium ad futuram amicitiam, quam beatus non potest non seruare. Quod autem nulla existat obligatio, pater: nam obligatio operis faciendi non potest cadere in voluntatem, nisi habeat vim præcepti affirmativi, vel naturalis, vel positiui; iam præcepta naturalia simpliciter solum obligant ad ea opera, que dictat sola ratio naturalis, cuiusmodi est aliquis actus caritatis, & religionis, si & quatenus pro aliquo tempore ratio dicit, præcipite hos actus, ut debitos: ad cetera vero opera extra hæc non obligat ratione cultus, & apostolis, debiti Deo, sed solum ratione obedientiæ, dictat enim generaliter extare in homine obligationem obedientiæ Deo; materiam vero, in qua sit exhibenda hæc obedientia, non statuit ratio naturalis, sicut statuit materiam religionis, &c. sed statuit Deus: porro non alio modo actus aliquis fit materia obedientiæ Dei, nisi præcepto; cum vero actus prædefiniti non sint materia præcepti naturalis, ut supponimus, sed solum præcepti positiui, quod solum sit, & intimatur à Deo, & ab ipso non sit latum præceptum de his; consequens est, non esse materiam obedientiæ, nullumque esse in beatis, & in Christo necessitatem sequendi voluntatem Dei in his, sed solum esse libertatem; quoniam talis necessitas non oritur nisi ex necessitate seruandi amicitiam Dei, qualis tantum nascitur ex

necessitate obediendi Deo, & legi naturali. Confiratur, nam aliud est Deum velle, aliud velle, ut ego velim: sane Deus obligat nos per voluntatem, qua vult nos velle; dum ergo non declarat se velle, ut velim: scilicet haec negatione declarationis, quam declarationem alias soler facere, interpretari, se non ita velle, ut velit nos velle, obligatque ad volendum, cum non declarat se velle, ut velim, etiamque aliquid de nobis scientiam, qua sciamus id, quod ipse vult.

Eis secundò habetur, multo maiori ratione esse liberam voluntatem beati ad volendum, & faciendum in omnibus id, quod melius est, & actu proprium cum summa intentione, si potest dari summa, etiamque efficaciter apprehendat id, quod melius est, & melior est actu intensior: nam ueste Deus vult semper id, quod cognoscit melius esse, sed semper manet libertas in beato, dum non est summum bonum, quod ita efficaciter apprehenditur, & dum à Deo non præcipitur.

DISPUTATIO IV.

Quando incepit meritum Christi.

VOLO initium meriti quælio esse potest, utrum fuerit in primo incarnationis instanti, vel interieco tempore post illud: & rursum si sit ipso primo instanti, an hoc fuerit intrinsecum merito, vel extrinsecum? nempe an fuerit in ipso, vel inmediate post ipsum? Non fuisse in instanti incarnationis, sive intrinseci, sive extrinseci, sed aliquo, & quidem non modico post illud tempore interieco, cenfer Durandus d. 18. q. 2. non quidem quod repugnat in eodem instanti, quo res incipit esse, operari; cum alia concedat Angelum in primo instanti metiri potuisse; sed quod ad omnem actu voluntatis, ac proinde ad merendum, qui est actu voluntatis, requiratur actio intellectus; & Christus in eo instanti in intellectu solum habuerit actu visionis beatificæ, in qua meritis voluntatis fundati non potest; actu vero scientia extra hanc infuse, vel acquisita, quas ipse censem non differe species, non habuisse; quod hanc neget esse posse absque sibiphantasmatum, perfectionemque organorum, & sensuum, quam Christus non nisi procedente tempore putat accepisse. Sed contraria sententia, quod Christus potuerit metiri, & meruerit ipso instanti, seu inmediate post instanti incarnationis, est communis Theologorum, & certa; ita ut Durandi sententia merito censetur temeraria, dum negat Christo meritum afflitionum, quas paup. est in infante, scilicet in natiuitate, quod meritum admittunt Patres. Chrysostomus hom. 2. in Lucam de Natiuitate, sic habet: *Deus magnus, qui tanto tempore tenauit in celo, & non saluauit; vagini, & soluui.* August. serm. 1. de Temp. in fine, sic habet: *Adoremus pannos infante, ex quibus facta sunt empia nostra natura.* Ambros. lib. 2. in Lucam, cap. de Natiuitate salvatoris, sic habet: *Me illius infans vaginam ablumen fecit, me lacryma illa delita lauerunt, plus igitur Domine Iesu misericordia tuis debet, quod redempsum sum, quam operibus, quod creatus. De circuncisione Bernard. (serm. 1. Chrysost. inquit, pauperem quæ non rapuit, excoluit, quia venerabat propter amorem facie, non suscepit delictorum. Et statim: Sed dices, quidni suscepit*

peret pannulus? inē vero quidam suscipere humulis, & manus suas quibus obmīne securi coram circūscende qui coram tondente omnīus? Coram crucigēme filii? aliquo non erat illi difficile carnem suam vngue, am conseruare, qui fecerat, ne virgindis ueni porta in excusio aperiretur? Hoc Bernardus, vbi planè docet, Christum codem fine exoluendi, que non rapuit, id est, satisfaciendū pro peccatis, & purgandi peccata nostra, voluisse subiacere vulneri circūscensionis; iisdēm virtutibus patientie, & mansuetudinis id pertulisse, quibus pertulit crucem; ergo meruit infans oculo dierum, sicut adulterus trinitati trium annorum. Ideun serm. 2. Merito, inquit, dum concordia puer, qui natus est nobis, salvator vocatus, quod videlicet ex hoc incepit operi salutem nostram, immaculatum illum pro nobis fangorum fundens.

Ian fundamentū Durandi procedit ex falsa sententia, quod non sit in Christo scientia infusa, specie distincta ab acquista, hæc autem pender à phantasmib⁹, suppositatis intellectui ministerio sensuum, quos Christus non habuit perfectos ab instanti conceptionis, sed procedente aetate in visu, perfectione ipsorum profecit; prouide non potuit illi initio esse in ipso visu scientia, iuxta hanc sententiam, neque meritum. Ceterum ostendimus suprà cum S. Thoma circa articulum 2. q. 9. i. 1. esse in Christo scientiam per se infusam, quæ possit habere actus tuos, ab' que interueni phantasmatum. Iam vbi confitit fuisse in Christo omnia requiri, praesertim scientiam idoneam ad merendum, & facultates animæ intellectum feliciter, & voluntatem expeditas ab inicio incarnationis; facile probatur communis sententia, quod de facto ab eo initio ceperit mereri. Primum quia nihil perfectionis, quod ab eo initio tribui potest, negandum est Christo. Secundum quia habuit tunc id, quod habuerunt Angeli initio creationis, & id quod accedit honinibus adulta ætate; ergo tunc fecit quod fecerunt Angeli, & faciunt homines. Tertiū per eam scientiam ab eo initio cognitum est ab anima Christi Deus, ut amabilis, & amandus, tam secundum se, quam ratione beneficiorum, humanitati Christi colatorum; hæc autem cognitione mouet, allicitque voluntatem ad amorem, qui est actus meritioris.

Hoc ergo certum cum sit, refutanda secunda pars quædam, ac feliciter instans lucrationis fuerit intrinsecus in merito, vt videlicet in illo eodem Christus ex tempore in verò fuerit extrinsecum, vt videlicet in tempore immidiato post illud instans Christus meruit. Est sententia quorundam Theologorum fuisse extrinsecum. Alex. 3. p. 9. 17. m. 2. art. 1. Eandemque cœlet probabiliorem, magisque communem Alb. in 3. d. 18. art. 6. & Bonau. art. 1. q. 1. Altfiod. lib. 3. art. 1. c. 7. Eadem debet esse eorum, qui negant in primo instanti Angelum aut meruisse, aut mereri potuisse. Communis tamen sententia Theologorum est, instans incarnationis fuisse intrinsecum merito Christi, ita ut in eodem meruerit. Ita S. Thom. q. 3. art. 3. Caet. ibid. Mag. in 3. d. 18. vbi Scotus q. unica. 6. q. 1. ig. sur. Richard. art. 1. q. 1. Gabr. q. unica. art. 2. concil. 5. Palaudan. q. 1. art. 2. Maior q. 1. Almavayn. q. 1. concil. 1. Thomas Argent. q. 1. art. 3. Marfil. q. 1. art. 1. concil. 4. Dried. de capitulo. & Redempt. art. 1. c. 2. p. 3. art. 3. concil. 3. Alturie. q. 1. pag. 408. Suarez disq. 39. art. 3. Valquez disq. 5. c. 2. Med. sic art. 3. & passim recentiores. Hanc sententiam Asturie putat esse ita certam, ut contraria non sit tua, sed periculosa in fide: verum non est, cur potetur tanta censura, cum praestitum sit controverbia philosophorum, utrum res in eodem instanti quo est, possit operari: neque ex Scripturis, & Patribus habemus sufficiens argumentum ad hanc censuram. Est ergo rei scienda, ut minus probabilis, inimicisque vera, & posteriori sententia, tanquam veteri adhae-

rendum. Probari solet ex cap. 10. ad Hebre. vbi sic habebut. Impossibile est sanguine忍受, & horum auferri peccata, ideo ingrediens in mundum dicit: Et si mundum tolleris, cor meum auctor ap̄stoli mihi. bolovalvam, & pro peccato non ubi placuerunt, tunc dixi: Ecce uero in capite libri scriptum est de me, ut faciat Deus voluntatem suam. Quo loco perlucit quid est etiam Parcas, atque interpres docent per ingressum in mundum significari incarnationem Christi sc̄e in sacrificium offertis, ad expandi peccata, quibus expandi non erant idonea, nec prōinde placita Deo antiqua sacrificia. Contendit autem hunc locum Asturie, ita etiò intelligendum de primo instanti incarnationis intrinseco oblationi, qua tē obtulit Christus; ut siquidem non sit hæc id uegare, si tamen periculorum in fide. Dicitur eo argumento, quod verbum, ingrediens, non possit intelligi de illo instanti ante incarnationem, ut per se conflat; neque post illam, quia in quolibet instanti signo post primum illud, iam dicebatur ingressus, non verò ingrediens, si verba cum proprietate accepiantur. Potest etiam huc pertinere id, quod subditur, tunc dicit ecce venio, id est, in eo instanti. Alij contirā contendunt, ex hoc loco nihil probari, eo quod nullus hinc ex Patribus, aut interpretibus colligat hanc sententiam. Ita Vafquez disq. 75. cap. 2. Sed utrunque extrellum est vitandum. Primum quidem, quod verbum ingrediens, restringatur ad instantia aduentus, & non possit applicari ad temporis consequens, ne quidem immediatum primo instanti, est rigor nimis physicus; & quanquam etiam si hinc attendere, non absit a rigore physico, quod dicatur ingrediens is, qui continuat aliquem motum, seu operationem, ut continuabat Christus vitam, & operationes in mundo; & in moralibus est frequens vius, ut locutio hæc: Petrus veniens dixit, fecit, &c. significat opus aliquod, quod tribuitus aduentu alcunis, sive sit factum statim initio, sine posse, estque tam vitatus hic sensus, ut non solum excludat hæc, sed tribuitur dictis verbis. Apostoli, sed ne quidem periculorum in fide, quod ait tuberculē Asturie, imò sit probabilis sensus. E contrario verò non placet quod dicunt alij, hinc nihil probari, eo quod nullus Patrum ita exponat: nam certe illius Patrum propter contrarium sensum, nec doctet pro quo instanti, vel tempore sit accepientum illud verbum, ingrediens in mundum, ut videtur est apud Cluylost. Bedam, Ambr. Theophyl. &c.

Ceterum certius videtur, Apostolū locutum de primo instanti, quo possibile est, cum accipit esse, operari, prout traditur in Philosophia, ne dicamus Apostolū definitissime questionem philosophicam. Itaque si potest instans productionis res esse intrinsecum eius operationis, præstat dicere, Apostolū in eo instanti tribuisse dictam oblationem Christo. Ratio est, quia non possunt accipi ea verba dicta solim pro tempore passionis, & mortis: nam illi particulariter, corpus autem ap̄stoli mihi. & tunc dixi: Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam; praesertim post illa verba, ingrediens in mundum, &c. significant finem, & intentionem Christi venientis, cuique progressum: quare non dicit, ingrediens in crucem, sed in mundum. Poterò vero cum oblatione hinc suispli, quam fecit Christus in aduentu suo, non possit, nec debeat assignari illa occasio in aliqua circumstantia temporis, quae postulat tunc determinate fieri, sed poterit esse per se ad communidatā cuique tempori; fane non est, cur dicimus dilatam ad aliud quodcumque extra primum instans, quo primum poterit fieri: nec est illa ratio, cu verbum Apostoli, ingrediens in mundum, referamus ad aliud tempus extra primum. Neque verò facit vim in verbo, tunc, cum dicitur, tunc dixi: Ecce venio, quod illud

illud significet per se rigorem primi instantis: nam A prosector negari non potest, illud positum ab Apostolo, ut significaret exclusio veterum sacrificiorum, quae non erant satis ad purganda peccata, ut sit sensus, ideo dixi, Ecce vero verum facio vobis in verbo praecedenti, ingredere in mundum, eum coniecuris tam dictis, & posita in ipso verbo, Ecce vero.

Ratio denum, qua confirmatur communis haec sententia, est, quia potius Christus in primo instanti Incarnationis meruit, illudque esse intrinsecum merito: ergo meruit in illo. Consequens probatur eodem argumento, quo ostensum est debet esse, & fuisse hoc meritum Christi, cum prius esse posuit: si ergo posuit esse in primo instanti, dicendum est in eo fuisse. Idque confirmatur à fortiori ea ratione, quod qui coedunt potuisse esse hoc meritum in Adamo, & Angelis in primo instanti, dicunt fuisse: & qui negant fuisse, ideo negant, quia putant non potuisse esse, conceperit fuisse, si potuerit esse: multo vero maior ratio est in Christo. Nam vero antecedens, quod potuerit esse primo, quidem quoad id, quod in vniuersitate alium, rem posse in eo instanti, quo incepit esse, operari probatur rum in Philosophia, cum in materia de Angelis. Et potissimum valer ea ratio, quod operatio sapientiae natura in ratione operationis, & effectus per se supponit esse secundum prioritatem causae, & principij, de cuius prioritatis ratione solum est, ut effectus pendas in esse, & fieri à causa, & haec non pendas in esse ab illo non vero, ut precedat in aliqua mensura durationis, ut habetur in Postpradict. de l'orig. Alia est enim prioritas secundum mensuram durationis, seu secundum instantiam durationis; alia vero secundum causalitatem: ergo non est necesse, ut quod est prius causaliter, sit prius duratione, sed potest esse simul in eodem instanti durationis, salua solum proprietate naturae: potest ergo res in eodem instanti, quo est, operari. Verum haec ratio, & similes latius confirmantur, & tractantur in materia de Angelis.

Nominatum vero quod Christus potuerit, probatur primò ex parte subiecti, quod primitus tui lumine intellectus, sufficienti etiam in ea arte, & habitus scientiarum, ut supra ostensum est, quam scientiam, & lumen per se comitatur vobis liberis arbitrii prouinciis, & expeditissimus. Ex parte vero obiecti propontebant ipsi mediante ea scientia omnia iudicia, tum speculativa, tum practica, petita à bonitate, excellencia, beneficio Dei, &c. quibus iudicarunt Deum esse amandum, eaque in ipso Conceptionis eius instanti; intellectus autem prudenter sciret in sua, non egit discursu, & deliboratione discutitur, nec tempore ad haec iudicia ferenda; similiter nec voluntas ad suum actum: ergo potest in instanti elicere actum meriti.

Atque ex his principiis solvuntur, qua contraria obstat videtur. Primum scilicet, quod in primo instanti, quo res est, si posuit operari, siue non; tam non potest esse indifferens, nec proinde libera: nam indifferens recipit tempus fururum, non vero praesens. Respondet enim satis esse illud prius natura, quo potest operari, & in quo non intelligitur operari, ad hoc, ut sit indifferens pro posteriori. Secundum quod operatio naturalis debet esse prius tempore, quam libera, ob quam rationem docet Capr. Angelum in primo instanti neque mereri, neque peccare potuisse: hoc enim fundamentum patim tenebit in materia de Angelis, quiaquam in Christo, etiamsi fuerint aliquæ operationes necessariae quoad specificacionem, nulla tamen fuit necessaria quoad exercitium extra visionem beatificam, hoc autem sufficit ad meritum.

His ita constitutis de initio meriti restat quodcumque de progenier vique ad mortem. Communis sententia est, nonne est, nunquam per id tempus interrupsum fuisse. Alcnl. 3.p.9 q.16. membr. 2 art.1. Mag. in 3. d. 18. Bonauan Breviologo p.4.c.7. Caiet. infia q.34.art.2. nec nullum Theologum, qui hoc negaverit, invenire se telatur Suarez scilicet, quanquam Astur, super pag. 409, ait quosdam egregie doctos ex Recensioribus fuisse refutatores. Fundamentum communis huius sententiae est, quod Christus scientia cum non pendas àphantatim bus, nunquam fuerit interrupsum quoad omnes actus, ne quidcum in dormiente, ut ostensum est circa q.11. voluntas autem vbi adest perfectus scientia, & rationis vobis, & quandiu adest, semper potest, & facilius operari, siueque actus continuare. Illud ramen verum est, non tempore perficere in eodem numero actu, sed transire subinde ab uno ad alium. An vero per huiusmodi continuationem, vel multiplicationem actuum, fuerint aucta, vel multiplicata Christi merita, satis explicatum est circa questionem 1. artic. 2.

DISPUTATIO V.

An Christus meruerit, & mereretur post mortem.

V. ESTIO haec esse potest de Christo, cum ratione communis sibi cum aliis hominibus, quod est esse extra statum vias, non vero ratione, seu rationibus particularibus, quibus ipse ab aliis hominibus differt. Nam si spectetur ratio illa communis, dicendum primò ex natura status extra viam non esse per se impossibile quemcumque beatum mereri; probatur, quia omnis actio existens sub dominio aliquius proportionata premio, existens sub dominio alterius, in cuius obsequiis illa potest fieri, & cum quo potest intercedere pactum de premio pro illa conferendo, habet rationem meriti: sed potest esse huiusmodi actio in beatis extra viam; ergo potest esse meritum in illis extra viam. Maior probatur, quia huiusmodi actio facit libi debitum premium per se, ratione actionis exhibita, non quidem propter beneficium acceptum, quomodo pertinet vel ad pietatem, vel ad gratitudinem, nec ratione excellentiæ diuinæ, quomodo pertinet ad religiosum; verum intuitu premij ex pacto, quomodo non potest pertinere ad aliam virtutem, nisi ad iustitiam specialiem, secundum quam sit debitorum premium: actio autem, virtute cuius sit debitorum premium secundum rationem, debitumque iustitiae specialis, quæque facit debitorum remunerantem, est propriæ, verèque meritum, sicut exhibitus preçij pro re est propriæ emprio. Nam probatur minor, nam in beatis extra viam sunt actus boni, & liberi sub dominio ipsorum, quoniam ad tale dominium fatis est libertas, dignique premio, quæque posunt esse meraria contractus de iustitia: nam ad hoc nil aliud requiritur, nisi res digna premio existens sub dominio. Ex parte vero Dei non deest, quod posuit illis dari in premium, quodque non habent in se, vel in proximis viatoribus. Potest enim Deus in vniuersum pacisci cum persona iusta de premio, conferendo alij propter cius opera; idque esse de condigno, ut supra docuimus. Pateretur potuisse Deus statuere nolle se dare glorian corporis beatis hominibus per Resurrectionem, nisi propter actus bonos meritorios, quos exercerent extra viam: similiterque accessionem, quæ subinde potest fieri, & fit aliud gloria acciden-

D talis.

E

Dicendum nihilominus secundò , beatos de facto in statu beatitudinis nihil amplius mereti. Probatum primò , quia hoc significant passim parabolæ Christi de creditis talibus , *Matth. 24. Matis 13. Luce 19.* vbi dicuntur , *negotiorum dum venio & premium imponit huic negotiacioni , & qualitas , quantitasque prae- nuj alterius vita affliguntur secundum meritorum operum huius vita videbuntur , in qua postea habent sapientiam etiatis , in supra quinque citatae . Illa etiatis particula , negotiorum dum venio , significat terminandum negotium aduentus Christi , & quidem non solum in tunc mundi , verum in vita , quoniam , ut inquit Augustinus , ideo dies mortis aliquando dicitur aduentus Christi ad iudicandum , quia tales nos invenimus dies iudicij , quales extremus dies vita : nulla ergo accessus meritorum , & premium post mortem fieri. Huc pertinet quod dicitur *Eccles. 9.* *Mors nihil novetur amplius nec habens olira mercedem.* Et infra , *quodcumque facies potest manus tua inflammat operare , quia nec opus , nec ratio , nec sapientia , nec scientia erunt apud inferos , quo in propero .* Dilectus ad inferos in Scripturis est communis iustus , & iniustus , praesertim ante aduentum Christi , quando tam qui egebant penitentia Purgatorii , quam qui negebant , detinebantur apud inferos ; quare sensus huius loci declaratur esse post mortem intructuosa , non solum opera peccatum ad veniam , verum etiam opera iustitiam ad premium , ut in eum locum docet *Ieronymus* , & *Gregorius lib. 4. Dialog. c. 39.* In eodem lib. *Eccles. c. 18.* dicitur , *No verear usq[ue] ad mortem iustificari , id est , in iustitia crescere , ut exponit Trid. fift 6. cap. 10. Iam de Christo videtur aliqua ratio peculiaris , ob quam possit inerti etiam extra viam , quia adhuc potest extra viam , et caput non tantum beatorum in celo , verum etiam viatorum , non tantum pro statu figurato , verum etiam pro statu presenti , scilicet quatenus viatores sunt , & egerint capite in via ; ergo Christus ratione ipsorum adhuc est viator , quatenus homo ; ergo adhuc potest mereri. Probatur utraque consequentia , praeternit posterior , quia egenus in via multis rebus , & auxiliis , quia Christus , ut homo est , non nisi meritis suis potest obsecnere. Nihilominus**

Dicendum tertio , eti si impossibile non est , Clivitum adhuc mereti post mortem , & Resurrectionem , nihil tamen amplius , aut pro se , aut pro aliis meretur. Prima pars probatur illud ait agnitionis , quibus probata est prima affectio de hominibus , quia magis procedunt de Christo. Et consi matur est cap. ad *I Hebr.* unde habetur , filium Dei potuisse alius naturam angelicam ad præstandum id ; quod prælinuit per humanam scilicet Redemptiōnem hominum , per opera meritoria . & intelligendus est *Apostolus* , de natura angelica in statu ; quo iam est , scilicet comprehensoris , & non viatoris ; quia non est , cui famulos loqui de alio statu , cum quia naturam humanam , quoad patrem intellectuum accepit in statu comprehensoris , quia ita decebat , decet ergo in eodem statu accipere quinque naturam accepit : sed natura angelica non habet , unde posse esse viam , nisi secundum partem intellectuum ; ergo si secundum hanc non fuisset viator , & tamen per hanc Christus nos redemit , comitas potest Christum inerti etiam extra statum viae . Secunda pars , quod de facto non meretur , est ita certa , ut contrarium non vacet tenetiori : et enim regula communis , quod merita sunt via , & mox ut terminus , & status huius viae : neque et ratio , cur excipiatur Christus ab hac regula , immo est ratio , cui magis in ipso , quam in aliis locum habeat. Etenim alijs puri homines non modo pro aliis non possunt pleniusque in hac vita , quantum oportet satisfacere , vel meriti , sed ne qui-

A dem pro scipis ; & nihilominus non relinquitur amplius illis locus merito , sed solum satiationi , quia non auger premium , sed solum tollit impedimentum. Contra vero Christus non solum pro leprosum potuit quantum satis illi mereri ea , quia dari possunt libi per merita , vetmetiam pro abis omnibus pateris , & futuri hominibus omnia bona , ut decet infinita , & pro omnibus satisfacere , & sane vno actu : quod autem multiplicarentur actus , ratio non fuit , ut multiplicarentur merita ; sed futuri aliae causas , quia solum habent locum in hac via , videbunt ut plura patetur , prebet exempla , &c. ut dictum est circa an. 2.9.1. ergo multa minor ratio est , cur deficit in Christo illa regula , quam in aliis hominibus. Et sane hic est meritis sensus Theologorum , & Ecclesiæ . Et confirmatur ex illo *Ioan. 9.* *Ne oportet operari opera tua , qui misericordia mea , donec dies est ; venui nox , quando nemus poterit operari .* Vbi Christus comprehendit ipsum sub dicta regula communis omnibus hominibus , & per noctem intelligit mortem , ut est communis expositus Patrum , Chrysostomi homil. 55. in *Ioan. August.* mali. 4. in *Ioan.* *Orig. hom. 3. in Ps. 36.* Hieron. in *c. 9. Eccles.*

B Sed contra haec obicitur primum quod aiunt quidam Theologoi , & S.Th. in 4. c. 2. 9. 9. 10. 3. ad 4. beatos potest mereti aliis de congruo. Respondeo meritum ab ipsis late , imprincipie acipi , prout significat impetracionem , quia proprie meritum non est.

C Secundum obicitur , Christum in celo pro nobis orare ; iusta illud ad Rom. 8. *Christus Iesus , qui moriens est , immo qui & suo resuscit , qui est ad dexteram Dei , qui etiam interpellat pro nobis .* Oratio autem praescrictum Christi , qui gratia , & dignitate sua plurimum valer coram Deo , ad efficaciam orationis , habet rationem meriti. Huius argumenti solutio pericula est ex iis , quia dicitur circa 9.21. an scilicet Christus in celo ore pro nobis. Interim si detur ipsum orare pro nobis , responderet Suarez , Christi orationem in eo confitente , ut petat mercedem libi debiatur propter merita praecedentia , eo modo , quo quilibet mercenarius exigit suam mercedem , non vobis ut faciat mercedem libi debitantem vi orationis. Hanc responditionem non probat Valquez c. 2. quia potest idem premium responderet multis ineritis ; ergo potest Christus oratione sua praeteritam mercedem mereri. Praeterea , quia si oratio vobis habet impetrandi praescrita merita ; certe hoc ipso est ineritaria ; quod enim impetrat , est meritorium , auctor August. epist. 105. vbi se loginuit : *Sed nec ipsi remissio peccatorum sine merito est . si sed hanc impetrat .* Sed haec argumentum non oblitante , nam praeterea quoniam quodque praescrus est de merito premium , quod non praescras ipsum meritum , sed sequatur , secundum regulam communem , quia meritus debet esse prius praemio ; tamen etiam detur id potest heresi respondere , data bene satisfaci argumento , dum negat orationem esse tale meritum , quod meretur mercedem praeteritam , affirmata que solum esse postulationem primum promeriti. Alter potest obicius contra hanc responditionem , quod postulatio mercedis debita meritis , praescritum de infinita , non habeat rationem orationis , & primum , oratio enim fundamentum , & rationem obtinendi haber in dante , videbuntur hominibus eius , & misericordiam , &c. si vero habet fundamentum in postulante , fecedit a ratione orationis plus , minime pro ratione fundamenti , ita ut si totum fundamentum sit in postulante , nulla remaneat ratio precium , & orationis , sed postulatio illa sit mera actio iustitiae : quate mera oratio fuit cius , qui debebat decem milia talenta , cum dixit , *Pauemiam habe in ure , &c.* & obtinuit remissionem debiti , *Mar. 18.*

D Postula

Postulatio iustitiae sui denarij dicitur Matth. 10. 5. *Huius monitionis, &c.;* & *Nomine ex denario conuenienti rucum;* si ergo dicatur Christum, cum orat postulat necredem operatum, & meritorum certe hoc ipso ponitur non orare. Ad obiectiōnēm ergo dicitur, aut negandum esse Christum orare in celo; *per respondet huc Val-* quoz, quia de re dicens aliquid q. 1. aut certe in prouidentia, & gubernatione Dei circa nos, & applicatione meritorum Christi ad quafdam personas, & quoslibet effectus, esse aliquid, quod praestare sit solū penes Dei voluntatem, & bonitatem, non debitum meriti Christi; an vero talis aliquid sit, & cuiusmodi, dicitur infra. Si ergo est talis aliquid, habet locam oratio, non verò meritum, quia, ut modo dicebam, sive in persona postulante sit, unde paliſit me- reti, huc uotatim oratio non habet fundamentum in persona postulante, nec proinde in meritis ipsis, sed solū in bonitate dantis; meritus autem facit rem sibi debitam, & dantem debitorem, ut ratione, & fundamento petitur ex parte postulantis. Nec obstat quod affectus ex Auguſt. scilicet, *Si fides impetrata, istud merito: nam ratio obtinetur;* in hoc eata sumetur ex parte postulantis, qualis ratio est fides; ideoque habet locum meritum, potius quam oratio, & nomen illud: *impetratio;* qui solet alias nominari, id quod obinetur vi orationis, hic latè applicatur ad significandum id, quod obtinetur vi meriti.

Exponitur dubitatio de vulnere lateris Christi,
ap. & qua ratione consulerit ad
meritum. §. 1.

Tertio loco aduersus ea, que dicta sunt, obici potest, quid sancti Patres agnoscant Sacra menta, mysteria, & redempcionem in vulnere lateris, quod post mortem Christus accepit, secundum variis loquendi modos, quos iam proferimus: vnde sequitur Christum etiam post mortem meruisse. Propter hos argumentum proferunt varij loquendi modi, ac primò occurrunt duo citores. Alter concedendum, Christum adhuc post mortem meriti, qui non est aperte contra fidem. Alter, quem referit Galter, verbo *Corsius*, dictum, Christo allat, viuenti suis in fligium vulnus lateris, qui eter, est manifestus contra fidem, & perspicua Iordanis verba, meritoque censetur inter hereticos. Pater hos citores existimūt alij quatuor modi.

Primum affirmāt mortem Christi, vulnus lateris, & resurrectionem, esse causas efficientes, non solū mortales, verum etiam physicas virtutis Sacramentorum, nonneque iustificationis, & sanctitatis; ideoque hos effectus tribuit dicto vulneri, eo quid paretur hæc sententia S. Thom. 3. p. 9. 48. art. 6. & aliis, Ita docet Aſtutus. q. 5. pag. 414. sed primum hæc actio physica humanitas Christi, & maximè passionis, mortis, &c. facta est à nobis refuta, circa 9. 13. & declarata mens S. Thomas. Deinde etiamne admittenter, hic non est ad rem: nam, viatus Sacramentorum non manet physicæ à morte, & passione Christi, sed moraliter in ratione meriti; & cum necesse sit, eos qui tribuant actionem physican operibus Christi, tribueret etiam morale, & haec maxime in te prestanti requisitione opoperat ad physican configere.

Secundus modus est, etiamnam aqua, & sanguinis esse causam tantum exemplarem omnium Sacramentorum; vt sicut aqua, & lumen, manantia à late Christi, tanquam à fonte, ita Sacramenta ab eius passione, & morte, eo sensu, quo loquitur de refutatione S. Thomas infra p. 6. art. 1. & 2. & interpro-

tatur locum Apostoli ad Rom. 4. dicentes; *Resurrexi propter iustificationem nostram;* vbi illa causalitas, proprie, non meritiorum, sed exemplare, causam designat, quanquam alter hunc locum intelligat August. ut dicimus q. seq. art. 4. Hunc modum inter alios, ut bonum proponit Alſtric, etiamne alia admittat dictam actionem physican. Videturque habere fundamentum in Patribus, qui cognovit quod hoc Christum cum Adam, de cuius documentis latere educta est mulier, per quam significatur Ecclesia. Ita Tertull. lib. de anima, cap. 43. Cyprianus lib. de missis Syna. & Sion, longè post medium, Auguſt. tr. 12. in Ioan. & lib. 2. de simbolo, cap. 6. Clement. 1. de summa Trinit. & fide catholicæ, Theophylact. m. 6. 19. Ioan.

Tertius modus conuenit cum hoc in eo, quid effusio illa aquæ, & sanguinis sit signum Sacramentorum: patim enim reterit esse signum, & esse exemplar; quando enim exemplar est rei futura, quæ non imitatur formam, & modum ipsius exemplaris in agenda, habet rationem signi. Differunt autem auctores modi huius à superioribus in eo, quid non nolite omnia Sacra menta, sed duo tantum dicto vulnere significari, vel duas res, quarum una sit Sacramentum. Veritatem hi non conueniunt in te significata. Quidam enim vulnus significari duo, Sacra menta, scilicet Baptismi per aquam, & Eucharistie per sanguinem, duobus auctoritate Cyrilli lib. 12. in Ioan. c. 39. vbi aquam, & sanguinem vocat originem, & primicias mysticæ benedictionis, ac sancti Baptismatis, benedictio mystica vocari solet Eucharistia, tunc calix sanguinis dicitur calix benedictionis. Haec eadem significari docet Chrysostom. 84. in Ioan. Theophylact. & Euthymius in cap. 19. Ioan. Damasc. lib. 4. de fide, c. 1. Nilien. lib. cuius titulus est, *Testimonium contra Iudeos*, cap. penult. Tertull. lib. de Baptismo, cap. 16. Auguſt. lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos, c. 6. Alij volunt significari duo baptismata, scilicet sanguinis, quale est martyrium, & aquæ. Ita Rufinus apud Cyprianum in Symbolum, vbi explicans illum articulum, *Cristifidemus;* &c. si habet: *Potest intelligi, quid duplice gratiam Baptismi figuravit, unam;* quæ datur per aqua Baptismum, aliamque per martyrum profusionem sanguinis queratur. Idem Hieron. ep. 8. ad Octauium, Cyrill. Hierol. Catechesis, 3. post medium. Alij volunt aqua significatum sive Baptismum, sanguinem vetò primum post redempcionis, duobus auctoritate Leonis Papæ, ep. 4. c. 6. his verbis: *Ei sunt regenerationis potentiam sanguis;* quando de latere ipsius profusione sanguis redemptio. & aqua Baptismi. Ambros. lib. 10. in Lucam, c. de commendatione Marie sub finem, tribuit aquæ illis ablutionem, & sanguinem redemptiōnem. Idem habetur ex Auguſt. tr. 12. in Ioan. & lib. 2. de Symbolo, c. 6. Ambros. lib. 10. in Lucam, & alij.

Quartus demum modus, & sententia est, vulnus illud, effusioneque aquæ, & sanguinis non solū esse causam exemplarem, nec solum figuram, verum etiam causalium meritiorum omnium Sacramentorum. Ita Suarez disp. 39. fol. 3. Alſtric. loc. cit. & alij.

Dicendum igitur primò, vulnus lateris, effusione neque sanguinis pertinuisse ad confirmationem passionis Christi, & sive propriæ meritiorum. Probatur ex modis loquendi Patrum, qui ferunt idem cum his, quibus tributuri purgationem à peccatis passioni, & reliquis operibus Christi viuentis. Auguſt. tr. 12. in Ioan. ita loquitur: *Post Januarii prope Euangelista tunc est, non non diversa ligna sive percessit, &c. sed aperit, ut ille quadrangularis vīs efficiat pandentur, vnde sacramenta Ecclesie manentur;* &c. Certe non potest dici res, seu effectus manare a figura, & ligno, tanquam ostio, nisi lignum sit efficax, & virtute continet effectum. Secundo Auguſt. ibid. & alij Patres dicunt hoc ipsum, quod

quod è latere prodirent Sacraenta, sive figuratum in formatione Euæ è latere Adam. Certe non adhuc bidentur ad significandum simplices figuræ, ut tunc figura signi; ergo aliquid aliud continet præter figuram vulnus lateris, scilicet virtutem forminatam Ecclesiæ, quæ dicitur inde illæ formata Ecclesiæ, non verò solum significatam formationem. Sic Clemens de summa Trinitate, & fiducie dicitur, *Perforata lancea sanguini laius fuisse, ut exinde profundiens vnde aqua, & sanguinis, formaverit unicam, & immaculatam, ac vero sancta mater Ecclesia, quæ sunt verba Augustini libr. 2. de Symbolo ad Catacombas, cap. 6. qui libr. 15. de Civitate, cap. 26. at significatum hoc vulnus per ostium arcæ Noë, & inde Sacraenta manans. Chrysostom. homil. 34. in Ioan. Non casu, inquit, & similitudine hi sonus securiorum, sed quoniam est ambigua Ecclesia confundit. Præterea Aug. ibid. ait, *Ide sanguis in resuscitatione Christi est peccatorum; que verba significant cauam finalem effusionis, & efficaciam, sicutque similia iis, que dicuntur de effusione sanguinis à viuente, tribuitaque remissio peccatorum effusioni ipsi, non verò rei per ipsam figurare: & infra facit hunc effectum communem morti, &dido vulnus, ut perinde sit habeti à vulnere, atque à morte. O mors inquit, unde mortui resuscitantur, quid isto sanguine mundantur, quid isto vulnere salubris. Certe non esset ad tempore subiungere, quid isto vulnere salubris, nisi per vulnus factum esset id quod dicitur factum per mortem. At verò mors non est solum figura mortis peccatorum, sed vera causa, cum ipsi principi, maximèque tridivatur, quod etiam significat illud verbum, vnde mortui resuscitantur: nec ergo dicta effusio lateris est solum figura, quod etiam significat illud verbum, quid isto vulnere salubris, quod non potest puro signo conuenire. Idem lib. 12. contra Faustum, c. 2. de tempore praesenti, quo Ecclesia ambulat in spe, ait: *Quandiu bibitur quod de Christi latere manant. Certe non dicitur bibi sanguis effusus à latere, si solum est figura, sed tantum diei posset bibi sanguis aliunde effusus, qui dat virtutem Sacramentis, per quæ iustificamur. Amb. lib. 10. in Lue. c. de commendatione Mariae, sic habet, Ex illo incorporo corpore, sed defuncto omnium vita manabat: aqua enim, & sanguis exiuit illa, que dicitur, iste qui redimat. Nescio sanè, quomodo manare vitam ex corpore, dilucide, redimere, possint, conuenienti soli figura, cum in huiusmodi verbis passim Theologii tantam efficaciam agnoscent, ut vix patet posse itare sensum illorum cum causitatem solum meritaria, & morali, multique velint notari physicam: quomodo ergo poterimus esse contenti polo signo, & figura. Eadem vix habent verba Cyrilii lib. 12. in Ioan. c. 39. vbi vocat sanguinem, & aquam, originem, & primis benedictionis mysticæ. Chrysost. hom. 84. in Ioan. in illa verba, *Exiuit sanguis & aqua, sic habet. Scimus hoc iniiciari per aquam enim regenerari sanguinem, & carne nutritum: que via heba causitatem significant, & subdit, hinc mysteria nostrum habent, ut quovis ad admittendum calceum accedit, sanguinem ab ipsa late-re bauriens accedit. Nota illam particulam, ab ipsa laterre, que significat causitatem sanguinis, & nominatum designat talentum sanguinem. Epiphanius bases, 88. sic habet. Aperitum est ipsi (id est, Christo) latus, & mylero sanguinis, & aqua pretiosa redemptio facta sunt. Nota verbum pretio, quod nullo modo conuenit figura, sed tantum sanguini ipsi, quo redempti sumus.****

Probarat præterea ratione, nam quamvis quod attinet ad bonum, & malum, damnumque sensibile, non est capax iniurie corporis, aut animæ, ratione corporis mortui magis, quam quodcumque cadaver brutorum, vel lapis, tamen quod attinet ad honorem, est

Ys. Regiae m 3 p. D. Th. strati post.

A capax iniurie homo mortuus in suo corpore, eo quod sit superflues anima eius, cum qua constituerat, & potest constitueri unum totum capax iniurie circa honorem. Nam procedit non est capax misericordie circa honorem, nisi quod est capax iniurie: cadaver autem hominis est capax misericordie, circa honorem, & cultum; ob hunc enim maxime fuit remunatus Tobias; ergo & iniuria. Deinde ipsam ratione naturalis dicit esse veram iniuriam, id quod per contemptum fit aduersum cadavera hominum. Cum verò hoc verum sit in cadaveribus reliquorum hominum, tum maximè, & peculiariter ratione in cadavere Christi, quod erat unum personæ Verbi viuenti, atque animæ, quæ mansit coniuncta corpori in persona Verbi ad hoc, ut vniuersit iterum corporis quoniam in puris hominibus, in quibus anima, & corpus constituant personam, per mortem tollitur vno eorum, & in natura, & in persona. In Christo autem, in quo, vt notat S. Thomas, *quælibet articulus, sive vniuersitas personæ praesentienti, quæ subsistit in ipsis, per mortem tollitur vno in natura, sed non in persona; manet enim anima unita corpori in persona, & subsistens, iuxta id, quod habet idem articulus. Omne quod inest alicuius persona, vniuersit ei in persona.*

Dificultas solum est, quod ad hoc, ut huiusmodi iniuria sit metitoria, requiratur voluntarium, quod hic videtur decisi: nam non potest esse voluntaria voluntio, quam habet anima extra corpus, quia non est metitoria; neque voluntio, quam habuisset in corpore, quia vulnus accepit post mortem. Respondet duplicitate fusile voluntarium, primò obiectu, ut docet Asturicensis, & Suarez, & reed, ex quo potest iniuriam sui corporis, & effusione sui sanguinis prævidere, qui potuit offerti pro nobis in remissionem peccatorum, pro eo tempore, quo cum iniuria sui, sive corporis erat effundendus, cum fuerit dignitatis, valorisque infiniti, ratione vniuersum, quam cum Verbo retinuit anima separata vniuersum corpore: hoc enim declarant Patres, cum nominatum illi sanguini tribuum virtutem Sacramentorum, quæ simul, & in particulari significabant illa effusione sanguinis lateris, eo quod fluenter simul cum aqua, non verò reliqua sanguinis effusione. Confirmatur, nam Christus ante passionem, & cum primùm ingressus est passionem, obtulit pro redemptione hominum totum suum sanguinem, ut effundetur, sive ante passionem, & mortem, qualis effusio facta fuit in horto solo obiectu futura passionis; sive post passionem, & mortem, qualis fuit per vulnus lateris, que integrat totam effusione oblatam, sive prævisa, quinto- & ab ipso Christo etiam voluntate humana præordinata, cum fese ad illam obtulit; ergo etiam per illum meruit.

Necque obflat quod obicit Vasquez, opus exterrnum, ad hoc ut sit metitorium, debere esse morale, & quod ad hoc, ut sit morale, non satis sit, ut ortum habeat à libera voluntate, sed requiratur, ut etiam maneat sub illa; non manferit autem sub hac vulnus lateris Christi. Deinde quid vulnus lateris catenus solum fuerit metitorium, quatenus fuit patienter toleratum; & quomodo non fuit toleratum vulnus illud cum inferteret. Non obflat, inquam, quia cum dicitur ad hoc, ut sit morale opus exterrnum, quantum fatis est, ut sit metitorium debere manere sub voluntate, quando est actu, aut hoc, quod est manere sub voluntate, intelligitur ex sensu, ut pendeat ab ipsa in fieri, aut certè ut pendeat, quoad acceptationem, & complacentiam. Certe primum non est necessarium: nam

C emillio

emissio sagittarum, & propinatio veneni est opus mortale, siue bonum, quando est opus iustitiae, siue malum, quando est iniuritiae; & tamen mors per hanc processuam non pender in fieri amplius à sua voluntate. Si vero dicatur secundum, certe per presentiam facti, & boni, vel mali externi, quod voluntas non potest impedire, & exercet aliquem actum circa illud; non sit bonus, vel malus actus internus bonitate, vel malitia intentia. Deinde, vt sit vera illa regula, solum procedit ex esse mortalium actionum, non vero de esse moralis passionum: cum enim actiones pendeant à voluntate, non solum quod originem, verum etiam in fieri, certe esse morale ipsorum consistit in hoc, vt maneat sub voluntate, etiam quando sunt: ut vero de ratione passionum, que extrinsecus inscrutantur ab alio agente, siue necessarij, siue libero, quod non penderet à voluntate eius, cui passio infertur, et vi passio, aut minime penderet à voluntate eius, cui infertur, aut solum quod originem: vulnus autem illud est passio illata ab eo, qui non penderet à voluntate Christi, nisi quod originem, nempe ut Christus vellet se ipsi subictere; ergo esse morale, & meritorium eius, non debuit esse positum in eo, vt maneret sub voluntate, quando erat actus.

Ad secundum conceditur in susceptione illius vulneris, non fuisse locum virtutis patientiae propriæ, quandoquidem materia huius virtutis videtur esse malum praesens, & illatum; negatur tamen quod allumitur in argumento, scilicet vulnus illud eatenus fuisse meritorium, quatenus fuit patienter toleratum; potuit enim esse meritorium ratione aliarum virtutum, scilicet charitatis, humilitatis, obedientiae. Potest etiam pertinere ad virtutem patientiae illud vulnus, quatenus per se erat obiectum eius, & à virtute patientiae, qua in Christo erat, reddicatur animus paratus ad illum sufficiendum, etiamque nondum mortuus fuisset, sicut fuit redditus promptus ad alia vulnera.

Secundo fuit voluntarium illud vulnus, non solum obiectum, verum etiam in resiliere in causa; voluntas enim causæ, in qua prævidetur effectus, recipit bonitatem, vel malitiam ab effectu, sicutem indicet, si non sit volita causa ex intentione effectus; si vero sit volita causa ex hac intentione, recipit etiam directe: ex hac autem intentione Christus exhibuit corpus suum ad passionem, & mortem, & ad faciendum ea, quæ post mortem fierent, quale fuit vulnus lateris, & effusio sanguinis. Vnde vnuisti, quod declarauit ipse *Matth. i. vbi dicitur, Exinde cepit Iesus ostendere discipulis, quia oportet eum ire Hierosolymam, & mori pati, &c. & eccl. &c. Nota illud, oportet ne, & irreparabile Petro ait, Fide, &c. non sapit ea quae Dicitur.* Vbi in causa ascensus in Hierusalem vides futuram mortem suam, & ex hac intentione declaravit, quid oportet non contineat ab adeunda Hierosolyma. Confirmatur, nam negari non potest, sudem sanguinem fuisse meritorium in Christo, & tamen non fuit volitus in se, sed solum in causa, scilicet in apprehensione vehementi future passionis, quia prævidetur futurum sanguinem sudem, quâunque apprehensionem poterat contineare, aut salem non deterrere partem inferiorum sibi ipsi, & tristitia, & non coniunctio.

Dicendum secundum, vulnus lateris, effusionemque sanguinis non fuisse satisfactorium, ex qualitate, & natura actus, seu passionis, sed solum ex bonitate, quam dabat actu voluntatis obiectum in dicta acceptatione, & volitione, qua fuit volita, & ex quantitate valoris, quem in viuierum recipit quilibet actus bonus in Christo à dignitate persone diuinæ, non solum ad merendum, verum etiam ad satisfaciendum, id est eminenter concinens actus ex qualitate sua satisfactorios, potensque præstare quod illi possunt.

A Prima pars probatur, quia actus qui sunt satisfactorij ex qualitate actus, sunt penales, qui videlicet satisfaciunt afferendo penam, & ex vi penæ, & quatenus afferunt penam, ut confiat ex materia de Penitentia: vulnus autem lateris non artillit penam, etiæ natura sua aptum esset afferre viventi; non ergo fuit satisfactorij ex qualitate operis. Secunda pars fatus declarata est in materia de satisfactione Christi, circa a. 2. q. 1.

Ex his omnibus solvit dubium, quod fieri solet de morte Christi, per quam nos redemit, cum in instanti, quo fuit mors, Christus fuerit extra vitam, ac proinde extra meritum. Qui sentiunt hominem deliriante intrinsecè per ultimum sui esse, negligunt in instanti ultimo Christum fuisse extra vitam. Verior tameu est communis sententia, quod homo definit extrinsecè per primum non esse. Atque in hoc ultimo instanti extrinseco concedit *Cajet. i. p. 9. 6. 3. artic. 6.* meritum, quo mereatur anima extra corpus. Sed verius est, nullum in eo esse meritum, sicuti nulla est via; nec esse necessarium ad me, itum, vt qui mereatur habeat actum meritum in eo ultimo instanti, tum propter rationes dictas de vulnere lateris, quæ à foliis virori militant hic: tum præfertim, quia multi habent meritum moriendo pro amore Dei, pro fidie, &c. qui plerunque nequidem in toto tempore præcedenti possunt habere ultimum actum liberum circa mortem. Dicitur ergo in materia mortali mortem, quæ quis mereatur vocari totum id, quod præcedit terminum vita, & tendit ad illam; atque ipsa uors est terminus sicuti via, ita & meriti ipsius mortis, quo scilicet quis morte mereatur.

D I S P U T A T I O VI.

An Christus meruerit gratiam, & gloriam.

 **H**RISTVM ab initio Incarnationis, & gratiam suis constantem infusis virtutum habitibus, & gloriam, id est, claram Dni visionem obtinuisse, suis locis cum S. Th. supra docimus: quæ vero ratione obtinetur, num scilicet solo Dei fauore, seu sola operatione Dei, productis talem hominem præditum tali persona, cui conveniat nunquam carere gratia, & gloria, vel simili, aut maximè merito iustitiae ipsius Christi, qui utrumque sibi debitam fecerit, non explicauimus ibi, eo quod ad hunc locum pertineret, quo de merito ipius à S. Thome disputatur.

Profreruntur de hac questione duæ sententiae. Prima affirmans Christum meruisse sibi sum beatitudinem, ita Altfidorense lib. 3. tral. 1. c. 7. in princ. Maior in 3. d. 1. 8. q. 2. Baffol. q. 1. a. 3. Ioan. Mayron. in 3. d. 17. q. 1. Eandem censet probabiliter Alb. in 3. d. 18. a. 4. licet oppositam sententiam probabiliorum. Videtur habere fundamentum in S. Th. in fr. 9. 34. a. 3. & communia sententia, quod Christus accepit gratiam habitualiter per propriam dispositionem, unde sequitur illam meruisse de condigno: id autem cōsequens esse probatur, nam opus bonum, liberum supernaturale, proportionatum premio supernaturali præcedens natura ipsum præmium, tanquam causa, est suapte natura meritorium de condigno, si sit in persona grata: talis autem est dicta dispositio; ergo est meritoria de sondigno gratia in Christo. Maior est clara ex definitione meriti de condigno. Minor probatur, quia dispositio ad gratiam est prior natura, & esse dispositio est esse causa, auctore S. Thoma 1. parte, quest. 62. art. 2. ad 3. & 1. qnaq. 109. artic. 6. ad 3. Christus autem ex vi uionis est persona grata, & ergo fecit actum meritorium gratiae: si quid autem videatur desiderari, est pactum, vt actus non sit solum meritorius, verum etiam mereatur de facto; hoc autem positus

tis omnibus requisitis ad meritum, non potest dici. A non negat fieri potuisse, ut Christus meretur gratiam, & gloriam sed solum negant de facto meruisse. Est sententia S.Th.huc, quem quidam volunt etiam de potestate absoluta locutum, cum negant Christi haec meruisse; sed non recte, ut infra notabo. Eadem est communis aliorum, qui solum loquuntur de facto cum Magistri in d. 18.vbi Bonav. art. 29.1. Rich. art. 20. q. 1. Palud. q. 2. Durand. q. 3. m. 6. Gabr. q. vni. Marfil. q. 12. a. 1. concil. Aleut. p. q. t. 7. membr. 3. a. 1. ad 2. q. 3. cui non recte tribuit contraria sententiam Marfil. Dried. de capitate, & redempt. r. art. 2. c. 3. p. 3. a. 3. Soto in 4. d. 2. q. 1. a. 2. Suar. disp. 10. Valq. disp. 77. & pallini recentiores.

Dicendum primò fieri potuisse absolute Dei potentia, ut Christus & gratia, & gloria meretur. Hac propositio si non refingatur ad vium inflans temporis, quo simul sit meritum, & præmium, solum solum prioritate naturæ; certior est, & communis omnium extra Henricum, & Cano, habeturque ex S. Thom.hic, vbi ait oportere Christum caruisse gratia, & gloria, ut eas meretur, nec negat potuisse carere, sed solum ait ex eo minù dignitatem Christi. Et satis potuisse afflui naturam, vacante his bonis, quinquem vacante etiam intellectu; satis ostendit est circa q. 4. Iam Christus sic potius extra statum comprehendens in statu pueri viatoris; in eoque carens præterea gratia habituali; adhuc habuisset à gratia vñionis sufficientem valorem in actibus, & operationibus suis ad quodcumque meritum, etiam maius gratia, & gloria, ut ostendit est circa q. 7. adversus quoddam, negat opera Christi abique gratia creata habituali habitu fuisse vim meritis potuisse ergo Christus haec mereri.

Si ergo refingatur propositio ad vium instans incarnationis, ne per meritum hoc minutus dignitatem Christi, quam cum Theologis agnoscimus in eo, quod nunquam meruit gratia, vel gloria; certè si non vacat aliqua difficultate, tamen omnino vera est, minime neganda; quam satis probat prima sententia, cuius nationibus propositionem hanc duntaxat comedimus. Confirmaturque explicacione modi, quo id fieri potuisse; neper ut actio Dei non fuerit immediate testimonia ad gratiam, & gloriam producendam in anima Christi, solum cui ipsa anima ante omnem ipsius anima operationem: verum ante hanc operationem solum eraret in anima habitat scientia, & species, quibus obiceretur Deus amandus, & præmium amoris, scilicet dona gratia, & gloria; itemque pactum, fu promissio ea conferendi propter dictum amorem: similius addebet gratia excitans, congrua, & efficax ad mouendum, adiuuansque parata; gratiam verò, & gloriam non nisi polito actu amoris produceret. Haec autem potuisse simili esse in eodem instanti, bene probat prima sententia: nihil enim prohibet rem eodem instanti quo sit, operari, ac tribus sibi ab agere in eodem omnia requirita ad operandum. Multominus repugnat omnipotenti Dei operari in eodem instanti, quo creature operatur: & cum meritam, opusque creature sit in eodem instanti, quo ipsa accipit esse; non repugnat operationem Dei, que non ponunt nisi polita operatione creatura, similiusque in eodem instanti temporis cum ipsa, ponit in eodem instanti, quo ipsa accipit esse, solum prioritate naturæ, atque ita animam Christi nunquam carere gratia, & gloria, & tamen merito suo viranque obtinere. Neque vero ad hoc meritum constitutendum quicquam præmititur, cui repugnat eti simili in eodem instanti cum premio, ut necesse sit praesente uno, alterius priuationem adesse, eoque anima carerenam neque ex parte intellectus tale quippe assignari potest, nisi esset ponendas actus fidei, qui non est necessarius ad meritum, nisi proprium virtutis fidei: actus autem scientie infusa de facto sunt in anima Christi, & beatorum. Nec tur-

Ratio est, quia, ut inquit S. Thom. in hoc art. 3. præstantius est habere aliquid per meritum, quam sine merito: proinde non debet negari meritis Christi id, quod habent alii per merita, scilicet gratiam, & gloriam. Nec videtur oblate quod ait S. Thom. magis detrahi de dignitate Christi per hoc, quod aliquando caruissit gratia, & gloria, quam addatur per hoc, quod meruerit illam, & quod ad hoc ut increatur, necessarium fuerit aliquando iis caruisse: etenim meritum potest esse simili in eodem instanti temporis cum premio, solum prioritate naturæ, ita ut verum sit, nunquam Christum caruisse gratia, vel gloria. Id primo ostendit exemplo augmenti gratiae, quod datur eodem instanti temporis, quo adest meritum, posterius tantum natura. Deinde quia meritum comparatur cum premio, ut cauilla cum effectu, & ut via cum termino; fanè cauilla quando est perfecta, potest esse simili cum suo effectu, item via quando est momentanea, est simili cum suo termino. Necessitatem specialis ratio repugnat in Christo, ex eo, quod ad meritum prærequisitum cognitio, & in Christo omnem operationem præcedat visio beatifica, fides autem in ipso locum non habeat, scientia vero infusa in suo genere evidens, & clara consequatur visionem beatam; nam non est necessaria consequitur illam, potest enim esse prior natura, in capite fundari meritum gratia, & gloria, id est, vñionis beatæ, quæ sit posterior.

Secunda sententia negat, Christum meruisse gratiam, & gloriam, sed non eodem fundamento mouentem eius auctores. Quidam enim negant fieri potuisse, ut Christus haec bona meretur; ita sententia Henricus quodl. 6. q. 6. cuius fundamentum est, quod impossibile est alium à persona diuina aliata natum, quam intelligentem; & rufus impossibile sit hanc alium absque eo, quod videat effientem diuinam, quia hec clara viro consequtitur naturaliter vñionem, ut passio effientiam, quam sicuti ne sequatur, fieri minime potest; ita neque ut sub merito cadat. Idem eodem argumento docuit Cano lib. 12. de lo. 1. q. 14. Eiusdem sententia videtur potest Scotus in 1. d. 18. q. vna, q. hoc vno ad 1. vbi dicit, tantum fuisse gloriam animæ Christi, ut propter excellentiam suam non potuerit eadere sub merito etiam ipsius Christi; sed forte non hoc sensit, quem hec verba præ se ferunt, locutus est Scotus, ut nonnulli obseruant. Quidam vero

Iof. Ragiue in 3.p.D. Taurali post.

E

sententia videtur potest Scotus in 1. d. 18. q. vna, q. hoc vno ad 1. vbi dicit, tantum fuisse gloriam animæ Christi, ut propter excellentiam suam non potuerit eadere sub merito etiam ipsius Christi; sed forte non hoc sensit, quem hec verba præ se ferunt, locutus est Scotus, ut nonnulli obseruant. Quidam vero

Isaac Ragius in 3.p.D. Taurali post.

C 2 sus

sus quicquam obstat ex parte voluntatis; non enim A distinctio perfectæ, imperfectæque gratie, quæ simul esse non possint, illa conuenient præmio, hæc autem merito: nam si imperfectam gratiam vocent illam, quæ non est simul cum gloria, vnde habet gratia, vr dicatur consummata; plane hæc est nostra assertio, satis probata, scilicet non modo auxilia actualia, verum etiam habitus gratiae, quæ est simul cum gloria, esse sufficiens principium meriti; nec requiri ad hoc imprecisionem haec, scilicet absentiam gloriae. Si vero vocent imperfectam gratiam, & charitatem ratione principij, & tamen habet ex parte intellectus, quod operetur, & amet, quod principium in beatis est visio beatifica, in viatoribus alia cognitio extra beatificam, sanè hoc sensu est imperfecta gratia; est enim in dato casu principium operandi in ipsa, non iam visio beatifica, sed scientia infusa. Verum hæc imperfectio non excludit visionem beatificam, ne sit lecum in eodem instanti, sed solum ne sit principium operationis huius in eo priori, quo ipsa operatur. Confirmatur, nam si gratia imperfecta, quæ est principium meriti, dicitur talis, quia caret visione beatifica: aut hoc est verum in vniuersum de omni merito, ita ut nullus sit à gratia, quæ sit simul cum visione beatifica; & hoc est aperte falsum; Christus enim per gratiam coniunctam cum visione beatifica, in modo & operante ex vi beatifice visionis, multa meruit. At solum est verum de merito gratiae, & ipsius visionis beatificæ; & sane non est illa ratio huius exceptionis, in modo est ratio, cur non excipiatur. Primum, quia si visio beatifica non oblituit, quoniam Christus mereretur gratiam, & gloriam alii; cur obstat quoniam possit mereri eandem libi, solum ex hoc capite, quod gratia sit simul cum ipsa, si aliunde nihil aliud obstat, & adest omnia requisite in aliquo priori; ut iam ostensum est, posse adest? Et saepe multo minus ex eo capite impeditur meritum pro Christo, quam pro aliis; quia pro Christo esti supponitur simul cum gratia visio beatifica; non ramen supponitur alium meritorum procedere ex visione beatifica, sed ex alia scientia infusa: respectu vero aliorum, supponitur procedere à visione beatifica. Item ex parte vblantur respectu aliotum supponitur in Christo, vt principium meriti gratiae, & charitas habitualis consummata; ex illa enim Christus elicuit actus meriti pro nobis: respectu vero sui in dato casu gratiae, & charitas habitualis perfecta cum visione, sicut quidam simul cum merito in eodem instanti temporis, non tamen esset principium actus meritorum, vt verior est sententia, quæ habet dispositionem, quæ prior natura est ipso habitu, non procedere ab habitu; sed principium meriti esset auxilium speciale, existens in anima prius natura, quam habitus charitatis, & visio beatifica in dato casu. Quod si perfectio gratiae, quæ habetur ex coniunctione visionis beatifica, repugnat merito, sanè magis repugnat, si ipsam debet esse principium meriti, quam si debetur esse solum simul cum merito proficiente ex alio principio; quod si nihilominus de facto non repugnat, quando est principium, sanè minus minor ratio est; cur repugnaret in dicto casu.

Dicendum secundò, de facto Christus non meruit sibi gratiam, ciusque habitus. Probatur primò, supponendo, gratiam, aut esse idem cum charitate, aut ita coniunctam, & inseparabilem, vt si cadat, vel non eadat sub meritum una; cadat, vel non cadat altera; vt perinde sit in praesenti loqui de gratia, ac de charitate, in modo & de ceteris habitibus infusis pertinentibus ad iustificationem supernaturalem. Ex hoc sit argumentum: Gratia non potest esse cum merito simul

tempore, & natura, sed necesse est, vt sit prius, vel posterius factum natura; sed nentio modo potuit cadere sub meritum Christi; ergo Christus non potuit gratiam mereri. Major probatur, quia dum gratia est in anima, ipsa est principium omnis meriti; satis enim est facta idonea ad operandum anima per illum, cum concursum sibi debito per modum concursus communis; quare non est locus alii principio, seu auxilio speciali extinsecò prater dictum concursum: quoniam ita se habet anima per habitus gratiae in ordine supernaturali, sicut se habet in ordine naturali per facultates, vt possit per seipsum operari; omne ergo meritum est ab ipso habitu, vt principio, & causa: si ergo est auxilium speciale actualis amoris in anima operans, non potest esse simul gratia habitualis, sed tantum potest esse posterius factum natura. Iam probatur minor, quod nentio modo potuit cadere sub meritum Christi; si enim habitus gratiae, & charitatis est prior, non potest cadere sub meritum aliorum actuum, nisi proficiens ab ipsa, ac duobus tantum modis, primum vt per actus ipsorum posteriores Christi meritus sit ipsam gratiam pectori natura, eo quod data sit proprie futurum meritum, & intuitu futuri, sicut dicitur data gratia Patribus anterioribus Christo propter merita futura ipsius Christi. Sed hoc non recte diceretur in re proposita propter calidem rationes, quibus supra diximus. Christum non meruisse incarnationem per opera subiecta, videlicet quia meritum dabit esse prius premio, & si ponatur subsecui, mutatur forma contractus, & qui operatur prius, potius habet rationem meritentis; qui vero posterius, retribuentis, iuxta illud Psalm. 113. *Quid retribuerat Dominus pro omnibus, qui retribuit mihi?* vt diximus circa g.2. Et hoc ratione inducitur principium meriti non cadere sub meritum, quia notio meriti consistit in eo, vt sit causa moralis premij, atque ideo, vt sit prius, quam præmium: non potest autem causa esse posterior suo effectu; prouinde nec principium meriti potest cadere sub meritu, cuius est principium, & causa. Et ex alia parte, nisi meritum sit causa, colligitur ratio, potiusque meriti: non est autem causa gratiae, quæ & est prior, & est principium ipsius. Quoniam vero gratia data sit fæcias Patribus, propter merita Christi præmissa, & an hæc habent in proprio ratione meriti; & quare non licet id exemplum trahere ad meritum incarnationis per opera futura, nec prouinde in re proposita ad merendam gratiam, satis supra declaratum est. Interim non est illud incommodum in eo exemplo, quod principium meriti cadat sub meritum; quia gratia data fæcias Patribus non fuit principium meritorum Christi, sed fons quod Christi meritum non videatur, potuisse esse causa, cum fuerit posterius; sed nihilominus ex circumstantiis peculiaribus potius tribui hæc causitalis merito Christi obiectum in præmissione, quæ circumstantiae non militant in re proposita.

E Secundò ergo videri potest, gratiam habitualē posse cadere sub meritum propriæ operationis, quarum in aliquo genere causa, scilicet materiali operatio est causa ipsius habitus gratiae, à qua proficiuntur, iū cōque genere est prior, sicut in vniuersum dicitur quidam de forma separata cum ultima dispositione; sic enim tolluntur duo dicta incommoda, quod primum precedat merita, & quod principium meriti cadat sub meritum. Sed primum ea sententia passim rejicitur etiam ab ipsi Thomis: & in re proposita ab Alfonso censi g. 1, vt latius ostendam in materia de Penitentia: non enim fieri potest, vt causa efficiens sit efficiens, sive in genere causa materialis, sive alio, clausus efficiens, quoniam est causa efficiens. Deinde etiam si daretur operatione esse causam materialē suam causam efficiens

efficientis; non tamen habet hinc, posse esse causam meritioram; quia causalitas meriti pertinet ad genus causas efficientis: cum vero in hoc causae genere, habitat sit prior, & causa, non vero est operatio; consequens est, ne quidem itaque hac sententia fieri posse; ut primum non sit prius merito, & principium meriti non cadat sub meritum. Atque ea ratio est, cur dispositio etiam precedens omnino habicit, & non prope efficientis ab habitu, meritos speciatum in ratione dispositiōnis; non sit meritoria, sed solum ut actio quedam digna præmio, si, & vbi, & quatenus potest esse digna præmio: quia videlicet ut dispositio solum habet rationem causæ materialis, que respicit solum subiectum, quod facit habile ad recipiendum, & forman, que recipitur; non vero habet rationem meriti, quod respicit per se agens, quod mouet sive quod obligat; vel determinet ad dandum, operandum, &c. efficacitatem sua, quomodo habet rationem causalē efficientis: quare neque in peccatore contrito, neque in Angelis, & primo homine ultima dispositio ad gratiam fuit meritoria ipsius de condigno, sed secundum aliquos de congruo, quia præter esse dispositiōnem habuit tantum virtutem, quantum sufficeret ad hoc, & non ad illud. Igitur quicquid non potest habere rationem causalē efficientis respectu aliquid rei, non potest habere rationem meriti propriam, quæcumque alia ratione spectetur, respectu illius: ex quo in ynius sum habetur, nullum autem posteriorem habitu posse esse propriam meritorium ipsius, sive sit eius causa in genere causalē materialis, ut dicit haec sententia, sive inullo genere causalē, quandoquidem aut non potest esse causa, aut non in genere causalē efficientis moralis. Confirmatur, nam ita se habent in genere meritis causalē materialis, quæ est dispositio libertatis, & causalē efficientis, quæ est meritus sive se habent causalē materialis, & efficientis, in genere physico: in hoc autem genere physico dum non ponitur causalē efficientis physica, quæcumque alia ponatur, relinquit locum causalē efficientis physico; atque ita ultima dispositio physica ad formam, si secundum dictam sententiam est causalē materialis physica, & non efficientis, relinquens locum efficienti; ergo similiter dum non ponuntur actus morales, ut causalē efficientes morales, certè sive ponantur, ut causalē in aliquo genere, sive in nullo, relinquunt locum causalē efficienti moralis, dummodo tēs, cum qua comparantur, possit esse effectus causalē efficientis moralis. Cū ergo actus, qui consequuntur habitum, non possint esse causalē efficientis moralis ipsius habitus, hos ipso, quid in genere causalē efficientis sint ipso posteriori: propteracte, etiam si possint esse causalē in genere causalē materialis moralis, relinquit adhuc locus causalē efficienti moralis, ut possint esse effectus alterius causa moralis, & non huius.

Reseat ergo secundum, ut habitus gratia, & charitatis nullo modo sit prior auctio: neque causalē, & principium ipsius, sed principium sit auxilium speciale, ipsa vero sit posterior: sicut natura, & hoc tantummodo fieri potuisse; ut Christus gratiam mereatur potentia Dei absoluta. Profertur ad cani probandam rationes minus efficaces, quas refutat Suarez hic sibi. 2. Inter alias vero una est, quid gratia, & gloria sit Christi connaturalis, iuxta id loan. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam uniuscunq[ue]m genit[us] à Patre.* Et ad Rom. 3. *Sicut filii & heredes.* Quam rationem in copulantur quidam dicentes, quid duo haec, feliciter habere ex merito id, quod est connaturalis, non sine titulis, se inuenient exclusiones, potest enim Regis filius praecellens gestis dignis corona, & imperio facere sibi debita-

A: tum imperium, alijs sibi debitum hereditarium, & vitroculo possidere. Confirmatur, nam gratia ex visione hypothetica non mutat physica necessitates; veluti propria passio à natura, ut falso sentunt quidam affirmant, sed Deo utrunque ita liberet efficiente, ut possit alterum duntaxat, id est, vnionem producere: illa vero ratio producendi etiam gratiā, petita à dignitate uniorum, solum postulate videtur, ut nunquam Christus illa careat, non vero quid absque meritis habeat. Quocirca profertur alia ratio ad probandum Christum non meruisse gratiam habitualem per dictum auxilium speciale, tanquam per principium operandi: quid videlicet perfectus modus operandi sit ex habitu, non autem ex auxilio extinsecos; Christi autem anima semper operata sit perfecto, & connaturali modo. Sed certe haec ratio, ut valeat, nisi debet superiori, qua deficiente subsistere non potest. Cum enim dicunt, Christum semper operatum esse perfecto, & connaturali modo; aut illud *connaturale*, cedit supra operationem, & modum operandi in universum, quid videlicet in uniuersitate operari ex habitu omnibus operantibus sit magis connaturalis, & perfectius; sicut connaturalior, & perfectior operatio sic facta; & hoc scilicet non potest esse verum in uniuersum hoc dictum, nisi de operationibus naturalibus, & connaturalibus agenti, non item de supernaturalibus, vel prænaturalibus. Nam, ut omniam exemplum rerum inanimarum, v.g. aqua ascendentis futuri ad implendum vacuum, cui non est perfectus, & connaturalius moueri vi qualitatis, seu facultatis intrinsecæ sūlum, (quandoquidem contra hos exemplum dici posset, aquam non esse capaci qualitatis motu sūlum intrinsecæ, & si quæ fingatur, non fore perfectionem in ipsa), anima autem rationalis est capax habitus supernaturalis, & hic est perfectio in ipsa; certe falcem illud verum est huic formæ supernaturali, quæ est gracia, ex conditione, & natura sua, siniusque conditione subiecta, id est, anima rationalis, esse connaturale recipi mediante operatione supernaturali, vel tanquam dispositione, vel tanquam merito; & non est ibi connaturale, ut producatur simul productione, qua producitur natura, eiusque partes, & facultates, sed productione propria, & per dictas dispositiones. Similiter autem connaturali est anima, hoc ipso quod est ordinis naturalis operari antequam habeat habitum sine habitu aliquam operationem supernaturali, quia mediante, ut dispositio, vel merito consequatur habitum, quanvis alioqui, & sit perfectior, magisque connaturalis modus operari ex habitu; & in natura, cui sit connaturalis habitus supernaturalis, sit etiam perfectior, magisque connaturalis hic modus operandi. Et go si in prefata ratione illud verbum *connaturale*, cedat supra operationem, modumque operandi in universum; falluntur allumeretur, Christum semper operatum esse perfecto, & connaturali modo. Aut igitur secundum illud *connaturale*, cedit nominatum supra Christum, secundum ea, qua p[ro]cereris hominibus ipsi singulariter conuenient, & ita non potest facere veram dictam propositionem, nisi fundetur in eo, quid gratia, eiusque habitus, quæ aliqui non sunt connaturalia anima Christi secundum se spectata, nec proinde est connaturali operari semper ex habitu; sicut connaturalia ratione personas, & virtutis cum persona, quod ut premonimus, est fundare rationem in alia ratione supra refutata; & tandem in ea fundari debet, eadēque optimæ est.

Pro eius declaratione, & confirmatione obseruantur est, naturam, & naturam cum variis modis accipiantur, tum maximè, & alijs, & illi se proposita,

accipi pro eo, quod non solum habetur ab initio natuitatis, quomodo multa habent extincionem verum quod habetur ex vi natuitatis, & productionis, quorum quædam conuenient ratione naturæ communis, qualia sunt effectualia, quedam ratione individui singularis, secundum suam singularitatem. Hæc autem quæ habentur ex vi productionis, & natuitatis, habentur ex vi operationis solius generantis, seu agentis, non vero rei producæ. Dicitur ergo in te proposta gratiam, cuique habitus esse connaturalia Christi ex vi natuitatis, & productionis, non quidem naturæ communis, in qua est similitus alii hominibus, quibus gratia connaturalis non est: verum ratione sua singulari, & individua, prout in hac ratione singulari, non comprehenduntur solum conditiones individuantæ naturam in se, nam neque ratione larum est ipsi connaturalis gratia; verum comprehenditur persona, & vno naturæ cum persona; hinc enim est connaturalis gratia ratione talis uniuersitatis, & talis persona, ut probatum est circa q. 7. auctoritate Scripturæ, & Patrum, & maxime docebat Augustinus in Encycl. c. 40. in illis verbis: *Fatigat omnes illi connaturalis haec gratia, &c. & S. Thom. in qua q. 34. art. 3. ad 2.* Postò quod est connaturalæ ratione uniuersitatis cum persona, & ratione persona, est connaturalæ ex vi natuitatis, & productionis, id enim quod per se productus, est persona, & natura substantiæ: quod autem est ita connaturalæ, ostensum iam est conuenire sola operatione generantis, nullo intercunctu operationis rei genitæ; ergo gratia cum suis habitibus fuit debita Christo sola Dei actione, illa scilicet, qua incarnatione facta est, nihil operationis consciente anima Christi. Et tota vis rationis huius stat in ratione, qua conuenit Christo gratia; quod videlicet sit illa, qua conuenient ipsi, quæcumque accepta ex vi Incarnationis, scilicet naturalia, animam, & corpus; & supernaturalia uniuersum cum Verbo, quibus annumeratur gratia.

Et ex his reicitur argumentum, allatum contra hanc rationem; cum enim ponimus meritum debere esse prius pœnæ, & debere esse principium, non vero effectum eiusdem: pugnat hæc duo, scilicet esse aliquid connaturalæ, ideoque præcedens omnem operationem, & meritum; & haberet ex merito: nec est ad rem exemplum filij Regis, nam ipsi est connaturalæ ius ad regnum, quod ius habet à natuitate, proinde non potest cadere sub meritu operum ipsius, quæ sunt omnia posteriora; & solum potest facere opera, digna tali iure imperij, idoneaque ad id, obtinendum, si non haberet: & hoc sensu dici potest meriti ius imperij, sicuti dici solet, meteti, ut si filius Regis. Ceterum possemodum imperij, ad quam ius habet, quamque non obtinet à natuitate, potest esse posterius operibus, & sub merito cadere, habenter dupliciti tituli, scilicet meritorum, & iuris hereditarij. Et hoc protius modo de dominio, & regno Christi loquitur Suarez scilicet 3. sub finem quod scilicet ab initio conceptionis habuerit illud, quasi in radice, & proprietate abique merito, caruisse tamen eius vnu, & possessionem, & postea meruisse, iuxta dictum Bernardi lib. 5. de consideratione, dicentis, Christum merito redemptionis vindicasse sibi possessionem ezi, & terra, iuxta illud Match. 28. *Dura est mihi omnis pœna in celo, & in terra.* Similiter Christus neque ius ad gratiam, & gloriam; neque possessionem gratiae, gloriaque anime meruit, quam scilicet habuit à natuitate: meruit autem gloriam corporis, tametsi debetam gloriae anime, eo quod fuerit posterior eius operibus. Ad confirmationem constar ex dictis, quod scilicet quanvis gratia non oriatur physica necessi-

tate ab visione; tamen hoc ipso, quod debetur sibi à natuitate, & generatione ante omnia opera, & ita detur, excludit omne meritum.

Atque hoc fundamentum recipiendi gratiam absque merito, quod videlicet fuerit facta connaturalis anima Christi, confirmatur magis, quia ex visione cum Verbo, & generatione, qua accepit esse, ante omniem gratianam habitualem, fuit sanctificata sanctificatione supernaturale habente omnes effectus, quos facit per suam sanctificationem gratia supernaturalis, videlicet esse capace beatitudinis supernaturalis, & merendi bona supernaturalia. Cum ergo fuerit connaturalis anima Christi, ratione eius visionis ita esse graiam; & gratia habitualis nihil plus, aut diuersum alterum; nili vt anima Christi habeat etiam per formam inherenter, id quod habet à subsistencia divina, eaque forma sit sibi debita ea ratione, quod sit sanctificata per subsistentiam; consequence profecto est, vt non habeat eam formam ex meritis, sed ita sicut habet subsistentiam, scilicet ex generatione.

Hinc fit secundo, ut ad animam Christi immediateorem ordinem habuerit habitus gratiae, & charitatis, quæm operatio; ideoque non poruerit in ipsa prius esse operatio meritoria, profecto ab alio principio extrinseco, quam fuerit habitus gratiae. Atque vltimum potius, magisque propria ratio argumentandi est ostendere, esse in Christo perfectissimum modum operandi, qui est per habitum, ex eo quod anima ipsius sit connaturalis, immediatiorque habitus gratiae, & charitatis, quam ostendere fuit immediateum habitum, quia Christus operatus sit semper perfectissimo modo; tamen ratione quadam generali, quod Christo tribui debet quicquid perfectissimum est, posset fieri hæc ratio argumentandi probabilis, sed minus efficax; quandoquidem, vt dixi, hic modus perfectissimus est proprius eius naturæ, cui est connaturaliter operari supernaturale, cuiusmodi tantum est natura divina, cui soli naturale est id, quod omni naturæ creare est supernaturale: debet ergo ostendere conuenient Christo hunc perfectissimum modum operandi, aut tanquam suo modo proprium ratione personæ, cui naturale est id, quod alii personæ creantur est supernaturale, licet non sit connaturalæ ratione naturæ, aut tanquam tributum proper dignitatē em personæ, propter quam congruum videtur, naturam eius à Deo factam fuisse in operando supernaturales actus, similes diuinæ: & hic est posterior modus arguentandi, ductus ab eo, quod videtur decere dignitatem: sed prior est efficiacior, nimis ductus ab eo, quod naturaliter possit persona.

Dicendum tertio, Christus non meruit sibi gloriam animæ, id est, visionem Dei. Hanc assertione tradit Bonaventura, supra ea ratione, quod visio Dei sit dispositio prævia ad visionem hypotheticam. Henricus autem eo fundamento, quod necessariò consequatur, propterea quod ex ea visione diuina essentia sit magis præsenz animæ, quam lumen in aëre, ut videatur; quam rationem tradit etiam Cano lib. 12. de locis, cap. 14. confirmatque communis illo Patrum dicto, quod anima sit assumpta mediante intellectu; hæc autem vno non est solum secundum rem, verum secundum esse intelligibile in ipso intellectu.

Sed nihil horum est admittendum, non enim est dispositio physica, quia necesse esset ponere visionem hypotheticam, vbiunque ponitur visio beatifica, hoc n. est de ratione dispositio physica, ut ea posita ponatur forma; & quia posset alium natura carensratione.

Nec

Nec est dispositio moralis, seu congrua in se, quia si potest ex parte Christi præmitti actus intellectus, & voluntatis vniōni; posset etiam præmitti meritum. Quid autem visio consequatur vniōniem; non est necessitas ex parte vniōnis per se, quia distincta actio est, qua elevatur anima ad videndum Deum, scilicet productio luminis, seu visionis per auxilium speciale, ab ea, qua elevatur ad communicationem subſtitutiae diuinæ, qua est productio modi inexistenti, & vna per se ab altera non pendet, neque enim ex eo, quid producat vniōnem, cogitare Deus produceat lumen gloriae. Quod autem ait vniōniem hypotheticam inchoari vniōne secundūm eis intelligibile, id est, à productione luminis gloriae, nullum habet fundatum: nam neque prærequisitum eiūsimodi actio, vt dispositio, seu physica, seu moralis, vt modo argumentabamur contra Bonaventuram: neque facit ad hanc rem illud dictum Patrum animam allumptā eis mediante intellectu; sensu enim Patrum est, quem tradidimus suprā circa questionem quartam, alienusque est hic, quem tradit Cano ab eorum mente.

Quidam Recentiores vtuntur ea ratione, quid cùm meritorum conſter affeſtū charitatis, & affectus hiſi non sit prior tempore, ſed ſimil cum viſione beatifica, non poſſit eis alius, niſi ipſe amor beatificus, cuius principium eſt viſio beatifica; (non enim eſt locus ahorum imperfectorum, qui poſſit eis ſimil cum hoc perfecto, vt nos etiā ſuprā ratiocinabamur) ſequitur viſionem beatificam eis priorem, & ſupponi huic amore, at propter ea non poſſe cadere ſub merito, niſi dicamus Christum meruisse beatitudinem per opera ſubsequentia, quod refutatur eodem arguendo, quo ſuprā oſtentum eſt, non meruisse gratiam per opera ſequentia. Quid ſi ſupponamus veram ſententiam, qua agnoscit duos amores in Christo, & beatis, alterum proficitentem à ſcientia infusa, alterum à beatata; dicunt iſdem Recentiores etiam dato eo caſu nihilominus fieri non poſſe, vt amor viſionis beatifica non influat ſimil in illum alium amorem, & in affectum bonitatis omnium aliarum virtutum, qui ſit in voluntate præter affectum bonitatis efficiens diuinæ, clare viſe: quia habens illum amorem non potest non confidere ex vi illius efficacius opera, & obiecta aliarum virtutum; ideoque ſemper eis principium operandi omnibus aliis, & non potest cadere ſub merito eatum.

Verumtamen contra hanc rationem illud obſeruat, quod non videatur necessarium, vt amor elicitus à ſcientia infusa, & affectus, qui eſt circa alias virtutes, ſemper operetur ex affectu Dei clare viſi; & ſemper omnia ex eius conſideratione: nam beati non ſenjer actu conſiderari, quicquid conſiderari potest in ſpeculatiuſ, ac ſuo etiam modo in practicis. Sed vt detur alia ſemper conſiderare, nihilominus eum patiantur fe inueniē in eodem ſubiecto cognitione ſcientiae infusa, & beata, & conſiderari oīta ex vna, & orta ex altera, ſimilique vnuſ amor ex hac, & alter ex illa: certe nihil prohibet eis in aliquo priori ſcieſtiam infusa, quo non ſit ſcientia beata; & conſiderationem Dei, bonitatisque virtutum ex ſcientia infusa, & non eft beata, ex quo habent diſtingui principia, & potentia potest ex virolibet ſeorsim operari; ergo nihil prohibet, vt pro eo primo instanti voluntas elicit actum amoris ex vna conſideratione, & non ex alia, ex quo eft in voluntate potentia ad utrumque actum: atque ita erunt ſimil hi diuino amores in vno instanti temporis, & vnuſ prius natuſ a altero; in eoque instantie priori non ſolum natura, in quo non eft ſimil, verumtamen temporis, in quo eft ſimil, non influat amor beatificus in anorem ſcientiae infusa vt

A cauſa; quia non potest idem actus eodem temporis instanti ſimil eis ab vna tantum cauſa, & a duabus cauſis, ſed influet immēdiatè post illud instans in tempore.

Verior ſententia. §. I.

Vera ergo ratio ad probandum hanc aſſertionem ſumitur ex duobus capiibus ſeu comparationibus. Primo ex comparatione viſionis beatifica cum perſona Christi, id eſt, cum humanaitate ſeu anima quatenus eſt in tali perſona diuina, cum qua conſtituit vnuſ hominem. Secundo ex comparatione eiusdem cum habitu gratia, & charitatis, quo eius anima praedita eſt. Ex vitroque capite habetur Christuſ non obtinuſiſ ſe merito ſu beatitudinem. Ex primo capite ſi licet argumentari, id quod conuenit Christo ratione perſone, ſeu animi Christi ratione vniōni cū perſona; eſt vique adeò connaturalis, vt conueniat illi ex generationis, & ſola operatione generantis, non verò ex propria actione, proprieque merito: ſed viſio beatifica conuenit anima Christi ratione talis perſone, talisque vniōni; ergo eſt ita connaturalis vt excludat meritorum. Maior ſuperiū declarata & probata eſt. Minor probatur primum, quia eadem eſt ratio de gloria qua de gratia: nam ſi ſpectemus animam ſecundūm ſua natuſalía, neutra eſt connaturalis, ſi verò dignitatem qua habet a perſona, vnde virtuſque ornamen‐ti eft capax, certe non habet hinc limitationem vt ratione perſone tantum in ſibi debita, ac premodi connaturalis gracia, gloria verò ſit capax tantum ratione communis Angelis & hominibus. Confirmatur, nā in omni comparatione Christi cū Angelis & hominibus, retinque que ipsi attribuuntur, ſi viſ in eo quid ipſe ſit filius, non verò ille. Sic Ioan. 1. *Videmus gloriam quasi vniōniū*; ad Hebreos 1. *Tanomelor Angelis effectus, quanto differens per illu nomen hereditatis*, ideo ad filiuſ ut filiuſ dicit: *Tu es Deus in ſaculum faciliſ*, & Ps. 2. *Filiuſ meu es tu, &c. & in vniuersum omnium gloria tribuitur ipſi ut filio*. Hoc autem diſcriben non eſt ſolum penes magis & minus, ſed penes titulum quid ſit filius; quod eft dicere penes hoc quid debetur ſibi ex filiatione, & ex vi natuſatatis, & generationis ex patre. Confirmatus ſecundūm, nam gloria eſt connaturalis gratia, & habitus gratia eſt connaturalis Christo ex vi natuſatatis; ergo & gloria.

Secundum peculiari ratione eſt connaturalis gloria Christo ex vi generationis, etiam non eſſet connaturalis habitus gratia. Etenim gratia, vnde dixi, ex natura gratia eſt connaturalis gloria; ſed Christus ex vi generationis, ſeu vniōni hypotheticæ, eſt gratus & ſanctus ſanctitatem ſupernaturali, qualem affert gratia; ergo ex vi generationis eft debita ſibi gloria. Relypondo poſſet hinc ſolum inferri ex hac vi eſſe ſibi debita, non verò conſerti ſtatiu, ſed poſteſ ſuo tempore, ſicuti habent gratiam eſt connaturalis gloria, que conſeretur ſuo tempore, & per merita. Sed non reſponde, nam præfatum argumentum conſtituit in eo quid ſit debita gloria ex vi generationis; que enim ita ſunt debita, conſentient eis iis que habentur à generante per generationem, & cum generatione, videlicet a principio, & abſque interuenient operis rei genitio.

Dices, ſequetur etiam gloriam corporis debuit ſe Christum habere ab initio, & ſuum meriti, quia debet ut ex vi generationis. Relypondo generatione rerum ſpectati poſſe dupliciter, primo ſecundūm id quod conuenit ipſis ex qualitate rei genitio, & ex intentione generantis tenebrentis ſolum perfectionem, & bonum rei genitio. Secundo ſecundūm ea que conuenit ipſis ex fine & intentione generantis rei genitio, ſicuti ſunt, & que quidem diuerſa ſunt, &

aliquando contraria. Sic primo modo elementis ex rei generacione à generante tribuitur esse & vis conservandi se ipsa. Secundo vero modo tribuitur corruptibilitas ex intentione primæ causæ, & primi agètis, quod sequuntur causa secunda. A qua ferri deorsum est naturale primo modo: eidem ad implendum vacuum ferri sursum, est naturalis secundo modo. Similiter primo modo ex vi generacionis tribuitur Christo a Deo generante spectante bonum rei genitæ beatitudinæ animæ; etiam debita gloria corporis. Ceterum secundo modo ab eodem generante spectante bonum vniuersitatis, id est, redemptio humana, non tribuitur ex vi generationis gloria corporis, sed passibilitas.

Iam ex secundo capite, scilicet ex comparatione visionis beatificæ cum gratia habituali, probatus; etenim gratia & charitatem respicit per se ex natura sua immediate principiū cognoscendi supernaturalem, sicut anima & voluntati principiū cognoscendi naturalia ante omnem operationem: hoc autem non est aliud nisi fides vel lumen gloria; & in Christo non est fides; ergo est lumen gloria. Major est per se clara. Minor etiā quod posteriorē partē est certa; quoad priorem probatur primo à posteriori, quia nunquam datut charitas cum alio principio cognoscendi nisi cum fide vel visione. Deinde à priori, quia charitas est tantum Dei, vel in spe, vel in re; ergo debet habere principiū cognoscendi quod offert ipsum Deum charitati, vel in re vel in Beatis lumen gloria, vel proponat in specie, ut fides in viatoribus: sed in Christo non est spes ergo principiū cognoscendi immediate respōdens charitati in ipso est solum illud quod proponit Deum in re, scilicet lumen gloria; non vero vlla queritur scientia infusa. Consequenter probatur, quia quelibet scientia extra beatificam luminis gloria, solum proponit Deum in spe, & potest esse cum spe, quæ in Christo non est; & ob hanc rationem negatur Christi fides, quia videlicet proponit eius charitati Deum in scientiâ, ergo scientia infusa de Deo non potest habere locum in Christo quatenus requiritur ex parte charitatis, sed solum quatenus requiritur ad perfectionem intellectus. Respondet potest, non esse necessarium ut immediate respondeat charitati principiū cognoscendi Deum in spe, vel in re, sed cognoscendi absolute Deum. Sed noui recti. Nam primum hoc est loqui de potentia absoluta, quo modo non negamus potuisse Christum meriti suam beatitudinem. Deinde cum scientia infusa cognoscat Deum non tantum ut bonum in se, verometiam ut bonum nostrum, fieri non potest ut nō obiciat illum amandum vel amore spei, que in Christo esse non potest; vel alio amore qui neque sit spei, neque beatitudinis; qui amor præterquam quod est non potest in eodem instanti simul cum beatifico, ut supradicebamus, ob eam rationem quod amor beatificus perfectius opponatur priuatim imperfecto, & non possit eodem instanti esse simul priuatum, & habitus; adhuc non potest esse primus actus animæ Christi; quia primus actus amoris debet esse Dei ut finis supernaturalis, seu ratio primi amoris debet esse finis supernaturalis fundatus in actu intellectus supernaturali; Deus autem ut finis supernaturalis noster amandus & amabilis, non obicitur nisi per fidem, vel visionem beatificam; quoniam solum has duas habemus in Scripturis dari ad amandum Deum ut finem nostrum, non verò scientiam infusam.

Constituitur, nam charitas est supernaturalis in eo genere ut respondeat sibi summa certitudo in ordine supernaturalium, qualis est que inititum summe & prima veritati infallibili viâ, vel testificanti: ergo principiū cognoscendi quod immediate

respondet per se charitati, nulla alia scientia est extra has, quoniam nulla mutetur: prima veritati: ergo ante omnem scientiam debet esse in ea fides vel lumen gloria; & cum non sit fides in Christo, erit lumen gloria; at proinde primus actus ante omnes alios fuit beatificus cum necessitate morali, quia primus debet esse circa finem supernaturalem ut bonum nostrum intextum debitum & inclinationem charitatis, quæ per se ducitur cognitione Dei supernaturali fidei, vel visionis: tum necessitate phycica, quia visio beata est in eodem instanti simul cum lumine gloria; quare si lumen gloria est immediatus omni principiū cognitionis, est it & virtus.

Argue ex his intelligitur vis rationis S.Th. probans Christum neque gratiam, neque scientiam, neque beatitudinem animæ metuens; ea ratione quod oportuerit Christum aliquando iis carere, quia meritorum non est nisi eius quod nondum habetur. Vbi S.Th. videtur statuere regulam vniuersalem quod meritum debeat esse prius præmio, non solum natura, verum etiam tempore, & esse cum præmio priuatio-ne. Sed non confutare voluisse negare in quibusdam esse simul meritum cum præmio, videlicet in augmento charitatis, & habituum; itemque posse eis simul sicut de facto est gratia cum conditione in eodem instanti temporis, salua solum prioritatem naturae. Propterea considerandum est hæc duplicitas spectari posse; primum secundum rationem meriti, & præmii, & secundum legem ordinatiæ. Secundum secundum alias rationes peculiares. & quidem secundum peculiares rationes augmentum charitatis spectatur in ratione termini, & meritum respectu eius in ratione motus, & vice, cum proportione ad augmentum habituum naturalium factum per causas naturales, quæ causa sunt actus ipsi, & motus, mutationesque phycicas, quæ sunt simul cum termino sive successione vbi est acquisitione successus; sive in instanti ubi est acquisitione instantanea. Ponitur simul pari proportione augmentum charitatis quod producitur à Deo cum merito charitatis ut terminus cum motu: sicut ob hanc proportionem docet alius S.Th. non augeri charitatem nisi actus sit intensior, quia in naturalibus non nisi per hunc augetur. Contrario vero sicut & queritur ultima dispositio spectatur secundum rationem dispositionis ad formam, quæ debet esse simul cum forma in eodem instanti. Ceterum meritum seu causa moralis pertinens ad genus causæ efficientis, non habet quod debeat esse simul cum præmio in codicem instantium, sed quod debeat esse prius tempore, nisi concurrat cum praefatis rationibus specialibus. Itaque S.Th. spectauit rationem generali propriamque meriti in ratione meriti, & causa moralis efficientis, similiisque legem ordinariam, cum dixit meritum debet esse prius tempore, non negari ramen id quod aliter postulant dictæ rationes peculiares, meritorumque quando cum his concurredit; nec negavit quod potest fieri potentia Dei absolute; scilicet enim his rationibus specialibus meritum debet esse prius tempore; & secundum rationem meriti, ultima dispositio solum est causa materialis quæ quatenus est libera solu est meritoria de congruo; atque vero, qui sunt causa augmenti habitus, habent rationem motus, & vice, & quatenus sunt liberi habent rationem causa efficientis moralis, ac proinde meritorij sunt etiam de condi-gno.

Sed præterea est peculiares ratio in Christo cur non fuerit simul in eodem instanti temporis meritum gloria, & gloria, sed debuerit illud esse cum priuatione huius; quia videlicet charitati ex parte cognitionis necessaria ad meendum, non respondet aliud principiu nisi fides vel lumen gloria, ut ostensum est iam

Iam si ponatur lumen gloriae, non potest per illud metteri, quia principiū metiti non cadit sub merito; si ponatur hinc, haec non potest esse simile in eodem instanti cum viuone beatificae; includit enim in ratione sua obscuritatem, id est, priuacionem lumini, & nominatum luminis gloriæ non ergo posset Christus metiti visionem, nisi supponeretur in ipso priuatio visionis, & lumini gloriae, similiter de merito gratiae est peculiaris difficultas in Christo, quatenus attenta viuone, & dignitate personæ principiū operandi & merendi in ipso, debet esse intrinsecum, id est, habitus, non verò extrinsecum, videat auxilium speciale, ut ostensum est; & habitus non potest esse causa sui dispositionis. Quidam videntur ex argumento quod auxilium speciale debet esse prius tempore habitu, & cum priuariione illius, sed non recte, quia neque ipsum auxilium habet appositionem priuatiuum cum habite gracie; neque principiū cognoscendi ipsius, sive sit hinc, sive sit lumen gloriae, quod fingeretur in anima esse priusquam sit habitus charitatis; vtrumque enim potest esse simul in eodem instanti temporis, salua solùm prioritate naturæ. Aliunde ergo alii rationibus suprà positis habetur Christum non merito habitu charitatis; haec autem ratione quod supponit debet eius priuatio, non videtur posse probari; idcirco Suar. d. 40. sed^z. sub^z confut. 2. reiecta explicatione, quorundam Thomistarum dicentium S.Thom. in hoc art. loquuntur solūm de ordine naturæ, cum negant meritorum posse esse simile cum premio, (& sicut merito reiecit, cùm S.Th. aptè loquatur de durata^e temporis); at ipse S.Th. intelligendū non de quoconque merito, & premio, sed de præmio beatitudinis secundum ordinariam potentiam. Idem habet Med. hīc q.5. Sed obstant verba S.Th. quæ sic habent: *Vnde nec gratiam, nec sciemtiam, nec beatitudinem anima, nec diuinitatem meruit; quia cum meritorum non sunt etiam quod nondum habent, opereris quod Christus aliquando glos confitit.* Vbi addit rationem communem de merito gratiae, & beatitudinis; præstat ergo dicere S.Th. de veritate merito loquuntur secundum rationem metiti, & cause moralis, & de potentia ordinaria, iuxta suprà traditam explicationem.

Solventur argumenta. §.2.

Iam ad argumenta initio allata pro prima sententia ad primum ex autoritate S.Th. q.34. art.3. Med. in responsive ad ultimum art. dispositionem, qua Christus se dispositus, fuisse simile cum gloria, id est non fuisse metitorum. Sed, ut fatus supra dictum est, non tollit rationem meriti esse simile premium in instanti metiti, salua prioritate naturæ. Alij dicunt Christum fuisse sanctificatum per propriam dispositionem, non tamen meritis per illam; quia alia est ratio dispositionis, alia meriti. Sed primum in ceteris naturis intellectualibus, etiam angelicis, in quibus non supponitur peccatum iustificationis; verum est quid alia sit ratio dispositionis, alia meriti; quia non est illis debita & connaturalis gratia, sed est forma omnino supernaturalis; ideo debet præmiti dispositio supernaturalis, ob rationem S.Th. Christo autem gratia est debita, & connaturalis in anima, si non quidem per se, certè ratione persona & viuonis cum illa; idcirco si præmititur actus ad recipiendam gratiam, non haber rationem dispositionis, sed rationem meriti; quia si supponimus aliud aliquip debitum naturali titulo, non haberi ex vi generationis, nec simile cum ipso esse quod generatur; potest eadē sub merito: & si id comparatur per actus, hi habent rationem meriti; quo modo dicebamus suprà

A valere filij regis exemplum.

Melius ergo dicunt alijs, scilicet Abaricensi. q.5. & Suar. hic, S.Th. loquuntur non de dispositione antecedente, sed comitate sanctificationem, atque ornationem; quoniam Christus coinstanti quo fuit sanctificatus habuit actus charitatis, per quam sanctificabatur, ornatus ipsum fabicatum quod sanctificabatur. Addo S.Th. propositionem ibi fuisse ostendere in Christo in primo instanti conceptionis fuisse actus idoneos ad meritos ut autem hoc prober, proponit dupliden sanctificationem. Alteram imperfectam pugnorum qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem alienam: alteram adulorum qui sanctificantur secundum proprium actum; vult autem sanctificationem Christi fuisse perfectissimum, & pertinere ad hoc secundum genus, non quidem ad eum hinc, vt prober fuisse sanctificatum per propriam dispositionem; quia non hoc etiā sibi propositum; sed vt prober habuisse proprium actum in eo instanti, quod erat necessarium ad hoc vt sanctificatio ipsius pertineret ad genus perfectæ sanctificationis, huc ille actus sit propriæ dispositionis, huc non: quare non vitetur his terminus ibi, *Sanctificari per propriam dispositionem, sed sanctificari per proprium actum.* Ad secundum argumentum ex If. 14. 53. dicitur disp. sequenti. Illud Ps. 44. satis declaratum est suprà circa q.7.

D I S P U T A T I O VII.

An Christus meruerit sibi alia bona, scilicet gloriam corporis, exaltationem nemini, &c.

 ALVINS in vniuersum negavit Christum aliquid sibi meruisse, vt circa illam particulam capituli secundi ad Philippenses, humiliatus servis sum, referunt Adamus & noster Cornelius. Atque (inquit) frigere confirmationis illa amoris, quam Paulus commendat, quod pro nobis mortem subierit, unde ipse quasi sui oblitus, sonum suum meritorum ad nos transfluit, dicens: *Pro illo sancti fratres mecum.* Gulielmus de Rubione in 3. dñphilippi. 18. non negat meritum, sed dicit rem esse dubiam & incertam, que neque Scripturis, nec ratione probari possit, quia potius ex eo quod Christus si Dominus omnium, consequens esse videtur non eguisse merito ad quamcumque perfectionem promerendam. Nihilominus D nus

Dicendum primò Christum è bonis creatis que haber meritis sibi omnia quæ sibi ex vi generationis non debentur, & sub merito cadere possint; & in vniuersum omnia quæ ab initio generationis non habuit Hanc propositionem probat discursus S.Th. art. 3. quoniam nobilis est habere bona per se quam per aliud, dum bona eiusmodi non sunt ut dignitas sit ea ex vi generationis habere, potius quam ex meritis, argue inde habere vi iis careat: Christo vero tribui debet quidquid nobilis est, præstern in ordine perfectionum quæ tribuuntur personis creatis: ergo quæ non habuit ex vi generationis, & multo magis quæ neque initio generationis habuit, & cadunt sub merito, dicendum est Christum sibi meruisse; et vero sunt gloria corporis, ciuique impossibilitas cum aliis dotibus, exaltatio nomis, &c. quæ iam proferuntur. Ita docent omnes Theologi in 3. diff. 18. Præfertur ad id probandum quedam loca Scriptura. Primo id quod dicitur ad Hebr. 1. *Videntur Iesum proper passionem mortis gloria & honore coronatum.* Vbi nomen corona, significat præmium: & vox proper, denotat meritum.

meritum, citantur pro hoc sensu iidem Patres qui pro A loco illo ad Philipp. 2, propter quod & Deum, &c. de quo paulo pôl. S. Chrysost. Amb. Ansel. Beda. Sed hinc exppositio non videtur conformis verbis Apostoli, nec recipi a Partibus. Primum enim quidam verbum sùa Graecè, propter Latine, putant idem valere quod per, ut sit sensus Christum per mortem gloria & honore coronatum, exaltatum, & gloria affectum, sicut per alia opera creationis, & c. honorare accepit. Sic OEcumenius: *Gloriam* (inquit) & *honorem vocat crucem*; neque enī tamquam Deo dignum erit sanguine gloriosum scire, *celum & terram*, ac *homines superflue utuntur*, sicut quid propter nos dignatus fuit crucifigil. Anet huic expositioni quid Christus crucem ac mortem suam vocet exaltatum, Ioann. 3, 8. 12, sed, vt misericordiam, non videtur ab Apostolo hoc sensu virlata particula sùa. Hac reiecta expositione verbum illud propter passionem, ad duo potest referri; nempe vel ad verbum præcedens minoratum, ut sit sensus, cum qui ministratus est propter passionem, &c. videmus coronatum, vel ad verbum sublequens, scilicet gloria & honore coronatum, ut sit sensus esse coronatum propter passionem, scilicet quia passus est. Recentiores quidam circa haec att. accipiunt locum hunc in posteriori sensu, ut probent Christum per passionem meruisse premium gloria corporis, honorem nominis, &c. videlicet Altircensem, q.s. de gratia Christi, Suar. Vafq. &c. Ceterum Patres sequuntur priorem sensum teferendo particularum ad verbum præcedens. Primum quidem hi quos ipsi citant, scilicet Chrysost. hemilia 4, constrinxeris verba illa, propter passionem cum præcedentibus, minoratum est. Amb. tractans ea verba sic habet: *Hic ostendit quia gloria & honor eis est Christi pro qua modicum minoratus est ab Angelis*, sicut ipse *Domini eum semper vocat dicens*, ut glorificetur filius homini. Beda sic habet: *Eum autem modo minus quam Angeli minoratum vidimus Iesum propter passionem mortis*; non ergo propter naturam hominis, sed propter passionem mortis. Ansel. sic habebit: *Minoratus est modo quam Angelis*, id est, qui factus est parvus mons Angelis propter passionem mortis, quia paucus & mori potuit, quod beatissimi Angelis non possum. Idem habent alii Patres, Athan. lib. de incarnatione Verbi Dei. *Hunc quidem* (inquit) *paullum inferiore Angelis videmus ob passionem mortis gloria tamen & honore coronatum*. Nota particulariter August. lib. 3, contra Max. capite 2, cadem omnino verba habet, quae contra Tertullianus contra Praxiam, capite 2; *Minoratus* (inquit) *filium redicere circa Angelos ad terram dimittendo, gloria tamen & honore coronatum illum in celis remittendo*.

Et sane ex ipsius Apostoli verbis hic sensus habetur; est enim in his antithesis verbis præcedentibus; nam loquens de Christi dignitate super Angelos, & supras omnes quas Deus illi subiecit, cum dixisset, *Nunc autem secundum videmus omnia subiecta ei*. subdit hoc verbis: *Cum autem qui modo quam Angelis minoratus est, videamus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum*. Quasi dicat, hiec hoc tempore nondum videamus omnia Christo subiecta, videmus tamen ipsum, &c. & est hyperbaton, id est, inuersus sensus. ordo sic esset: *Videmus autem Iesum illum qui modo quam Angeli minoratus est propter passionem mortis*, id est, in hunc sensu ut patetur mortem; gloria & honore coronatum. Quod autem particulariter, non denuter consequentiam vel euuenit, quo Christus dicatur per passionem, vel in passione minoratus, sed cauſam finalem cur sit minoratus, habetur ex eo quod Graecè non dicatur *sùa r̄o ταῦτα*, id est, per passionem, sed *sùa τὰ ταῦτα*, id est, propter passionem; quod etiam declarat id quod subditur: *ut gratia Dei pro omnibus glorificare morior*. Gratia Dei, id est, gratitudo Dei misericordia.

Secundus locus ad probandum Christum metuisse gloriam corporis, & alia bona que progressu temporis accepit; habetur ad Philipp. 2, *Humilitate semper summissus obediens & que ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deum exaltauit illum*, & donauit illi ratione quod est super omne nomen. Hic perspicue continetur forma recipcionis propter meritum in actione Uici & Christi, quia Latina particula *proper quod*, & vox Graeca *sùa* tum per secula vi sua, tum vero subiuncta actioni Christi, & preposita operationi Duci, notat causam, & illum esse causam huius, canique meritiorum. Primum quia non alio modo actio creata potest illa causa actionis diuina, nisi moraliter per modum meriti, vel preicationis, &c. Secundò quia actiones eiusmodi sunt ut una in ratione sua sit opus meritorium, & per se idonea præmio, scilicet humiliare se, obediere, offerre se supplicio & morti; altera siapre natura sit opus remunerations tum simpliciter, tum in comparatione, scilicet exaltare, &c. & exaltare propter opus humiliatis, & obediencia; perspicue enim significatur exaltationem non esse factam ex meta voluntate gracie, & benefaciendi; sed ex eo quod sit facta talis operatio. Tertiò quia simili modus recipcionis natura sua accommodata præmio, habetur saepe in Scripturis, Matth. 5, *Bene misericordes, quoniam misericordiam consequentur*. Qui ingent, quoniam ipsi consolabuntur. Qui esurunt, &c. quoniam sustentabuntur. Gen. 12, *Qui non pepercit filio suo, &c. multiplicabo sermonem tuum*, &c. similiter, qui se humiliat, exaltabitur: & in proposito humiliabitur se Christus, propterea Dei exaltat illum &c.

Hic sensus obstat videtur quod Athanasius ser. 2, contra Arianos, tractans hunc locum, propter quod & Deum exaltauit illum; sic habet: *Non enim præmianum virtutis, neque præfantium eum in proficiendo ut verbis significavit, sed causam sublimationis in nos redundamus*. Docet enim hoc loco pluribus verbis in illo sermone notari exaltationem nostram, & refractionem, quia surrexit ipse, & nos; unde subdit: *Sed enim Dominus humilia-
tus non sumus, nunquam nos à peccatis vindicari, & mortua resurrexi sumus*. Sed communis sententia Patrium & expositorum est, his verbis Apostoli continetur meritum humiliatis, & obediens Christi, propter quod ipse exaltatus sit. Amb. exponens hunc locum sic habet: *Quod & quantum humiliata mereor, ostendit*. Theodoreus istud: *Cum humanam naturam suscepimus, qui erat humiliatus exaltatus est, & qui erat alijsimis scipsum humiliatus*. Ansel. Christus (inquit) se humiliatus, obediens & que ad mortem & propter exaltationem & gloriam & vos etiamp; &c. Chrysost. contra Arianos, qui ex hoc loco probabant Christum esse purum creaturam, eo quod, ut referat Athan. accepit, mercede sue voluntatis, & bonorum opem; sic scribit: *Dicamus aduersis hos hereticos hoc de non incarnato affirmantur si Deo Verbo quomodo ipsum exaltari? ergo quidem ex parte imperfectorum erat, & per nos obtinuit perfectionem, etenim nisi nobis beneficeret, non unquam honorem ipsum esse consequeretur*. Rursum idem in expositione morali: *Extram Christi præfutus obediens, propriece accepit supremum honorem*. Basilis lib. 4. contra Euomium, *Pot in carnationem (inquit) proper obediens nomen super omne nomen filio Pater largiri est*. Eodem sensu accipiunt hunc locum Cyrilus lib. 3, Thessal., capite 2, & lib. 11, in Ioann. capte 17, & August. tract. 104, in Ioan. vbi explicans hunc locum: *Humilitas (inquit) claritatis est meritum, claritas humiliatis est proprium*.

Neque vero negavit Athanasius meritum Christo in humanitate & per humanitatem; sed solùm negavit eo sensu quo Ariani tribuebant ipsi meritum secundum voluntatem propriam ipsius filii Dei, quem volebant humiliasse scipsum, & obediisse per propriam

priam suam voluntatem, ut pro mercede obtinet exaltationem, unde probabant ipsum ea egere, & esse creaturem. Hoc refutat Athanasius, dicens: *Qualis agnus arie fuit si nunc denum exaltatur, & nunc primum incepit adorari, & nunc tandem filius non manatur, cum homo factus est? vnde enim non carnem meliorem reddidisse, sed ipsum per carnem meliore esse redditum.* Et post multa subdit: *Si autem ut meliora facere carissim discendi, nequaque illi pro mercede duum efi ut filium & Deum nuncuparetur.* Quamvis autem Athanasius propterea applicet nobis dictum Apolloli, dicens: *Propter nos igitur, & de nobis dicitur efi, exaltamus & donam;* tamen non negat convenire etiam Verbo Dei ratione humanitatis haec verba, & non lecundum se, sic enim habet, *exaltamus eum, non substantiam Verbi exaltatus significas, fuis enim, & semper efi equalis Deo, sed ad humanaeum eius spectas.* Et statim: *Vt palam (inquit) fuerit illud, humiliatur, & illud, exaltatur, de bonae voluntate esse;* cuius enim efi binum est, eius quoque fuerit exaltatio.

Tertius locus est Luce ultimo, *Nomine hec operantis pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Quibus verbis duo significantur, primo necessitas patienti; secundo gloria Christi, quam ex hac passione percepit. Necessitas patienti non fuit solum, neque ex intentione primaria Dei propter gloriam Christianam esti varia sunt opiniones de Incarnatione, an fuisset si homo non peccasset; nulla tamen controversia est de passione Christi, quia homine non peccante non fuisset. Nihilominus posita illa necessitate passionis propter peccatum, & assumendi passibilitatem, & abiectionem, factum est, ut impossibilitatem, & omnem reliquam gloriam, omniaque bona, quibus ut patetur propter hominem, certe debuit, non per Incarnationem, operationemque generantis Dei ab initio conceptionis, sed per passionem, & labores in vita, operationemque Dei retributivae, debetur recipere. Illud ergo verbum, *operni pati,* significat necessitatem ex suppositione huius decreti, quo factum fuit ut necessarium esset pati ad hoc, ut recuperaret suam gloriam: *nam, inquit, nimis, quae debet fuisset ratione persona ex vi generationis, & non ex vi operis sui, quasi aliena, & indebita.* Atque hanc necessitatem denotata particula *&*, *et intrare in gloriam suam* id est, non alio modo sine passione, sed per passionem. *Quo loco* necesse est passionem ponit vel ut caussam moralem, & certè opus bonum liberum morale proportionatum premio, quod vi sua obtinet meritum, est vere caussa mentioris: *vel ut conditionem ex parte Dei,* qui non nisi mediante passione decreverunt Christo gloriam suam conferre; atqui bonum propositum sub conditione operis habet rationem premii, & conditio habet rationem pacis; hoc autem satis est ad hoc, ut opus bonum libere factum habeat rationem meriti.

Huc pertinet quod habetur Apoc. 5. *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & dominatorem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Vbi particula, qui occisus est, notat dignitatem partim merito, & qualitate operis, non vero solum merito, & qualitate personae; illud enim qui, idem valet ac quoniā, tum ex ipsa locutionis huius, tum quoddam paullo superius verbum occisus, usurpatum sit pro caussa. *Dignus est Dominus accipere librum, & aperiere signacula eius,* quoniam occisus es.

De merito resurrectionis & aliorum bonorum. §. I.

Secundum igitur meruit Christus resurrectionem ad vitam immortalem, hoc probant eadem loca Scriptura, & Patrum; & sanè petinde est probare gloriam

A corporis, eiisque impossibilitatem, ac probare Resurrectionem, *hanc enim paratur gloria corporis:* id quod habetur loco citato Luce 24, in illis verbis: *Quoniam sic scriptum est, & sic operabat Christum pati, & resurregere a mortuis tercia die, vbi vocat resurrectionem a mortuis, quam simili tentatio vocauerat gloriam suam superioribus illis verbis, nomine hec operantis pati Christum, &c.* Præterea confitit Christianum resurrectionem suam à Deo precebus obtinuisse; vbi autem habent locum preces, potest habere, & habet locum meritum, si suppedit, ut verē suppeditat Christo, & res aliquo potest cadere sub meritum, ut verē cadit resurrectio ad vitam gloriosam sub meritum omnium initorum. Sic ad Hebreos, dicitur: *Qui (id est, Christus) in diuina carna sua preces, supplicationesque ad Deum, qui possum illum fiduciam facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offensum, exauditus est pro sua reverentia.* De hac exaudita oratione habetur illud Psalmi 15. *Propter hoc latitans est cor meum, & exaltauit lingua mea, insuper & cœro mea requiescat in sp̄e, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Qui Psalmis omnium interpretum consenserit est ad litteram de Christo: & quamvis quadam conueniente possint ipsi David, ut recte obseruat noster Lolinus, tamen locus hic citatus non nisi Christo conuenit, eiisque resurrectioni; ad hanc enim probandum allegatur Actus 1, in quo continetur spes Christi de Resurrectione, eiisque ad Deum oratio verbis superioribus: *proleibam Domum in confessione meo,* &c. eademque aut latenter confessio exaudite orationis, posterioribus verbis, *non derelinques animam meam in inferno.* Quod autē utique loco, & Apostoli & Psalmi cum interpretatione, & incito resurrectionis continetur simul meritum immortalis corporis, est per se perspicuum; non enim erat ad rem petere resurrectionem aut ad vitam mortalem, aut indeterminata; sed illam, quae conueniens erat ipsi, quācumque Deus dedit, scilicet ad vitam immortalem; hoc enim est falso facere a morte illum, qui iam mortuus erat, scilicet eripere a potestate mortis, iuxta illud Apostoli ad Rom. 6. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors ictu non dominabitur.* Demum illud Isaiae 53. *Pro eo quod laborans anima eius, videlicet, & fassuratur;* referri debet ad ea, quia Christus propter meritum laborum recepit post Resurrectionem: nam ab initio eius capitū viquę ad ea verba, *generationem eius quis enarrabit?* lērmo est de Christi passione, ut notat Iustinus in 2. *Dialogo pro Christianis,* & omnes interpres: deinceps autem de iis bonis, quae passiōnem ob meritum passionis ipsius consecuta sunt. Volum autem quidam ea esse copiosius fructum Ecclesiæ, propter illa verba, *videlicet, & fassuratur.* scilicet Cyrillus, & Hieron. Alij vero esse ipsam Resurrectionem, quibus fauerit septuaginta Interpretatio, vbi illud verbum Iohannes, *videlicet, & fassuratur,* ita redditur, & vidi Deus auferre laborem anima eius, ostendere lumen, & formare intelligentiam, &c. et enim visus sacra Scriptura, mortem vocare tenebras, & vitam lumen, eum alias alibi, tum verē ad eum propositam Michæl 7. *Nelateris inimica mes super me, quia ecce, confugam cum federe in tenebris.* Dominus lux mea. Hoc est quod ait Iohannes, *Dens vult ei ostendere lumen.* Probatur etiam ex Pſ. 109. *De ore meo in via bibet, propterea exaltabit caput,* Vbi nomen torrentis, & potacionis eius mylticanus Pater, & interpres variè accipiunt, quorum singulas expositiones tradit noster Lolinus in hunc locum Psalmi omnes tamen volunt pertinente ad ea, quia Christus laborando in hac vita tum egit, tum pertulit; in eo verē quod subditur, propterea exaltabit caput, agnoscunt effectum, & præmiū laboris Christi, cōséque fuisse metitorum quidam præsumimus.

B

C

D

E

F

præmium sit exaltatio *spiritus*, per quam quidam intelligent resurrectionem; alij ascensionem, alij deum omnem gloriam, quam Christus per eos labores continebat.

Ad corporis immortalitatem, & impassibilitatem pertinet impassibilitas anima, non modo pro tempore, quo futura era in corpore, quod aliqui sine eius impassibilitate impassibile non fuisset; verum etiam ab solitu, & per se etiam illo triduo, quo fuit extra corpus. Ratio est, quia meritum terminatur cum via; & præmium non differtur, nisi sub fine aliquod impedimentum, cuiusmodi erat ante mortem Christi in veteribus sanctis Patribus pena peccati originalis nondum reiussa quoad hinc effectum appetiendi celestem beatitudinem; cuiusmodi item est post mortem Christi in consequentibus hominibus debitum paenæ pro peccatis, remanens post mortem, neutrum enim impedimentum in Christo locum habuit: quare nec debuit Magist. in 3. d. 18. dubitare an anima Christi fuerit perfecte impassibilis à punto mortis, vel solùm à puncto resurrectionis. Causa vero alia extra impedimentum, quam assignat Vega lib. 7. in Trident. cap. 18. scilicet vt in triduo anima Christi propter nos esset viatrix non ad mereendum, sed ad satisfacendum, nullo modo illi probabilis; nam è Scripturis habemus opera, & passionem huius vite satisfecisse pro nobis, nosque esse redemptos sanguine ac morte, qui non habent locum in anima separata: nec debemus addere genitum operum, quod Scriptura non addit. Sed nec potest dici exemplum, & argumentum à satisfactione, quam exhibet anima hominum in Purgatorio, qua ratione sunt aliquo modo viaticae: quoniam illa habet locum non per se ex natura satisfactionis pro pœna peccati, nimis, ut per se poscar exhiberi non solùm in hac vita, sed etiam in alijsnam locis satisfaciendi propriis & per se tantum est in hac vita, & solùm per accidens datum locus in alia vita, co quod homo non praesliterit in hac, quod præstat debuit: Christus autem nihil ostendit coram, quæ pro statu huius vite præstari debuerant. Hinc fit, ut multum differat satisfactione alterius vite ab hac huius vite: nam illa est merè pœna illata à Deo, non autem sponte ex electione sufficipta; quare nec potest applicari aliqui alii, voeaturque sati passio potius, quam satisfactionis Christi autem satisfactione debet esse sponte sufficiens, & alius applicanda.

Ad resurrectionem, & gloriam corporis pertinet ascensionis Christi in celum, quod est locus assignatus corporibus impassibilibus; cum terra propria sit passibilis: quare cadit sub idem meritum impassibilitatis, & resurrectionis quoad tempore ipsam; quod peculiares vero priuilegia, peculiariisque modum, & gloria habuit peculiare meritum in Christo, cuiusmodi describitur ad Philipp. 2. & I Thess. 19. nomine exaltationis, & proprio nomine ad Ephes. 4. Qui descendit, ipse est qui ascendit: quid est quod ascendit, nisi quia & descendit prius. Et Apoc. 3. Ego vici, & sedes cum Patre meo, vbi particula est, vim habet causam.

Præterea vero meruit Christus alia quedam extera bona, quæ ad gloriam corporis non pertinent, cuiusmodi sunt primò exaltatio nominis, quæ quidem duo afferre potest. Primum notitiam ipsius Christi, qui in mundo planè latebat Ioan. 1. In mundo era, & mundus cum non cognovit, vix, & modice discipulis notus, Ioan. 1. Tamen tempore vobis sum sum, & non cognovisti me. Hanc notitiam postulauit Joannis 17. Ego te clarificavi super terram, opus consummavi, quod dedi in te, & nunc clarifica me in Pater, &c. Christus autem clarificauit Patrem docendo, & auferendo ignorationem; hanc ergo claritatem vicissim poscit ab ipso. Secundò

per exaltationem nominis possimus intelligere insignem Christi honorem, & hic est, quem metuere sibi Christum dicitur ad Philipp. 3. Propterea exaltavit illum, & dedit illis nomem, &c. vi in nomine Iesu, &c. & vitramque cadere sub membris Christi, probant Scripturae; priorem quidem, quia postulatur à Christo; ubi autem est locus postulacionis, est locus meriti, quando persona habet unde possit mereri. Præterea ponitur ratio impeirandi non solùm oratio, verum opus bonum, scilicet clarificatio nomini tuum. Tertiù significatur vicissitudo retributionis, quam sperat virtute alienius pauci taciti, vel expresti per particulam & clarificans, & in me clarificans posteriorem verò, quia olensum est eò loco perspicuum meritum continuet. Atque huic meriti premia sunt varia testimonialis Angelorum, & Patris aeterni, in Baptismo, & in Transfiguratione, cùm dixit, Ecce filius mens dilectus. Addunt etiam testimonia Prophetarum eo modo, quo potest fieri, ut meritum solùm in prævisione possit esse causa premij in re.

Secundò meruit potestati iudicis, Ioan. 5. Dedit ei indicium facere, quia filius hominis est. Quem locum cùm adhuc eret Paulus Sanofatenus ad probandum, Christum esse putum hominem, Chrysost. hom. 38. vt illi occurreret, accepit dictum de communicatione porellatis, quana filiu Dei accepit ex vi generationis aeternæ cùm dignitate. Sed Augustinus sermo, ultimo de verbis Domini, & tral. 22. in Ioan. & Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 44. intelligent hoc loco datum Christo secundum humanitatem huicmodi potestatam. Eundem locum hoc tenui tractat Vigilinus lib. 5. contra Eutychetem. S.Th. infra 9. 59. art. 3. ad idem probandum accommodat illud lob. 26. Causa tua, quæsi impy iudicatis est, causam iudiciumque recipies.

Tertiù meruit Christus regnum, & dominium mundi. Probatur ex Ps. 2. Propheta à me, & dabo tibi gentes, &c. Reges eos, &c. Quo loco ad id probandum vultur Aug. lib. de unitate Ecclesie, cap. 7. & 8. Præterea ex Apostolo ad Rom. 14. Christus in hoc mortuus est, & resurrexit, ut & viuatur, & moriatur dominetur.

Demū meruit etiam dignitatem capitis, quod probatur isdem locis Scripturae, & argumentis. Hoc meritum capititis admittitur. Soto in 4d. 47. q. 1. art. 2. negat tamen Christo meritum regni, & dominii, eo quod hoc conuenienter sibi ratione vniuersis hypothetice. Sed non est eò hoc neget, & illud concedat, cùm ratio vniuersis vitramque dignitatem faciat Christo debitam. Propterea duo obseruari oportet, primum quod ad hanc rem docet S.Th. infra 9. 59. art. 3. scilicet idem iudicium faciendum esse de hac dignitate, ac de gloria corporis, ceterisque præstat bonis ea omnia erant debita Christo ratione personæ, & vniuersi, & tamen potuerunt esse materia meriti ipsius, præfertim ex quo aliquando illud caruit. Vnde factum est, ut iudiciora potestas conuenienter ipsi quadruplicet titulum, primo propter diuinam personam, secundò propter dignitatem capitis, tertio propter plenitudinem gratiae, quartò propter merita. Similiter dignitas capititis propter diuinam personam, propter dignitatem regiam, & præterea ex meritis. Dignitas regia propter personæ dignitatem, & propter merita. Secundò obseruandum est quod super notauimus in his dignitatibus Regis, iudicis, capititis, duo spectari, primò ius ipsum quasi hereditarium, deinde possessionem, & vitum. Primum habuit ex vi incarnationis, & nativitatis, & iuste oblique merito; secundum verò, quod consequens fuit nativitati; quamvis aliqui debitum fuerit dicto titulo, ex quo tamen consequens fuit, potius eriam obtineri, & obtinere.

tum fuit per meritam.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Christus aliis mereri potuerit.

AD QVARTVM sic procedunt. Videatur, quod Christus alii mereri non posset. Dicunt enim Ezech. 18. Anna que peccaverit, ipsa morieretur. Ergo parvissime anima que meretur, ipsa remunerabatur. Non ergo est possibile quod Christus alii mereretur.

2. Præterea, De plenitudine gratie Christi omnes accipiunt: ut dicitur Ioh. 1. Sed alii homines habent gratiam Christi, non possunt alii mereri: dicunt enim Ezech. 18. quid si fuerint in causa Noe Daniel & Job, filium & filiam non liberabunt: sed ipsi infra sua liberabunt animas suas. Ergo nec Christus potest aliud nobis mereri.

3. Præterea. Meritis quam quis meretur, debetur secundum iustitiam, & non secundum gratiam: ut pater Rom. 4. Si ergo Christiani meritis solutio nostram, sequitur quod salutis nostra non sit ex gratia Dei, sed ex iustitia: quod immensè agat cum eis, quos non salvat, cum meritum Christi ad omnes se extendat.

Seà contra est, quod dicitur Rom. 5. Sicut per unius delitum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem, vita. Sed demum Ade deruitur ad condemnationem aliorum. Ergo multò magis meritum Christi ad alios deruitur.

Respondeo dicendum, quid sicut supra dictum est in Christo non solum fuit gratia, sicut in quadam bonis singulari, sed sicut in capite totius Ecclesie, cui omnes videntur, sicut corporis membrorum, ex quibus constitutus mystice una persona. Et exinde est, quid meritum Christi se extendit ad alios, sicutum quoniam membra eius, sicut etiam in uno homine alio caput aliquatenus periret ad omnia membra eius: quia non solum sibi servit, sed omnibus membris.

Ad primum ergo dicendum, quid peccatum singularis personam non nocet nisi shipificet peccatum. Ade qui confundit se à Deo principium totius naturae ad alios per carnis propaginem deruitur. Et similiter meritos Christi, qui est à Deo constitutus caput omnium hominum quantum ad gratiam, se extendit ad omnia eius membra.

Ad secundum dicendum, quid alij de plenitudine Christi accipiunt, non quidam fontem gratiae, sed quandam particularem gratiam, & ideo non oportet, quod alii homines possint alii mereri, sicut Christus.

Ad tertium dicendum, quid fecit peccatum Ade non deruitur ad alios, nisi per carnem generationem: ita meritum Christi non deruitur ad alios, nisi per generationem spiritualem que fit in Baptismo, per quam homines Christo incorporantur: secundum illud ad Gal. 3: omnes quique in Christo baptizati sibi, Christum indui. Et hoc ipsum est gratia, quod homini concedatur regenerari in Christo: sicut salsus hominis est ex gratia.

AFFIRMAT S.Thomas' argumento ducto à ratione mystica capituli, que conuenit ipsi etiā alios, ut membra ad influendum, & cōmunicandum vitam, & bona spiritualia: hic autem influxus non est physicus, ut opere capitum mystici; moralis autem si sit alius præter meritum non est efficas, & perfectus, nec proinde capitus; quia caput est efficas causa vita: inquit ergo meritum.

DISPUTATIO VIII.

Quenam bona nobis Christus meruerit.

CVM Christi adventus in mundum, cuius opera, & labores ordinata sunt ad restituendos homines ad beatitudinem supernaturalem, vnde occidantur, propterea prius Ies. Raguze in 3.p.D.Th. stral. p.9.

A oportet statuere, quenam bona ad hunc finem necessaria essent, aut saltem pertinuerent, que suis natura virtibus homo praestare, seu obtinere non posset, sed tantum speciali Dei prouidentia, atque auxilio; et verò sunt bona supernaturalia: præterea evidenter ea saltem supernaturalia, que speciali prouidentia in singulis hominibus propter hunc finem supernaturaliū à Deo prouidentur: cuimodo est tempus, & circumstantia quædam mortis, natrūtatis, &c. Deinde supponendo ex his bonis quædam dati hominibus propter ipsorum merita de condigno, qualis est gloria, & augmentum gratiae, & gloria: quædam non dati propter merita ipsorum saltem de condigno, ut prima gratia, remissio peccati, dispositiones, &c. de virtutis est disputatio præfens, videlicet utrum omnia, que recipimus propter merita nostra, recipiamus etiam propter merita Christi: & an quæcumque Deus dat, & prouideat, det & prouideat propter merita Christi? Et sane cum plurima sint eiusmodi bona, de quibus videtur res certa, de aliis non tam certa: propterea oportet singula recensere, ac de singulis dicere. Sunt autem haec primò remissio peccati: secundò prima gratia, qua de facto post lapsum in hominibus semper est coniuncta cum remissione peccati: tertio gloria: quartò dispositiones ad gratiam: quintò gratia ethica: sexto electio ad gloriam, seu prædestinatione: septimo augmentum gratiae, & gloria: octauo varia dona, & auxilia, quæ dantur iustificato.

C. Observandum secundò est, Christum duo prefuisse necessaria, prium fuit solvere debitum Deo; qui enim est debitor alteri, si tantum habet, unde soluat, & non plus, sanè per id, quod habet, non admittitur ad emendandum aliquid ab illo, sed ad merendum, sed solum ad compensationem debiti, nisi condonetur debitum; si vero habet unde soluat, & unde mereatur, prius exigitur soluto debiti, deinde admittitur ad merendum; quod si potest vno opere vtrinque præstat, sanè in illo per se spectatur prius compensatio debiti, cuius existit obligatio, & necessitas in eo, qui vel per se debitor est, vel pro alio: scilicet obtrinxisse: deinde vero spectatur contractus: empionis, vel metiti, cuius nulla existit necessitas, vel obligatio. Hoc ergo est quod secundò præfuit Christus, qui non solum suscepit onus satisfaciendi Deo, solvendique debitum generis humani; utrum præterea suscepit onus comparandi nobis quæ ad beatitudinem esse necessaria. Accipit procedit quid suppedauerit sibi plusquam satis est: pretij pro vrotoe, satis ostendit est circa articulum secundum questionis primæ: & id primum: primò ut iam præmonui exhibeti debuit, sicutque exhibuit pro necessaria solutione debiti. Deinde pro emendando, comparandisque nobis à Deo bonis, ad dictum finem pertinentibus, Deo liberè volente contractum inter eum cum Christo, & pactum conferendum ea bona pro pretio ipsius, quod supereret satisfactioni sibi debitis pro iniuria, scilicet ut alias notarimus ex sola vi exhibita, receptaque satisfactio: nis non reddit amicitia, nec reliqua bona, quippe quæ sunt effectus amicitiae, in modo nec immunitas à pena debita pro delicto, sed solum ab obligatione res faciendo dampnum honoris, vel iniuriam rei ablata. Ac de primo, id est, de satisfactione pro dicto debito, dictum est circa præsumptum articulum secundum. Iam de secundo simul agendum est cum S.Th. in hoc articulo, idque facilius iam sit, postquam de valore operum Christi, & ad satisfaciendum, &

D ad

ad merendum , arque emendandum satis ibidem disputatum est ; ac per singula oculo capita hic propolia oportet respondere .

An Christus meruerit nobis remissionem peccatorum , & primam gratiam . §. 1.

Agimus de utraque simul , quoniam quamuis ex natura rei diuersa sint , & possint abinuicem separari , & re ipsa fuerit prima gratia absque remissione peccati in Angelis , in primo homine , in Christo , in beata Virgine ; & poslit remissio peccati esse absque infusione gratiz , ino & absque ordinatione hominis in suum supernaturalem , vt nobis probabilius est , & dicemus in materia de Pœnitentia ; de facto tamen sunt ita connexa , ut iustificatio , qua est proprius gratiae effectus , non sit nera sanctificatio animæ , sed remissio peccati , & deletio maculæ , & quia remissio culpa sit infusio gratiae , arque ita in Scripturis quicquid est cauillanus , est causa alterius .

Dicendum igitur primò , Christus meruit nobis remissionem peccatorum , & primam gratiam . Est propositione de Fide expressa in Scripturis . Ioannis 1. *Quisquis autem recuperum cum dedit ei pauperrimum filius Dei fieri , qui ex Deo non sum : nativitas ergo spiritualis , qua alia dicitur regeneratio , Ioan. 3. noua creatura , ad Gal. 6. non est nisi per Christum , non quidem physice operantem , vt Deus est , nam sic est etiam Patis , & Spiritus sancti , sed mortaliter per meritum . Ioan. 1. *De plenitudine eius omnes acceptimur ,* que verba non solum significant omnes aliquid inde hauiisse ; verum habent vim ad significandum inde nos accepit illud quicquid habemus boni , id quod declarat illud verbum , *qua gratia & veritate per Iesum Christum facta est .* Ex quo loco hoc ipsum confirmat Augustinus libro 13. de Trinitate capi . 9. Rom. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius ,* que est in Christo Iesu . Ad Rom. 5. *Iustificati in sanguine ipsius salus erimus , ab ipso per ipsum .* Et infra . *Sicut per unum hominem peccatum intrauit in mundum , &c. multo magis gratia Dei . & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit .* Et rursus . *Gratia autem ex multis delictis in iustificationem ; & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vita .* Demum . *Per unius obediendum nulli consilierunt multi .* Ad Ephes. 1. *Gratianus nos in dilectione filio suo , in quo habemus redempcionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuinam gratiam eius , que superabundauit in nobis .* Et infra . *Institutare omnia , que ex eis . & que in terris sunt in ipso .* 1. Ioan. 2. *Ipsa est propria pro peccatis nostris , non pro nostris autem tantum , sed etiam totius mundi .* Apoc. 4. *Lumen nos a peccatis nostris in sanguine suo .**

Sed contra id , quod diximus , & hancenius supponimus , scilicet in Scripturis id , quod est causa remissionis peccati , esse causam gratie ; obicitur id quod habetur ad Rom. 4. de Christo . *Meritum est propter delicta nostra , & resurrectio propter iustificationem nostram ,* vbi causa remissionis peccati alignatur passio , gratiae vero iustificantis resurrectionis . Respondet primum ex Augustino libro 16. contra Faustum , cap. 19. & Fulgentio libro de Incarnatione . *& gratia .* capu. 8. Resurrectionem non ponit , ut causam iustificationis ; huius enim causa est passio , sed ut causam , & mortis fidei , que est necessaria ad iustificationem , que fides absque resurrectione inanis esset , vt dicitur Corin. 15. 1. Re-

spondet secundum , Apostolum hic loqui de causa exemplarum , cui debet conformari resurreccio nostra secundum corpus , qua causa est resurreccio Christi . Ita sanctus Thom. quæst. 56. artic. 1. ad 3. vbi negat propriè esse causam meritioriam , eidemque conformari debet resurreccio nostra secundum animam per gratiam , vt habeat articul. 2. ideo Apolotulus interdum in hac comparatione , qua facit resurrectionem Christi causam exemplarem resurrectionis nostra secundum gratiam , qua est iustificatio ; facit passionem eius , & mortem causam exemplarem deletionis , & mortis peccati . Ad Rom. 6. *Conspiculi est cum Christo per Baptismum in mortem , vt quomodo Christus resurrexit , haec vos in mortuam vitam ambuletis ;* etiamli aliqui passio sit causa etiam meritoria mortis peccati , resurreccio vero non sit causa meritoria iustificationis . Eadem veritas continetur in Concilio Milevitanio , Araucano , Tridentino cap. 6. & Patribus , quos citoimus agentes de satisfactione , qui simul loquuntur de merito cum satisfactione .

Ceterum huc duo obseruare oportet . Primum est , dictam remissionem peccati , & primam gratiam dati propter merita Christi de condigno , & de rigore iustitiae sine illo merito nostro de condigno , iescire respectu Christi in ea conferenda , habet locum iustitia ; respectu vero nostri , sola gratia : quia ratione dicitur ad Rom. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius .*

Secundum est multos non consequi remissionem peccatorum , primamque gratiam ; & tamen Christum merito suo comprehendere omnes peccatores , nemine excluso . Propterea dicendum est , remissionem peccatorum suæ natura pendere à libera voluntate hominum , qui velint ad Deum conuertri , si sunt adulti ; iescere meritum huius præmij , quod est remissio peccati , suæ natura non potest esse absolutum , & efficax , & applicatum ad obtineendum illam in re , sed solum sufficiens , & applicandum postea conuersione pro voluntate eius , qui vult conuertri , & virtute dicti meriti , remissionem obtinere : sicuti qui apud Regem insignibus gelis , & laboribus meruit illius dignitates , & officia , quantum acceptatio pendet ab ipsis ; intelligitur meruisse unde possint illam obtinere , non autem , vt te ipsa habeant . Illud tamen discriminis est , quod Deus remissionem peccati , & bona potest dare non solum volenti , & suppedita voluntate , verum potest facere , vt peccator velit ; quod Rex in dato exemplo facere non potest : atque ita posset absolute remissio peccati cadere sub meritum in re ipsa , & non solum in causa mortali , id est , pretio quod potestatem . Itaque aliud est remissio peccati , aliud conuersio : remissio , vt dixi , non cadit sub meritum absolute , sed ex suppositione voluntatis : conuersio veris ipsi prærequisita , quam Deus potest efficaciter prouidere per auxilia efficacia , non est communis omnibus quod hanc efficaciam : verum quatenus nemo potest velle conuertri , sicut oportet , sine auxilio gratia speciali , ad hoc , vt obtinet remissionem peccati ; est communis omnibus quod sufficientiam auxiliorum , que dantur omnibus : an vero haec auxilia tam communissima , quam minus communia , videlicet efficacia , cadant sub meritum Christi , dicitur infra . Interim cum remissio peccatorum , priusque gratia infusio , per se spectata sequatur omnibus modis libertum hominis consensu (non enim re dicitur consensum procedere ab habitu) non autem praecedat , vt praecedit auxiliu ad conuersationem ; propterea non pertinet possumus dicere , primam

E gratiam

gratiam remissionēnique peccati non solum cadere sub meritū Christi quoad sufficientiam, verum etiam quoad hoc, quod ponatur in re absolutē, nulla videlicet facta suppositione voluntatis creata, sicuti possumus hoc dicere de auxilio ad conuersationem, quod praeceedit ipsum consensum voluntatis.

Iam cū pro remissione peccati parvulorum non possunt applicari merita Christi per proprios eorum actus, sed per fidem Ecclesie in Baptismo, & oīl in alio Sacramento, quorum applicatio peccata etiam a voluntate humana; dicendum est etiam hanc, solum quoad sufficientiam, cadere sub meritū Christi; quia consequitur omnibus modis voluntatem applicantium remedias. Ceterum huic præmititur prouidentia diuina prouidens sufficiēter, vel efficaciter horum remediorum applicationem; & de hac prouidentia, eiūsque effectibus, eadem est quæstio, quæ de auxiliis ad conuersationem, an & quoque cadant sub merita Christi, de quibus infra.

Dicendum secundū, Christus meruit etiam omnibus hominibus gloriam, & vitam æternam. Hac propositione est de fide: nam quamvis non omnis, qui potest mereri, & meretur gloriam, possit etiam mereri primam gratiam de condigno; tamen certum est quicunque meretur primam gratiam, mereri gloriam; quia gratia est semen gloriae, faciens subiectum capax gloriae, habens ratione illius ius ad illam, verumque filium regni heredem; ita ut decedens cum illa, sive cum operibus, sive abscite illis, sola via gratiae gloriam obtineat; ergo gratia habet valorem gloriae, datus que ius ad illam, quod potest dare quodvis gloriae meritum; ergo meritum gratiae æquabile merito gloriae: Christus autem meruit nobis primam gratiam; ergo hoc ipso meruit gloriam. Antecedens habet perspicue ex Scripturis. Ad Rom. 6. Liberati à peccato habebitis fructum vestrum in sanctificacionem, finem vero viam aeternam. Ibidem, *Gratia Dei vita aeterna*, id est, ipsa gratia est vita aeterna, ut semen illius. Et cap. 8. *Si filii, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Ad Titum 3. *Vt iustificati gratia ipsius heredes sumus secundum spem vite aeterna.* Confirmatur, nam parvuli decedentes cum solo Baptismo obtinent glorian, solum quia receperunt gratiam. Quomodo verò concordet hoc meritum, quo Christus meruit nobis gloriam cum merito, quo nos mereremus eandem; similiterque diffinitio nostra ad gratiam, cum merito Christi eiusdem nostræ gratia, dicitur infra.

Verum hic de sanctis Patribus, qui fuerunt ante Christum, occurrit duplex difficultas. Prima quia recuperant gratiam ante eius merita: ergo hoc non fuit effectus, & premium meritorum Christi, quia effectus non est prior causa. Respondetur psalmus ad effectum huiusmodi moralem, quale est premium, satis esse quod causa sit prior in præsumione, quomodo fuerunt merita Christi in præsencia Dei, quo tempore dabant gratiam Patribus. Ceterum ostendimus suprà circa artic. 11. quæst. secunda, que calu merces præcedit opera non feruari cunctam formam contractus, que feruatur, quando opera præcedunt mercedem. Secunda difficultas est, quod Incarnatione sit quasi premium operum gratiae sanctorum Patrum, qui meruerunt illam de congruo & non ergo data est illis gratia propter merita Incarnationis, neque sunt prauilia prius Incarnatione. Responderetur finem esse priorem in intentione mediis, tam physicis, quam moralibus.

Inf. Raguza in p. D. T. tract. p. 1.

A libis, qualia sunt merita, dim. media sunt in postestate eius, qui intendit finem, & tunc posterior executione: fuit autem in potestate Dei prouiderent merita sanctorum Patrum, quibus mererentur Incarnationem, qua fuit prior in eius intentione; quem ordinem si spectaret Driedo infra cunctus non negaret præparations dictas sanctorum Patrum ad Incarnationem, fuisse fundatas in meritis Christi; præterim cū ratio illa, quod meritum sit prius præmio, procedat de omni gratia, data Patribus, & de remissione peccatorum, cuius meritum secundum fidem, tribui debet Christo. Cur autem non fuerit data gloria ante aduentum Christi sanctis Patribus ex eius meritis, sicut fuit data gratia, ratio est; quia si spectetur B natura peccati originalis debita fuit omnibus in perpetuum priuatio tam gratiae, quam glorie; si vero spectetur modus, & ratio reparations, quæ fieret per satisfactionem, & merita vnius hominis, qui haberet, unde posset satisfaciendi, & redire secundum iustitiam, esēque admittendus ad contractum iustitiae; nihil horum restitu debet nisi post exhibitan satisfactionem, & pretium, aut falem post promissionem satisfaciendi: verumtamen vltius spectata ex una parte vniuersalitate eorum, qui per Christum debent salvi fieri, qua comprehenduntur etiam qui nati sunt ante ipsum; & ex alia parte natura duplicitis status, scilicet via, & extra viam, simulque amicitiae, & inimicitiae Dei; nimisq; ut extra viam non sit locus meritis, & gratiae; amicitiae vero conciliatio ex natura sua non fecit dilationem: gloria autem etiam in alia vita fecit dilationem, & expeditare posuit satisfactionem, ut patet in animabus Purgatori; propterea necessarium fuit dona gratiae, & omnia auxilia, quibus constat amicitia Dei, quaque conferunt ad meritum, non disterti usque ad aduentum Christi, nec sine meritis ipsius conferunt, cum solus Christus sit qui fecit virtutem vnum, &c. vetum per fidem meritorum eius. Circa gloriam vero conferendam potuit feruari dicta ratio sumpta à natura peccati, simulque à lege iustitiae satisfactionis, & meriti, quia gloria collatio ex natura sua pati potest dilationem tam in hac vita, quam in alia, & expeditare satisfactionem.

D I S P U T A T I O I X.

Ab Christus meruerit nobis dispositiones omnes ad gratiam.

GIMVS hic in vniuersum de dispositiōnibus, quæ sunt dona gratiae Dei, ordinatae ad bonum supernaturale abscite distinctione eorum, quæ attingunt, vel non attingunt formam, seu terminum, ad quem disponunt; inferius vero nominatum agenus de his, quæ attingunt terminum, & sunt efficaces. Ac de omnibus ita sumptis generatim existunt duas sententiae; altera, quæ negat omnes etiam fidem ipsam dari ex meritis Christi. Ita habet Capreolus in 3. d. 18. art. 3. ad argumenta Scotti contra quartam conclusionem: concedit autem Christum meruisse primam gratiam, & infra ait motum fidei, spei, & charitatis dupliciter spectari, prius ut procedentes ab habitibus theologicis, & sic esse dispositionem comitantem, & esse ex meritis Christi. Secundū ut informes non procedentes ab habitibus, & sic non

D 2 esse

esse ex meritis Christi, nisi tanquam causa finali. Addit tamen, quod si sunt ex meritis, tanquam à causa efficiente, illa causalitas est causa vniuersalis, que non erit in actu, nisi concurrentia alia causa particulari, applicante vniuersalem causalitate, & influxum particulari passo, & particulari effectui. Quibus verbis videtur sentire, quod solum quoad efficaciam non sunt ex meritis Christi, sunt autem quoad sufficiantem, pertinetque ad sequentem disputationem. Ferrariensis 4. contra genet, cap. 55. circa responsionem ad septimum versic. An autem reguratur, distinguunt dispositionem, alteram imperficiam, qua precedit tempore infusionem gratiae, & huius negat merita Christi esse causam; alteram perfectam, que simul infunditur cum gratia, ut est motus voluntatis in Deum ex charitate proueniens, & huius vult esse causam merita Christi, sicut sunt causa gratiae, que hanc dispositionem comitatur. Ex quo reicit dictum Capreoli, admittentis motum charitatis informem precedentem infusionem gratiae. Dredo de capitulo & redempione, tral. 2. cap. 2. art. 4. ait preparationes, quibus ante Christum natum Deus preparauit Prophetas, & SS. Patres, qui illum expectabant, & postulabant; non fuisse ex meritis Christi, sed solum dona Dei: & infra verificat. Ad primam obiectum ait solum gratiam, qua iustificamus, & habemus remissionem peccatorum, & vitam eternam, esse ex meritis Christi; non vero fidem, & reliquias dispositiones, quibus prepararunt. Eadem est sententia Adam in epistola ad Philippenses circa extrema verba capituli primi, & in illud 2. Petri 1. in iustitia Dei. Fundamenta huius sententiae. Primum est Capreoli, quia, inquit, si Christus meruerit omnes precedentem dispositiones ad grauam suorum electorum, prima gratia nullo modo esset gratia, sed esset redditus, vel reddenda ex debito: pia per merita Christi precedentia. Secundum auxilium speciale ad cauenda peccata est requisitum ex parte naturae hominis, que sine illo non potest vitare peccata, & Deus non dicit in voculariis: ergo non pendet ab Incarnatione Christi, quod detur, nec proinde ab eius meritis. Confirmatur, nam multa auxilia nunc dantur infidelibus, que non videntur esse ex meritis Christi, cum sine fide ad ipsum non pertineant. Tertiò homines recuperant per Christum ea, quae habebant in Adam, & per peccatum eius amiserunt; sed in Adam habebant omnia dona supernaturalia, & ex iis tollunt amiserunt charitatem, & iustitiam originalem, non vero fidem, & spem, que non percunt propter quodunque peccatum, sed solum per desperationem, & infidelitatem, quam Adam non habuit: ergo fidem non recuperant per Christum.

Nihilominus contrafententia verissima est, & proxima, fidei, quod scilicet omnne auxilium gratiae, sive excitantis, sive adiuuantis, quo disponitur homo, sive proxime, sive remotè ad gratiam sit effectus meritorum Christi. Est S. Thomae lupsa 9.7. art. 9. vbi pleuritudinem gratie considerat quod duo. Primum secundum intentionem, que suscipit magis, & minus, que sane intensio in ipsa, & in eius habitibus spectatur in ordine ad sanctificandum subiectum magis, vel minus, & ad opera virtutum, praesertim charitatis magis, vel minus intensa: & huius dat Christo plenitudinem, id est, summam perfectionem, que habeti potest tum ratione singulari, petita a propinquitate, qua Christus maxime omnium accedit ad Deum; tum ratione communi, que omnis omnium hominum gratia ab ipso ad alios derivatur: atque in hoc pri-

mo membro continetur gratia secundum effectus, quos habet in Christo, & in quibus communicat cum aliis hominibus. Secundum ergo specie plenitudinem gratie quod virtutem, quam habet quod omnes effectus gratiae, vbi sane perspicue loquitur de extentione huius ad omnes alios effectus gratiae, prater dictos etiam ad eos, quibus Christus non communicat cum aliis hominibus: huiusmodi autem alij non sunt, nisi preparationes, gratiam precedentes, scilicet fides, & vocatio ad fidem, dicitque esse in Christo plenitudinem gratiae quantum ad virtutem, ut omnes effectus eius contineat: hos autem non alia ratione continet, nisi morali, & meritoria, ergo ex sententia S. Thomas, Christus est causa meritoria non solum gratiae, que communicat cum hominibus, verum etiam omnis gratia, etiam in qua cum ipsis non communicat. Eadem ferè distinctio habetur articulo 5q. & suprad. q. 8. articulo 1. Item articulo 2. facit Christum caput non solum eorum, qui vniuersitati libi per charitatem, verum etiam qui per solum fidem: & rursus eorum, qui carent tide, tam qui aliquando sunt crediti, quam qui nunquam sunt crediti. Certè nisi hoc caput influeret bonum eriam iis, non perirent ad ipsum: non potest autem aliud influere, nisi merita; nec potest aliud mereri, nisi vocationem ad fidem. Quare in responsione ad secundum de peccatoribus fidelibus ait: Percepimus tamen tales à Christo quendam alium votum, qui est credere, sicut si membrum mortificatum moveatur aliquippe ab homine. Reliqui Scholasticis in 4. d. 18. & 19. non loquuntur in specie de dispositiobibus ad gratiam, sed solum docent in vniuersum Christum meruisse nobis remissionem peccati, & penitentiam. Ex instituto vero Recentioribus admittunt propositionem affectionem, scilicet Vega lib. 4. in Trident. c. 5. 6. 7. & lib. 15. cap. 9. & 10. Hoc est in confessione fidei, cap. 41. & 43. Lindanus lib. 3. Panoplia, cap. 36. Suarez disp. 41. Vazquez disp. 77. Medina in hoc articulo, & passim Recentiores. Probatur aperte ex Scripturis. Ad Ephel. 1. Benedictus Deus, & Pater Dominus noster Iesu Christi, qui benedixit nos omnem benedictionem spiritali in celistibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi confusione. Vbi obserendum est, restrictionem additam signo vniuersali habere vim ad significandum, quod sive propositione illa vniuersaliter abique restrictione sit vera vniuersaliter, sive non; tamen cum restrictione est vera vniuersaliter: ut cum dicimus, omne bonum morale conferens ad salutem, est donum gratiae specialis; illa limitatio, conferens ad salutem, habet vim ad significandum esse veram vniuersaliter illam propositionem, ut nullum sit bonum, conferens ad salutem, quod non sit ab auxilio speciali; sive alias abque illa limitatione sit verum vniuersaliter, quod omne bonum morale sit ab auxilio speciali, sive non: similia exempla possunt proficer in aliis rebus. In propositione ergo est limitatio restringens benedictionem ad ordinem supernaturalem salutis; hoc enim significat illa particula, spiritali in celistibus, cum verbis tequentibus, sicut elegit nos, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; ergo nulla est benedictio pertinentia ad hunc ordinem salutis, que non datur in Christo. Confirmatur ex illa particula, sicut elegit nos in ipso, qua significatur consequens esse habere nos reliquam omnem benedictionem spiritali in Christo, quia elegit nos, ut essemus sancti in charitate. Habet autem vim illa vox spiritali; ad excludenda terrena bona, terrenaque benedictiones, quales in

E

in lege veteri promittebantur futuantibus legem Dei, & Levit. cap. 26. & Deuter. cap. 28. *Benedictus eris in urbe*, benedictus in agro, benedicti greges, &c. quantum Hieronymus etiam has vult accipi spirituiter : quare & illa particula, *in cælestibus*, quia Cæcilius est in *rebus trascens*, *in supercelstibus*, habet vim excludendam terrena, & notanda cælestia, & reseretur ad nos, qui illa accipimus ; et si quidam minus recte velint, referri ad Deum, qui existens ut cælestibus, nobis benedicat. Benedicere etiam quando tribuitur Deo, significat bona conferre, vt videtur est Job 1. & Sæpè in Scripturis: secus autem cum tribuitur hominibus, significat enim gratias agere, quando benedicunt Deo, opere bona, quando benedicunt aliis hominibus. Itaque Ambrosius in hunc locum : *Omnis, inquit, donum gracie Dei in Christo est, & quis spero Christi benevolentia se a Deo patet, errare se forsitan.* Augusti de predicatione sancti, cap. 1. & de bone perserantia, cap. 7. obseruat hoc loco Apostoli etiam vocacionem gentium comprehendendi; mox enim subdit, *in quo sorte vocati sumus.* Veritatem nonnulla dubitatio est illa de particula, *in Christo*, nam in quibusdam Graecis exemplaribus legitimus Christum, & ita legunt Erasmus, & Vatablus, quasi dicit, ait Vatablus, *Hoc benedic nos omni dono supernaturale, ut tandem locum habeamus in calo cum Christo.* Verum Chrysostomus. Theophylact. Ambrosii Hieronymus, Oecumenius, & alij legunt, *in Christo*, quid oblicet Christi merito, eiūtque beneficio Deus impertitus iis nobis omnia dona. Et sane obseruat notus Cornelius, exponus hunc locum, exemplaria Graeca noui Testamenti, magis dubia, varia, & corrupta esse, quam Latina.

Secundus locus est ad Ephes. 2. *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, que preparauit Deus, ut in ipsis ambeamus.* Vbi uenit factura, Tertullianus lib. 5. in Marcionem, cap. 17. refert ad primam creationem secundum esse naturale. Quod autem additur, *creati in bonis operibus in Christo*, refert ad conditionem nostram secundum gratiam. Sed verius est quod habent passim alij interpetes, utramque particulam esse de creatione secundum gratiam, quod perspicue habetur ex verbis precedentibus, *gratia enim ipsius factura per fidem, & hoc non ex verbis, Dei enim donum est, non ex operibus, vi non quis glorietur, quibus subdit, ipsius enim sumus factura, que sanè verba, & caustulis particula enim, denotant operationem Dei eandem, & eiusdem generis.* Item significant verba sequentia. Porro tam latè pater quod subdit, *creati in Christo Iesu in operibus bonis, quam latè patet verbum factura, hoc autem comprehendit omnia opera, concurrentia ad iustificationem, cuiusmodi est fides, & præparations ad illum: nam hoc continent omnia in precedentibus verbis, dum dicitur, *sancti perfidem, quia sit donum Dei, & non ex operibus;* & dum excluditur omnis gloriatio ab homine propter quodcumque opus ad illum pertinens, quod non est donum specialis gratiae, sed solum generalis auxilii; ex hoc enim loco probatur lepe ad Augustinum, & Concilio Milevitanum, & Araucanum, necessitas gratiae ad omnia bona opera, quae pertinent ad salutem; ergo quod subdit, *creati in Christo Iesu in operibus bonis,* comprehendit etiam omnia dicta opera, ut sint effectus meritorum Christi.*

Tertius locus habetur ad Philipp. 1. *Vobis donatum est pro Christo, non factum, ut in eum credatis, sed eum, ut pro illo patiamini.* Huius loci sunt tres expositiones. Prima quoddam particula *pro*, cum diciatur, *pro Christo*, ponatur loco particula *ab*, ut sit sensus, *à Christo donatum est*; ita Photinus apud

A *OEcumenum ut ipi Christo, capitul. inquit, prodest Christus.* Idem Petrus Diaconus lib. de Incarn. & gratia, cap. 6. solum est dicendum, quod hic referat dictum ad humanitatem; ille vero ad diuinitatem. Sed obseruant alij ut ipi munquam ponit pro art. Multo minus est vera versio Bezae, pro Christo, id est, in Christi negotio, & religione, non enim ut ipi significatur in.

Secunda expositorum est Ambrosij, qui illud pro Christo, vult idem esse, ac propter amorem, quo Christum diligimus nobis datum esse pro ipso pati, & in ipsum credere. Sed videtur etiam dura exppositio, quia non datur fides propter dilectionem, sed potius hæc propter illam. Tertia est Hieronymi, qui hoc dictum, *datum est vobis pro Christo, ut credatis*, intelligit, significare propter aduentum Christi, & quia uenit Christus nos credidisse, ut non tam exprest loquatur de merito, quam de ipso aduentu Christi, qui attulit fidem mundo. Quartæ exppositio est illi verbis contineri hyperbaton, cum enī vellet Apostolus tantum dicere, *vobis donatum est pro Christo pati, subiit mentem ciuius; quid etiam donatum esset eis in Christum credere, & inferuit verbum, non factum, ut in eum credatis*, ac mox ad id, quod primo intenderat, redit, subdans, *sed etiam, ut pro illo patiamini.* Confirmat haec exppositio editio Syriaca, omittens illud, *pro Christo*; sic enim vertit: *Ei vos à Deo ipso datum est, ut non factum in credendo creditis mecum (Christo) sed etiam ut pro illo patiamini.* Fauer huic exppositio Chrysostomus hom. 4. in hanc epistolam. Qui uita exppositio est, ut illud, *pro Christo, idem sit, ac intercessione, seu meritis Christi.* Ita Petrus Diaconus, qui propter ea illud, *à Christo*, refert ad humanitatem. Item Anselmus, & Theophylactus in hunc locum. Aug. lib. de Prædest. sanctor. cap. 2. Eodem sensu accipit ea verba Concilium Araucanicum can. 25. his verbis, *qua gratiam etiam post aduentum Domini omnibus, qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio habere fidem in Christi nouum simulum.* & credimus largitatem conferri, secundum illud, quod iam supradictum est, & predicas apostolus ad Philipp. 1. *Vobis donatum est pro Christo, non factum ut in eum credatis.* &c.

Quattuor locus habetur 2. ad Tim. 1. *Vocauit nos vocatio sua sancta, que data est nobis in Christo Iesu.* Eadem est doctrina Concilij Milevitanum can. 3. & 4. & Cælestini epistola, prima cap. 10. qui dicunt gratiam, *qua iustificamus, elle ex meritis Christi.* Gratiam hanc non intelligunt solum habitaclem, verum etiam totum ordinem gratie, quæ confertur ad iustificandos homines; est enim hic vnu huius nominis gratia iustificantis apud Concilia, & Patres, eam loquuntur de eius necessitate. Araucanicum can. 22. 24. 25. Trident. sess. 6. cap. 5. declarat, præterea ipsius iustificationis exordium in adulatis à Deo per Iesum Christum prævenientia gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocacione, *qua nullis eorum existentibus meritis vocantur.*

Secundum Patres passim omnia bona nostra tribuunt meritos Christi. Dionysius Areopag. cap. 4. Eccl. Hierarch. Clemens Alex. lib. 1. Pædagog. cap. 7. & 9. Apparet, inquit, *hominius, qui factus est ambo, Dei & homo, & est nobis omnium causa bonorum.* Gregorius Nyssenus lib. de vita Mosis: *Omnium, inquit, bonorum spes in Christo firmatur esse credimus, quæ bonum aliquod adcepimus est, is in Christo est, &c.* Cyrillus Alexandrinus in Ioannen lib. 2. cap. 24. *Filius per factum in credentibus habitat.* Chrysostomus hom. 13. in Ioan. Christum, ait, *esse fontem omnium gratiarum.* Hieron. in Isa. 53. *Volumus, inquit, Dei in manu eius*

D 3 Christi

Christi dirigentes, ut quicquid gratia Dei voluerit conferre hominibus, illius misericordia implausor. Aug. in Ps. 108. Oratione, inquit, quia non per Christum, non solum non potest delectare peccatum, sed etiam ipsa sit in peccatum. Similia, & alia habet epist. 105. 106. 108. lib. contra duas epistolulas Pelagianorum, cap. 9. lib. de Prædictis SS. cap. 2. & 7. in Ps. 40. in Ps. 108. conc. 1. tractatu 3. in Ioan. ferm. 92. de temp. Ambro. lib. 3. de virginibus, circa finem, & lib. 5. de fide, cap. 6. Proficer de vocatione gentium lib. 2. cap. 6. & in lib. ad excerpia Genuensian., in responsione ad tria priora dubia, ubi docet, omnem facultatem cogitandi, quæ ad Deum pertinent, & credendi, amissile nos in primo parente, & per Christum recuperasse. Fulgentius lib. de Incarnatione, & gratia ad Petrum, ait omnem facultatem cogitationis sanctæ, amissam in primo parente, recuperasse nos per Christum. Idem habet Betnar. in lib. de gratia. & lib. arbi. circa medium, scilicet in Adam nos amississe omne bonum consilium, & in Christo recuperasse.

Satutus argumentis. §. 1:

Primum argumentum contrariæ sententiae pugnat contra eius autores quatenus admittunt remissionem peccati, & priuam gratiam iustificantem dari ex meritis Christi. Neque satisfacit responso ipsorum, quod satis sit dari ab illo quilibet meritus dictas dispositiones ad gratiam, ad hoc, ut sit verum iustificationem gratia fieri: nam verba Apostoli cadunt supra remissionem peccati, seu supra gratiam secundum hunc effectum remissionis peccati. Hanc vim perspicue continent illa verba Apostoli ad Rom. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redēptionem, que est in Christo Iesu, quem proposuit Deum propitiationem, &c. propter redēptionem præcedentem dei Ierum, &c.* ergo gratia qua iustificat furus per Christum, est remissio peccatorum. Dicitur ergo & remissionem peccatorum, & reliqua omnia dona, quæ à Deo accipiuntur, dici dari gratia, non ad excludingam merita Christi, sed ad excludenda merita nostra de condigno, loquendo primùm de singulis donis gratia, nobis collatis. Modus autem, quo interueniat gratia in eorum applicacione, dicitur infra. Deinde generatim omnia sunt bona gratia, quatenus hoc remedium vniuersale, quod est incarnationis, excludit omnia merita etiam Christi, quia gratia fuit à Deo ordinatum.

Solutio secundum argumentum. & agitur de auxilio necessario ad bene vivendum, quo causa Christus non venit.

nupt. §. 2.

Quidam (Vasquez diff. 77. cap. 4. ad secundum), sentit ex vi praefatis decretri haberet, ut dato causa, quia Christus non veniret, non daretur auxilium, quod iam per ipsum datur ad secundaria precepta naturalia, vincentias tentationes, &c. & nihilominus fore, ut transgressiones præceprorum imputarentur ad culpam, contra Vegan. qui lib. 4. in Trident. cap. 7. cenfet fore, ut non imputarentur. Dicuntur autoctonate Patrum, dicentium, non veniente Christo, futurum sufficere, ut generaliter teneatur caput sub præstite diaboli mortalis natura. Sic Leo ferm. 1. & 5. de passione, & in epistola 13.. Fulgen. lib. de incarnatione, & gratia, cap. 7. in fine. Aug. ferm. 8. de verbis Apostoli. Idem habet Photorius Patriarcha Constantinopolitanus in epistola de septem syrois generalibus, quia habetur in 1. tom. Conciliorum in principio, dicens fore, ut natura humana propriis morbis laboraret. Cyrillus in epistola ad Successum, quæ est in fine libri de Incarnatione, ait Christum assumptum

catinem sanandā, non ut nullus motus sentirer, sed ut non vinceretur. Ex his auctoritaribus videtur consequens naturam sibi, & suis malis relata, vincendam in tentationibus, si Christus non veniret, idque explicant suo quodam fundamento, quo nullum malum vivitat, & nullum bonum si sine congrua cogitatione, quæ est effectus auxilij specialis efficacis, quo sublatu remanet auxilium luctieis, quod nihil aliud sit, nisi libertas hominis cum indifferenti propositione obiecti, idque auxilium non potest tolli, nisi perturbetur vius rationis. Propterter dicunt dato casu, quo Christus non veniret, sine cuius meritis dictum auxilium speciale non daretur, fore ut nullum facerent homines bonum, nec villam vincerent tentacionem, & tamen eleici rei culpa. Hæc sententia quoad id, quod ait de necessitate auxilij ad omnes bonos actus rei scimus passus à plerisque Theologis, & aduersus illam latius dicimus in materia de iustificatione, & iustitia naturali, & in re proposita est difficilior; sequitur enim nullum omnino bonum fore, licet parvum, multinq[ue] malum, tentationem, licet levissimam, superatum iri, si Christus non venisset, siquidem ad hoc requiritur congrua cogitatione danda ex meritis Christi, quæ eo casu data non fuisset. Ab his vero, qui admittunt quod dana bona moralia sine auxilio speciali, quædam vero non item, cuiusmodi sunt vincere maximas tentationes, & diuturnitas perseverandi in bono; distinguuntur auxilium speciale in sufficiens, & efficax, & sufficiens non vocant solam dictam libertatem naturalem; hoc enim non est auxilium speciale, sed aliquid aliud, quod iam dicatur dari propter meritum Christi, ideoque superflue quæstio, an si Christus non venisset, habuissent homines auxilium sufficiens ad mandata, &c.

Dicendum est ergo, rationem difficultatem, ob quæ videatur hoc auxilium dari, non debere ex duplice capite obiecti posse. Primum ex eo quod huic modi auxilium obtinetur nobis Christus per sua merita, tanquam causa; si ergo deficientibus non daretur. Secundū quia priuatio huius auxilij est pena peccati originalis, quod non tollitur nisi per Christum; ergo manente peccato non daretur hoc auxilium.

Vtrumque obseruandum est, obseruationem legi naturalis spectari posse, vel secundum se absolute, ut sit bonum, & rectitudine nature, rationisq[ue] naturalis, quomodo constituit hominem bonum in ordine ad finem naturalem: vel ut institutione divina respicit finem supernaturalem, & bene constituit hominem in ordine ad illum. Iam vero auxilium speciale ad eam obseruationem accepimus in Adam quatenus necessarie est ad fiem supernaturalem esse bene ordinatum hominem in naturalibus: nam non habuimus in Adam bona rationis inctæ naturalia extra huc finem, qualia habent homo in puris naturalibus: hac ergo tantum posteriori ratione illud amissimus in Adam, & hac solum est pena peccati originalis. Hinc licet interfere tria. Primum est, ut haec tantum ratione habeamus dictum auxilium speciale per meritum Christi, sic enim amissimus illud in Adam, & Christus meritum nobis id, quod amissimus eo modo, quo amissimus; et enim amissimus simpliciter, meruisse simpliciter: si vero solum secundum aliquem ordinem, ten aliquod bonum, meruit secundum illud. Secundum est ex hoc capite, quod huiusmodi auxilium meruerit nobis Christus, sicut effectus meritorum ipsius; non sequi fore ut non daretur, si Christus non venisset, sed fore vt non daretur ad obseruationem legis naturæ secundum dictum ordinem ad finem supernaturalem, quia non remitteretur peccatum originale, quod est priuatio rectitudinis supernaturalis. Tertium est, ut huc dicamus non veniente Christo fore ut detur tale auxilium,

sive

line dicamus fore, ut non detur, certum tamen esse A iam non dari, nisi propter meritam Christi, non solum quia nihil prouidetur dicere, Deum dare iam ex meritis Christi id, quod dedidit sine meritis, ut ait Vega, cum profecto primam gratiam, quam dat nobis per misericordiam. Citoque dederit in prima creatione absque eius meritis; verum quia auxilium, quod datur in eo casu, non habetur eundem effectum, & ordinem, quem iam habet, nempe ad finem supernaturalem. Dices, sequeretur etiam ipsum esse hominis merita naturale, scilicet animam, & corpus dari ex meritis Christi, siquidem satis est ordo ad finem supernaturalem, ad hoc ut detur ex meritis Christi id, quod est merita naturale, tunc conueniens naturae. Respondeo aliquid esse agere de operibus liberis naturalibus, qua facit homo, similiusque de operibus, qua facit Deus in hiscine, ut dirigitur, & moueat ad operandum liberi, aliquid autem est agere de ipso esse naturale, certe opera libera bona, vel mala coherentes, & implieata sunt cum ordine operum, quibus homo tendit in finem supernaturalem, & mediiorum, quibus ad illum perducitur, cuiusmodi maxima ex parte est observatione praecitorum naturalium & ideo non potest Christus esse causa meritorum sufficiens ordinis, & mediiorum ad finem supernaturalem, si non sit causa etiam auxiliorum ad seruandam legem naturalem. Ipsum vero esse naturale corporis, & anime est id, quod perducitur, & subiectum, cui paratus fuit supernaturalis; quare non debet ipsum cadere fuit meritus, sed est id, cui parantur merita, & finis, & tamen quodam prouidentia circa productionem naturalem hominis, & eius mortem, videlicet locum, tempus, persona, &c. que sunt effectus praedestinationis, & carent sub merito Christi, ut bene obseruat Suarez.

An vero futurum esset, ut detur, vel non detur diuum auxilium speciale ad obseruandam legem naturae, quo casu Christus non veniret, non pertinet, ut dixi, ad presentem questionem, & est res, de qua nihil pollutum concicerre. Nam si spessemus ordinem ad finem supernaturalem, ad quem Deus ordinavit hominem; & dicamus Deum non mislurum Christum, quia vellet omnino excludere genus hominum ab eo fine; non vero quia vellet ut alio medio extra Christum; & oportet dicere aut prouisuram hominibus relictitudinem naturalem in ordine ad finem naturalem, cum auxiliis etiam specialibus necessariis; aut certe, quod vero similius est, non propagatrum hominum genus, sed terminaturum in Adam; quia ratio propagandi usque ad determinatam mensuram temporum, est collectio electorum, qui variis temporibus nascuntur: sublatius autem electi, non esset ut pater hominum propagationem, que solum fructuaret morti, & damnationi, stante peccato originali, & multis actualibus, pro quibus remittendis non esset remedium: & quanvis concederetur secundum probabilem sententiam aliquam felicitatem naturalis, decedentibus cum solo originali; tamen prater parvulos viri esset nullus huiusmodi, & pro parvulis solum, ac pro ea tantum felicitate non esset conferuanda rerum propagatione.

Ad confirmationem de auxiliis, quae iam dantur infidelibus, responderet Vega, merita Christi, ad hoc, ut detinuerint ad homines, non supponere fidem ex parte hominum, in modo neque vocationem ad fidem ex parte Dei, sed haec omnia ex meritis ipsius habent existentibus ipsis in sua infidelitate, aut etiam odio fidei; similiter ergo etiam auxilia ad bene vivendum ipsis per Christi merita communicare, est enim etiam ipsorum caput Christus, tanquam membrorum in potestate ex S.Th.q.8.

Solsuit tertium argumentum; & declaratur, an, & quomodo Adam habuerit fidem, & posteri per ipsum. §. 3.

Quidam consent Adam amissili fidem, eo quod putauerit posse se consequi Dei similitudinem, quocunque modo illam intellexerit, non vero mortuorum, ut minimus erat Deus: id autem sibi persuasile declarat illud verbum Dei tridentis eius opinionem, Ecce Adam factus est unus ex nobis, &c. Ideo consideratur peccatum infidelitatis. Ita Tertull. lib. 1. contra Marcionem, &c. Amb. epist. 33. & lib. 7. in Lucam, capite de homine descendente ab Hierusalem. Angulini, lib. 14. Cap. 17. & in Enchirid. cap. 45. & lib. 1. contra Iustitiae cap. 2. Propterea ad responsa Genes. resp. 3. Fulgent. lib. de Incarnatione. cap. 2. Leo fern. 1. 3. & 4. de Naturitate. Huc pertinent qui dicitur, Adam fuisse deceptum, videlicet Ignatius, Iren. Hilat. Epiphan. August. Leo Papa, Propter, Cyrillus Alexander, Ambrosius, quos citat Perer. lib. 6. in Genes. dis. 3. an Adam fuisse deceptus.

Sed huic obstat quod dicitur 1. Tim. 2. Et Adam non est fidelis, mulier autem fidelis in praevicationem fuit. Variè exponunt hunc locum primo Magist. in 2. d. 22. dicit Iohannem Euam fuisse seductam. Sed obstat quod Deus obiecit Adaman, Ecce Adam, &c. Obstat etiam communis Patrum expositio, qui dicitur seductum, & defecit in fide. Secundò Ambros. ait, mulierem seductam, quia fuit viro auctor praevicandi, non contraria. Tertiò alii dicunt, Adam non prius seductus, sed postea ob verbum, prime, ibi apositum. Ita Theodoretus, OEcumenius, Haymo. Quartò, Eua est seducta, quia non volens, nec sciens, sed decepta manducauit; Adam vero volens, & sciens. Quintò, Eua seducta est, scilicet à serpente; Adam vero non seductus, quia non à serpente, sed fusione vxoris. Verumtamen etiam dicere possumus, Adam non amisit fidem, nec commisisti peccatum infidelitatis, sed inobedientie, ne contristaret vxorem, nihilominus nobis amisisti fidem. Rationem vero cui amiserit nobis, quidam (Vasquez disq. 77. cap. 4.) eam assignant, quod quanvis fides recipia non amittatur, nisi per peccatum contrarium, tamen quodlibet peccatum est dignum in peccata punctione etiam fidei; & haec peccata locum habuit in Adam respectu polterorum, quoniam ipsis fuit data iustitia originalis cum omnibus donis transfundendi ad posteros, si non peccaret. Quid si occurrit etiam punctione totius eius, quod accepit Adam à Deo, quodque accepimus nos per propagationem; dignum era peccatum; & tamen hoc non amisimus; nec ergo fidei. Respondent, punctionem fidei fuerat communius Deus, similiusque mortis naturalis, non vero propagationis. Sed contra hanc rationem obstat, quod Iohannem peccatum habeamus expressum in Scripturis, & labores, doloresque corporis; punctionem vero innocentia indicatur confusio quoad ea, quae perierint per illam, eo quod Adam, & Eua erubuerint; distinctius vero quoniam dona ex ipsis, quibus constat, perierint; num scilicet sola gratia, & charitas eum donis spiritus sancti, comitantibus ipsam, vel etiam fides; neque hinc, neque ex illa Dei comminatione colligi potest, nec rursus ex natura peccati, quoad omnia mala, quibus absque iniustitia dignè puniri potest; sic enim (ut obiciebat) deberet delecti totum genus humanum; sed solum quoad ea, cum quibus per se stare non potest, qualis est amicitia; & præterea quoad ea, quae Deus declarat vel ferre inferre, vel confitit intulisse, nisi autem tale constat de ipsa fide, nisi constet commissum esse peccatum infidelitatis; in modo videtur subesse ratio, quæ videatur manere;

nam censetur mansille in Adamo aliquid eorum dominorum supernaturalem, cuius priuatione dignum era peccatum, scilicet scientia infusa multarum rerum. Denum si dicitur nullis comminationem amittendi fidem; constat tamen in ea nullam declaratam esse distinctionem inter nos, & Adam, ut scilicet nobis solis petetur, non item ipsi: neque est ratio huius discriminis, cum ex una parte communationis omnes sint communes, & ita communes, vt in persona Adæ sint nobis factæ, & per illam, quasi per radicem infectionem, ipsam malis afficiamur. Ex alia vero non sit ratio, eur majorum peccatum & portemus nos per peccatum alienum ipsius, quam ipse per proprium, amitterit omnia, quae amilit ipse, & præterea fidem, quam aperte doin amiliterit.

Dicendum est ergo, aliud est loqui de amissione gratiae, & ordinis intrinseci ex natura gratiae ad gloriam supernaturalem; aliud vero est loqui de amissione ordinis extinctori ex parte Dei ad gratiam, & ad gloriam supernaturalem: certe peccatum virtuale priuatione per se est diguum. Ceterum si Deus flagratus non inferte in peccatum posteriorum priuationem, sed solum priorem; ac proinde maneat enim peccato ex parte Dei ordinatio ad gloriam obtinendam per conuentientia media, charitatis, contritionis, Sacramentorum, iuxta varios status; certe sic amissa gratia iustificante, non excluditur exinde homo ab auxiliis gratia excitantibus, & adiuvantibus, quibus possit in gloriam redire, quia videlicet peccatum neque formaliter natura fuit, neque ex voluntate Dei vindice peccati, opponitur huiusmodi auxilia; ita neque amittit fidem, & spem per quodvis peccatum, nisi per infidelitatem, & desperationem, quia spes, & fides confortat ad recuperandam gratiam, sicut auxilia; & reliqua peccata extra haec duo non aduersariuntur fidei, & spesi formaliter magis quam aduersentur dictis auxiliis gratia. Nam vero per peccatum Adæ verunque petitur, scilicet gratia, & ordo ad gloriam, tam intrinsecus, quem aff. & gratia, quam extrinsecus, quem potest ferre Deus, peritique non solum ex vi, & natura peccati, verum etiam ex lege Dei, non enim relictum est quicquam, conserens ad recuperandam gratiam, sicut ex donis collatis Adamo, & promissis nobis; sive ex auxiliis, quibus a filio bar Deus, quod peccatum non excluderetur, aliquo in opus fuerit Redemptore; ergo & omnia auxilia excitantia, atque adiuvantia, & fides simul exclusa est. Verum tamen volunt Deus tam ipsi Adamo, quam post eis restituere in Christo, & per Christum posteriorum ordinem, videlicet extrinsecum ad gloriam, & gloriam supernaturalem, & habiles, capacesque redditare recipiendi eis, que possint in gloriam, & sive gloriam redire, videlicet dicta auxilia, & fidem, ac ipsam: si ergo remansit in Adamo fides, & spes, fuit effectus huius communis institutionis Dei, & manus ut domum datum per Christum illud idem, quod datum erat sine meritis Christi, sicut propria alicuius diceretur domum alterius, si contrafacta aliquo, vel dicto, eius dominium amissum fuisset, & antequam spoliaretur, seu ne spoliaretur, alieno prelio redimeretur. Nam vero post peccatum, & post dictum beneficium factum per Christum Adamo seruata fidei (si hanc non amisit per peccatum infidelitatis) & auxiliorum gratiarum, tam ad recuperandam gloriam, quam ad recuperandam fidem, si illam amisit per infidelitatem; nam in hoc non censetur Deus mutare legem, vt non tollatur habitus per alium contrafum, sicut tollitur caritas, dum manet medium ad illum recuperandum. Deinceps Adam non fuit amplius caput generis hominum, sed Christus; & fides, ac spes non fuerunt in ipso, vt in capite, sicut nec cetera auxilia

gratia excitantur, &c. sed tanquam in vno ex membris: atque propter ea non sequitur debuisse transfundiri ad nos fidem, si manif. in Adam, qui non debemus accepere illam per Adam, sed per Christum, & hoc est quod ait Apostolus ad Rom. 5. *Sicut per unum delictum in omnes homines in condamnationem, sic per unum iustitiam in omnes homines in iustificationem recte.*

DISPUTATIO X.

An detur ex meritis Christi gratia efficax, & omne beneficium gratia, quo unus ab aliis distinguuntur.

B

X dictis hactenus habemus merita Christi non solum applicari ad remissionem peccatorum, & iustificationem; verum etiam ad singulos motus, & dispositiones, quæ vsque ab initio ipsam inchoant. Addo etiam ad omnes opportunitates, extrinsecus a Deo oblatis ex intentione iustificationis, sive tripla consequentia ipsos huiusmodi motus, sive non. Probatur, quia huiusmodi opportunitates sunt effectus prouidentiae circa salutem, & finem supernaturalem, quam prouidentiam, eiusque effectus amissimus in Adam per peccatum, & recuperatus per Christum, tam in genere, quam quoad singulos effectus in individuo; non enim minus recepimus per Chilium, quam amissimus per Adam ad Rom. 5. *Non sicut delictum, ita & donum.*

Verum tamen non æquum omnes dicta dona participaverunt; est enim quadruplex discrimen. Primum circa opportunitates ex quæ infelas, quæ quidem parvulis omnino necessaria sunt, vt applicetur illis remedium, in noua quidem lege Baptismi, ante hanc vero alieuius Sacramenti cum fide applicantum: adulstis autem sunt necessaria secundum legem ordinariam, vt doceantur res necessariae: haec enim opportunitates quibusdam suppedantur, quibusdam delunt. Secundum discrimen est circa vnum harum opportunitatum, quibusdam enim parvulis non fuerunt applicata media salutis, quorum adfuit opportunitas; adulstis vero quibusdam non profunduntur ad aliquem bonum motum, alii profuerunt. Tertium discrimen est circa motiones internas, quæ pertinent solum ad adulstos; quibusdam enim adhucit a Deo, quibusdam vero evidenter decelle, si concedamus inuenit infidles, quibus aut nunquam sit a Deo adhibita inspiratio, sive motus ipsorum, aut non ex prouidentia finis supernaturalis, sed solum in ordine ad bonum naturale morale, quod non facile videtur dicendum. De his tamen non est hic locus, sed solum in materia de gratia sufficiens, an scilicet, & quatenus, & quoad quos effectus communiquerunt. Quartum discrimen est circa efficaciam dictarum motionum, & ceterarum in adulstis, quorum quidam praestant id, ad quod mouentur, videlicet credere, vel sperare, vel amare, vel benefacere; alii vero non item. Cum ergo constet omnia haec, que dantur ex intentione salutis, dari ex meritis Christi; quæcunque est, verum ex meritis Christi dentur solum res ipsæ, id est, opportunitates, motiones, &c. vel Actus etiam efficacia in iis, in quibus efficacia sunt: nimur, vt passionis Christi studia sit, quod quibusdam suppetant opportunitates, quæ defuncti aliis, quod agunt motiones internæ, quod utique non videntur fructu. Sunt varij modi loquendi.

E Et primò qui negant discrimen hoc, quo quidam sequuntur motionem gratiae, & operantur aliis non operantibus, est donum gratiae, seu beneficium Dei sollequuntur

solumque affirmant proficisci à libero arbitrio: negant similiter discrimen hoc esse ex meritis Christi. Idemque dicunt de parvulis, qui negant esse effectum prædestinationis opportunitatem, applicationemque mediorum; voluntate hac solum esse prouisa in communi prouidentia, contra quos disputatur in materia de Prædestinatione. Ex aliis vero, qui admittunt humani modi discrimen, tam in parvulis, quam in adultis, esse beneficia Dei, & gratiam specialem; Driedo de capitulo 8. redempti stat. 4. c. p. 8. memb. 3. ait: Non ad Christi meritum, sed ad Dei misericordium spectat, quod hic ponit quoniam te trahitur, ut vel propria voluntate credas, vel aliena voluntate regenerationem accepisti. Ibidem: Adopus inquit, si per merita Christi, si quod habemus banc per merita Christi, non est per merita Christi. Eadem est sententia eorum, qui negant dispositiones præcedentes remissionem peccati, esse ex meritis Christi, his eum dispositionibus fit discrimen: sentiunt ergo solum Dei voluntate fieri. Ita Capre, & Fetrar. Probant auctoritate S. Thom. hic in resp. ad 3. cum enim responderet argumentum probanti Christum non meriti nobis salutem, quia sic salus fieret debita secundum iustitiam, non secundum gratiam; ait merita Christi deriuari per regenerationem, & hoc ipsum, inquit, est gratia, quod homini conceditur, id est, regenerari in Christo, vbi meritum Christi, & gratiam ponit in distinctis effectibus, illud nempe in regeneratione, hoc autem in concessione regenerationis, quia fit huic, vel illi, ergo quod hic baptizetur, non est ex meritis Christi. Et q. 29. de veritate art. 7. ad 4. ait, Meritum Christi quantum ad sufficientiam aquiliter se habet ad omnes, non autem quantum ad efficaciam quod accedit partim ex libero arbitrio, partim ex diuina electione, per quam quibusdam misericorditer effectus meritorum Christi conseruit quibusdam vero in illo iudicio subfringit, ergo discrimen efficacie petitur tantum à voluntate Dei, sola vero sufficientia meritis Christi. Et in responsione ad 13. ait, hoc ipsis gratia alii nostrum a Deo conferri, quod efficaciam meritis Christi consequatur, & ideo gratiam non evanesci per Christi meritos. Hac sententia, quatenus dicitur co fundamento, quod solum remissio peccati, & prima gratia justificans sit ex meritis Christi, non vero reliqua dispositiones, & auxilia, latius refutata est disputatio ne præcedenti. Et sanè auctoritates Scripturae, Conciliorum, & Patrum, que probant omnes dispositiones, & bonos motus animi esse dona Dei ex meritis Christi, præcipue procedunt, & expressius loquuntur de dispositionibus, & actibus, qui proueniunt à gratia efficaci, & terminantur ad remissionem peccati, ut videre est in modis loquendi, quos usurpant. Solum ergo reffar confundrandam, utrum per merita Christi non solum habentur ipsæ dispositiones, & motus, verum etiam habentur efficacia, id est, quod ita deuteur, & eo modo, ut sint efficaces. Vega lib. 4. in Trident. cap. 10. ait efficaciam hanc haberi ex meritis Christi, qui pro ipsis solum efficaciter oravit, in quibus dicta auxilia efficacia fungit, proinde discrimen inter hos, & alios, in quibus efficacia non sunt, haberi ex duplice capite. Primo, ex eo quod Christus pro aliis efficaciter non oravit. Secundo, quod ipsi seipso non disponant, ut reuera possint; quia, inquit, mors Christi fuit sufficiens pro omnibus, ut nullus sit, qui non possit eius fructum consequi, si velit ad Dei gratiam accedere; idque Christus à Patre in uniuersum postulauit, scilicet ut eius passio pro omnibus esset sufficiens. Quid autem non oraverit efficaciter pro omnibus, probat ex cap. 17. Iohannis, vbi dicitur, Non pro mundo rogo sed pro eis, quos dedisti mihi. Eiusdem fere sententia est Suarez his dis. 41. sect. 2. vers. Secundo sequitur, vbi ait, quod Deus quemadmodum sua voluntate elegit hos portius quā illos ad gloriam, vel gratiam, vel alia superna-

A turalia dona, ita manifestauit Christo hanc suam electionem, & voluntatem; quare quānus Christus pro omnibus ineruerit, non tamen æquè pro omnibus obtulit sua merita; sed iuxta electionem Patris alter obtulit pro electis, alter pro aliis; & pro hoc parvulo obtulit, ut illi infallibiliter applicaretur Baptismus; pro alio autem minimè, sed tantùm generali modo. Vnde inferit Christum Dominum meruisse non tantum quoad sufficientiam omnibus hominibus omnia dona gracie; sed etiam quoad efficaciam meruisse aliquibus speciali dona, seu ut sua merita in illis haberent infallibiliter aliquem effectum gratiae, & cum effectu illis applicarentur. Probatur loco citato Ioannis, & aliis verbis ciuiusdam capituli infra, Non pro eis auctor ego ianuam, sed & pro eis, qui crediduri sunt per verbum eum cum me, ut omnes emerintur. Et infra, Pater, quos dedisti mihi vole, ut ubi sum ego & illi sint mecum; quo loco orat pro Apostolis, & pro electis, ut sua merita illis efficaciter applicentur, quomodo non orauit inquam pro omnibus hominibus. Secundò probatur ex Iustino Martyre q. 23. ad Oribosenses, qui notat, ea Christi oratione, sanctifica eos in veritate, non comprehendi Iudam, quia fuisse efficax. Tertiò Lue. 22. dicitur, Ego rogabo pro te Petre, ut non deficas fidem tuam, quia omnino fuit efficax. Quartò Lue. 21. dicitur, Ego dabo vobis eis sufficientem, ut non poterunt contradicere, & resistere omnes adversarii vestri. Sicut ergo Christus est dispensator horum donorum Dei, & ea quibusdam donat, non aliis; ita etiam illi meruit nobis, & quibusdam ita applicat sua merita, ut efficaciter pro iis donis valeant, non aliis. Ultimum ad Hebr. 5. dicitur, Quoniam diebus carnis sua, &c. exaudius ei pro sua reverentia; ergo oratio Christi Infallibiliter exauditur, & hec diuersimodo orauit, ita & diuersimodo meruit, pro quibusdam sufficienter, pro aliis efficaciter. Sed hac sententia non vacat difficultate: aut enim loquuntur generatim de omni auxilio efficaci, & de omni auxilio tantum sufficienti, & ineffaci, & de omnibus personis, qui cum hac differentia haec percipiunt; aut tandem de quibusdam dilectoribus, ut Apostolis, &c. si hoc secundum non est ad rem, nam questione præfens est de vniuerso auxilio efficaci, an sit ex meritis Christi secundum efficaciam, neque de hoc secundo ipsi loquuntur, nam profectò conuenienter eum ipsi in eo, ut Christus peculiari modo orauerit pro iis dilectoribus, quo non pro aliis hominibus, etiam habentibus auxilia efficacia. Si ergo dicatur primum, certè hoc discrimen solum potest habere locum in gratia efficaci, & sufficienti post adventum Christi, siquidem non orauit Christus, neque applicauit sua merita cum dicto discrimine, nisi post manifestationem electionis, & voluntatis diuinæ, quare nec applicantur merita Christi à Deo secundum hanc sententiam, nisi post dictam manifestationem, quæ sanè non potuit fieri in re, nisi post adventum Christi, & in aeternitate non potuit decerni, nisi cum eodem ordine, ut scilicet applicatione futura in tempore & fidei tam à Christo, quam à Deo, prætelligatur manifestatio futura in tempore ad eum finem, ut Christus sit causa efficacis per orationem, & merita auxiliorum, per quæ mandanda sit executioni electio; haec autem solum respicit homines futuros post Christum. Si ergo solum ad homines posteriores aduentu Christi, volunt pertinet, quod dicunt de merito efficacia gratia, & auxiliorum, & applicacionis remediorum, &c. certè non poterunt manifestare suam fundate in auctoritatibus Scripturae, Patrum, & Conciliorum; haec enim non distinguunt eos, qui secesserunt ab iis, qui sequuntur Christum in auxiliis gratiae, quæ per merita ipsius distribuuntur, ut sciunt etiā in iis, quæ conferunt ad salutem, & vitam aeternam,

nam, aliqua accipiamus nos ex meritis Christi, quæ A illi sine eius meritis acceptiissent.

Secundum quicquid sit de hoc discrimine precedentium, & sequentium hominum; illud oblat præterea, quod sequeatur inter effectus particulares, non solum prædelineationis ad gloriam, vel gratiam; verum etiam ad quenquam actum bonum, quem facti essent, siue reprobri, siue electi; contineri applicationem peculiarem, peculiaremque volitionem Christi, & prouidentiam Dei supra voluntatem Christi, qua congrue illam mouerit motione congrua, & peculiari, iuxta exigentiam, & conditiones cuiuscunq; actionis, & persona, ut vellit illi applicare sua merita; hoc autem videtur nimis durum, & absque fundamento dici. Quod si dicatur ex vi priuæ oblationis generalis esse determinatam voluntatem Christi, vt deinceps offerat sua merita pro exigentia, & dispositione Dei, absque illa noua motione ipsius voluntatis Christi; certe hoc non alia ratione dici potest, nisi quia ex vi illius voluntatis generalis siue applicata merita Christi ad omnia opera, & effectus, quos velle prouidere Deus circa homines; & sanè ita est, noui est opus noua applicatio: nam virtute illius Deus eliget opera, & actus bonos faciendo; neque Christo erit liberum applicare, vel non applicare, quandoquidem est obstrictus virtute vniuersalibus oblationis, quia eius merita sunt deinceps ad omnes hos effectus, vt non sit ipsi integrum nolle, vt valent pro aliqua persona, vel pro aliquo actu: non ergo pender effectus gratiae ab alia noua, seu distincta voluntate ipsius.

Tertio autem singulares applicationes sunt necessariae ad hoc, ut actus boni recipiat hanc; & si ita est, certè alii, pro quibus non fecit huiusmodi applicationes, non possint bene operari: aut non sunt necessariae, quia videlicet applicavit sua merita pro adhibendo auxilio sufficienti, cum quo possint operari, solumque ex suppositione quod non sive operatur sunt necessariae, vt dicitur de gratia efficaci; & certè si ita est, non alia ratione dicuntur non necessariae, nisi quia sufficiens applicatio generalis, facta pro omnibus, ut si velint operari, non deficit illis ex meritis Christi auxilium necessarium, quod auxilium non daretur illis per applicationem singularem Christi, sed solum Dei, factam virtute oblationis generalis Christi; & si ita est: ergo sufficit dicta generalis oblationis Christi ad quolibet actus bonos, eritque efficiens meritorum ipsius, absque peculiares applicationes. Dices, sicuti voluntas generalis Dei salvandi omnes, & auxilium sufficiente sufficiunt quantum est ex se, & quilibet potest bene facere, & saluari cum illo; tamen ex suppositione, quod non sit operatus cum illo, est necessarium aliud auxilium, quod sit congruum; ita applicatio generalis meritorum Christi sufficit, quantum est ex se; et ex suppositione tamen, quod homo cum illa non operabitur, est necessaria peculiares applicationes. Sed contraria hinc tantum habetur esse necessarium aliud auxilium, scilicet congruum ex parte Dei, habens efficaciam ex modo, quo dat illud Deus, non vero aliam applicationem meritorum Christi, habentem efficaciam ex modo, quo det illam Christus; ipse enim quantum est ex parte voluntatis sua applicat auxilium virtute oblationis prima vniuersalidis ad omnes modos, quibus dat auxilium Deus, nec est liberum sibi non applicare, vt modò dicebamus. Ad extreum, si Deus manifestat Christo, quos velit efficaciter vocare, & quibus efficacibus mediis; quos autem inefficaciter, & quibus inefficacibus mediis; certè nihil confort Christus ad eiusmodi efficaciam; debet enim conferre ad movendum, & inclinandum Deum: atque voluntas diuina iam supponitur

determinata; nihil ergo relinquitur Christo faciens magis pro efficacia gratia, quam pro sufficienti, siue ex parte meriti ostendendi, nam non est necesse auxilium efficacis esse maius in ratione auxilij, quam sufficientis, vt vicerit est sententia in materia de gratia; siue ex parte voluntatis, & petitionis, cum iam sit factum, & manifestatum decretum: sed tantum restat, ut applicet merita sua, quia applicatione non magis facit his, quam illis; verum agnoscunt beneficium Christi qui vocantur efficaciter, quia, nisi Christus obtulisset sua merita, neque efficaciter, neque sufficienter vocati fuissent: similiterque qui vocantur inefficaciter, qui habuerunt ex parte ipsius non solum unde pollenti saluari, verum etiam unde possent vocati efficaciter. Ut ergo statuimus quid sit sententiam,

B. Diendum primo, ex parte meritorum Christi, & oblationis ipsius non est dilectionem inter dona gratiae sufficientis, & efficacis, & inter eos, qui uno, aut altero modo vocantur, generatim loquendo de hac distinctione donorum gratiae, & personarum. Dixi, generatim loquendo: nam de aliquibus peculiaribus donis, & personis dicitur propositione 3. Hanec propositionem probant argumenta, & discursus iam factus. Confitatur, nam nos recuperavimus per Christum id, quod amissimus in Adam; & principium gratiae non fuit meliori modo in Adam, quam sit in Christo; sed illud principium, quantum est ex vi principij in Adam, solum continebat gratiam efficacem, tandemque solum continebat, quantum erat ex parte voluntatis Adam, ut scilicet per tale principium, prout subiectis voluntati liberae ipsius, intenderet solum efficacem; aliunde vero ex aliis causis procedebat, quod non resistent tot, & non plures; haec individua, & non alia, & quod non nulli deficiunt a gratia, alii perseverantibus, respectu quotom plurimum, vel aliorum, illud principium erat tantum sufficientis, & non efficacis; quia alia causis maxime fuissent, tum prouidentia Dei, tum vero voluntas singulorum. Similiter ergo in Christi principium gratiae, quod sunt eius merita, itemque voluntas recendi, & ostendendi sua merita, prout subiacebant voluntati ipsius, quantum est ex parte principij, & voluntatis, respiciebant, & intendebant principium gratiae efficacem pro omnibus hominibus, & singulis; aliunde vero tum ex prouidentia Dei, tum ex defectu hominum provenit, quod in quibusdam gratia sit sufficientis, & nullo modo a voluntate Christi, prout scilicet esse sufficientem est negatio, & limitatio gratiae, vt non sit efficacis: prout autem significat aliquid positivum, id est, posse, & aliquem effectum, seu applicationem alicuius auxilii, quanvis cum dicto defectu efficaciam non requirit peculiares applicationes ipsius Christi: nam qui offers, & vult plus, tantumque bonum quod potest velle, & offere pro alio; & qui offert totum, quod est necessarium, ut aliquod bonum sit, hoc ipso offere, quod est minus, & pars, & quod est necessarium, ut bonum opus possit fieri, quod est offere gratiam sufficientem. Quocirca ponit illa voluntate offrente sua merita pro gratia efficaci tribuenda omnibus hominibus, duo habemus, primum est, omnem gratiam efficacem, & quod hic conuertatur, quod operetur bonum, &c. esse ex meritis Christi. Secundum est, esse etiam ex meritis ipsius omnem sufficientem, quia ex eadem voluntate provenit haec gratia, eti non provenit discretio ab efficaci. Dices, sequeatur hinc, voluntatem Christi efficacem non impleri, & velle aliquid, quod Deus non vult, scilicet omnes homines habere gratiam efficacem, & saluari. Respondeo, aliud est, Christum velle efficaciter aliquid, aliud autem velle offere sua merita ad gratiam efficacem; voluit quidem Christus ad hanc offere sua merita, quantum est

D. voluntatem Christi efficacem non impleri, & velle aliquid, quod Deus non vult, scilicet omnes homines habere gratiam efficacem, & saluari. Respondeo, aliud est, Christum velle efficaciter aliquid, aliud autem velle offere sua merita ad gratiam efficacem; voluit quidem Christus ad hanc offere sua merita, quantum est

est ex vi oblationis, sicut Adam voluerit omnes reipublica habere gratiam, & perfequantian; nec adhibuit Christus vlam limitationem, aut restrictionem in oblatione; noui volunt autem efficaciter omnes habere gratiam hanc efficacem, pro qua obtulit vniuersaliter sua iniquitas; fed hoc religio prouidentia diuina, ut scilicet hunc effectum efficaciam, ex principio suo, & voluntate Christi vniuersaliter, habentem in iis personis, quas vellet Deus efficaciter vocare, & in his auxiliis, per quae velle hos vocare. Id quod bene docuit Ruad. Taper art. 6. vers. Iterum obviatur Christus vbi dicit, Christum obtulisse pretium pro omnibus, sed Patri reliquiae applicationem: quanquam non placet quod libidit, nimirum, non esse ex meritis Christi, sed ex aeterna Patris electione, quod partibus baptizetur, & per hoc applicetur ibi meritum Christi. Et simili modo loquitur de adulis: non placet, inquam, nam cum Christus obtulerit sua merita propter gratiam efficacem, sequitur esse ex Christi merito, quod parvulus hic baptizetur, quod suppetat sibi remedium, quod aduletus concurrit, &c. ex electione vero Dei habetur, ut cum sibi integrum fuerit voluntate sua, cui voluntas Christi in dicta oblatione minime repugnabat, non dage huic gratiam efficacem, cuius meritum Christus etiam pro hoc obtulit, sed alterius dederit tamen huic potius, quam alteri, & hunc non excluderet.

Dicendum secundum manifestationem Dei, factam Christo corum, quibus daret gratiam efficacem, & quibus tantum sufficiem, & auxiliorum, quae vult singulis conferti, atque obviatur Christi, qua merita sua nominatum pro his offeretur; non sive necessarium ad hunc finem, ut gratia efficax dicatur effectus meritorum Christi. Hec propositio satis relinquitur declarata, & probata ex iuxptiore: supponitur ergo electione diuina personam, & prouidentiam dandi gratiam, & auxilioblatio Christi, quae obtulit merita sua ad gratiam efficacem pro omnibus; & ex vi huius oblationis dicitur, factam esse electionem efficacem quorundam, & dispositionem donorum gratiae efficacium, & quem manifestatam Christo, tamquam fundaram in sua oblatione.

Dilectionem tertiu, quanvis Christus pro omni auxilio efficaci, & pro singulis eleitis non obtulerit merita sua oblatione peculiari, ac distincta ab ea, quia obtulit pro auxilio tantum sufficiem, & pro aliis non electis nihilominus pro quibusdam nominatum, & pro quibusdam auxiliis oratur operationi peculiari, & obtulit merita sua oblatione peculiari. Probatur primum, quia per operationes peculiarias iustum, & applications particulares operum, vel satisfactionum ipsorum, varia persona private accipiunt bona, & liberantur a malis: Christus autem ex hoc, quod sit caput commune, & redemptor vniuersalis omnium, non restinguitur, neque impeditur, quin possit favore quorundam getere personam amicti particularis, & singularem benefactoris, & facere quod faciunt alii iustitiam & Deus aliquando, vt causa particularis immediate operatur ea, quorum est causa vniuersalis, queque operari solet per causas particulares, producendo panem, vinum, igienam, aquam, &c. Colligitur hoc ex gestis Christi in Evangelio Luce 22. Rogau pro te, Petre, vt non deficit fides tua, & in aliquando conserua confirma fratres tuos; vbi declarat peculiariis oratione pro Petro, & obtinuisse, vt non perinde indigere ipse adiumento aliorum fratrum, atque alii ipsius. Ioan. 14. ait rogatrum, vt Patrem, vt det Spiritum sanctum Apostolis, & vt det ad singulares quoddam effectus, proficer quos non datur aliis; quoddam peccatores Zacheum, Magdalenum, latronem per se ipse reducit a peccato ad gratiam, & iustificat, in qui-

bus omnibus fungitur muuete, non solidum Redemptoris vniuersalis, verum adiutoris particularis.

Huc tandem pertinet, quod assertur ex cap. Iohann. 17, vbi nominatur oratio pro iis praefatis discipulis, quod declarant illa verba, Non pro mundo rego, sed pro his quos dedi vobis. Et infra quod haec oratio ipsius tantum ad hos nominatum pertinet, declarat illis verbis, Non pro eis autem rego tantum, sed & pro eis, qui credunt per verbum coram in me. Et ibidem supra declarat inuigilasse in pecularem curam ipsorum, ne deficerent a salute, & gratia. Quos dedisti vobis, custodi, & nemo ex eis perire, nisi filius perditans. Addit, ut Scriptura implauerit, significans etiam hunc peculariter potuisse seruari, & futurum fuisse, vt seruaretur, nisi fuisset praefactus.

Hinc fit vltcrius, vt voluntas Christi, eiusque pecularis opera, & auxiliu circa has personas particulares fuerint distincta, & diversa ab operibus, quibus satisfecit, & meruit pro omnibus hominibus; & illa quidem fuerint effectus praedestinationis, seu electionis particularis particularium personarum ad gratiam, & gloriam, vel ad opera quaedam bona, sicuti sunt effectus praedestinationis orationes, & opera quotidianum hominum pro aliis, quorum opere vi alij concuruntur, faciunt opera bona, &c. ad quod sunt electi a Deo (tametsi quidam non computant inter effectus praedestinationis orationes, &c. vnius pro alio, vt dicam infra) prouidit enim Deus, vt voluntas humana Christi habeat eo modo prouidentiam, qui est accommodatus tali operanti, scilicet Christo, sicuti prouidet, ut similia faciant voluntates aliorum Sanctorum pro aliis. Alia vero opera, & passio Christi oblate pro omnibus, non sunt effectus electionis particularis horum, vel illorum hominum, sed voluntatis generalis Dei, resiliendi hominibus ordinum ad gloriam, & capacitatem gratiae supernaturalis, & obtinendi remissione peccatorum, & auxilia gratie ad illam. Atque hanc particularem voluntatem Christi, quam quidam agnoscunt in Christo in applicatione peculari meritorum, pro comparando auxilio gratiae efficacem cuicunque electo, & sufficientem, cuicunque non electo; non agnoscimus solium erga peculiares quoddam personas, erga quas se habet, vt benefactor. Atque haec sine dubio est mens S. Thom. 9. 29. de

D. Feruente, art. 7. vbi reddens rationem quate meritum Christi non habet, & ex qualiter ad omnes quantum ad efficaciam, sicuti se habet quantum ad sufficiem, rationem differenter peti solum ex diuina electione, & ex libero hominum arbitrio, nullo autem modo a voluntate Christi; & ad 8. ait merita Christi operari sufficienter, vt caussa quoddam vniuersaliter salutis humanae, sed prater hanc ad efficaciam requiri aliquid aliud, scilicet applicationem per Sacramenta, & per fidem formatam, nimischaritate, eius tamen meritum Christi est causa: vbi affligunt duas causas salutis humanae, nam vniue. saltem, quae est meritum Christi, & aliam particularem, cuius meritum Christi sit causa non particularis, sed vniuersalis eo modo, quo causa vniuersalis est causa particularium, & operationum ipsorum. Et in hoc art. 4. ad 3, dum assignat rationem, quam poscebat argumentum contrarium, cur non agat iustitiam Deus, cum iis quios non saluat, si Christus meruit saltem cunctis? Ait meritum Christi applicari per quoddam medium, quod non conceditur omnibus, nec Christi meritum sicut, vt concederetur omnibus, sed concederetur omnino quibusdam, quod vero concedatur huic, & non illi, est gratia Dei; id estque non fieri iustitiam cui uegetur, etiam Christus meruerit omnibus, quia quod concedatur huic, & non illi, non est ex meritis Christi, sed ex gratia Dei: ergo

ergo Christus non applicauit suum meritum nominatum huic, sed confuse in vniuersitate illa, qua comprehendantur omnes.

Ex his intelligitur locus allatus ex cap. 17. Joannis, non recte enim Ioannes Maior in expositione loci, & Theologi quidam in verbis Christi, pro eis rego, non pro mundo, intelligunt designari electos, & reprobos; & orationem efficacem hinc pro illis, & non pro his, quoad ea, qua pertinent ad salutem; est enim perspicuum agi nominatum de Apostolis praetentibus ex verbis illis, Cnos effici cum ei, seruabam eos &c. & mecum ex eius perit, nisi filii perduerentur. Secunda, oratio sufficiens non excludit positiuē efficacem, sed solum negatiuē se habet, si enim excluderet positiuē, verē non esset oratio optans bonum alteri: Christus autem excludit positiuē mundum; ergo aut dicendum est excludere mundum à salute per hanc orationem, aut certe petere aliiquid pro Apostolis, quod tunc non erat petendum pro mundo, & hoc est verum. Dicendum est ergo, vt bene norat Toletus in hunc locum annotat, S. distingueda esse hæc duo, felicit facticium, oblationē inquit Christi pro nostis peccatis, & orationem, præcēlque ante crucem factas: & quanvis utraque pro omnibus etiam malis, itēcum reprobis alias adhibuerit, vt dicitur 1. Ioan. 2. Si quis peccaverit, ad vocātiū habemus apud Patrem Iesum Christum iugū, ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nobis autem tantum, sed etiam pro toto mundo; unde fit, vt etiam multis reprobis peccata remittantur, & comprehendantur omnes in oblatione dicta, & oratione quoad sufficiētiam, etiū non quoad efficaciam; nihilominus preces Christi non sicutur semper pro omnibus, neque cuiuslibet rationis pro omnibus: nam in cruce pro persecutoribus tantum oravit, non pro discipulis, dicens, Ignoscit ilius quia videlicet petebat aliiquid, quod non pertinebat ad discipulos. Hic autem orat pro discipulis, non autem pro persecutoribus, vel incredulis, vel obstinatis in malo, quia non conuenit his, quod pro discipulis petat, nēmpe vt conferuentur a Patre in ea fide, & gratia, in qua erant, & hanc unum concordia, & spiritu, non enim hac pro incredulis, & obstinatis perenda erant, sed vt credant, & conseruantur: quare infra extendit orationem hanc postulantem vnitatem ad eos, qui credituri sunt. Hoc etiam notauit Maldonat. vici. 9. Also sensu, inquit, pro omnibus, quam pro discipulis suis, & iustis oculis: nam pro omnibus, ut credentes, & iusti fierent, sicut nos pro hereticis erramus, pro discipulis autem, &c. Item August. tract. 107. in Ioan. Auctoritate, inquit, vnlīmō intelligi, quod unum secundum concordem tamē mundi; sed additū unum, quo significat per mundum intelligere reprobos: & non sunt, inquit, in ea sorte gracie, vt ab illis eligantur ex mundo. Sed non est necesse, inquit Toletus, ad hos confugere. Atque hoc est considerare Christum, non solum ut caput vniuersale, verū ut benefactorem particularem, ut suprā diximus, dum merita quidēt sua offert pro omnibus, applicanda tamen Dei voluntate; preces autem fundit pro his, velillis nominatis, & pro talibus necessitatibus præter eas, quas fundit pro omnibus. Hinc etiam sanitatis alii locis Scriptura, quæ cum hoc proferebantur, non enim probant Christum applicare merita sua, sed suas preces ad efficaciam, ut distinguatur à sufficiētia: & vt detur applicare etiam merita non probant applicare ad efficaciam pro quibuscumque singulariter, & pro quibuscumque effectibus, nec pertinet ad officium commune capitū, & Redemptoris huiusmodi singulares applications. De locis

S. Thomæ iam di-
ctum est.

DISPUTATIO XL

An Christus sit causa meritoria nostra prædesti-
nationis, & electionis.

DE questione hac tractat breuiter S. Thom. in tra. q. 24. art. 4. vbi agit de prædestinatione Christi; potest autem esse huic etiam commodus locus in hoc articulo, vbi agitur de bonis, quæ Christus meruit nobis, præterit quia valde coheret cum iis, que hactenus dicta sunt: huic autem præmitti, vel supponi debet altera quæstio, esti non ex instituto, sed quancum atinet ad tem præsentem, quod iau breuiter het.

Exponitur quomodo extra voluntatem Dei, posse
saltem potentia absoluta dari causa
prædestinationis. §. 1.

Obseruandum est, nomine prædestinationis duo significari posse, primum persecutianam finalē, seu mortem in statu gratiae, & ordinem mediiorum omnium, & gratiarum, ad hoc, vt homo sit in gratia illa, in qua perseuerat, & moritur, incipiendo a prima, id est, à vocazione ad ultimam, quartum quendam intermedias habent causam in homine, aliter dispositum, cuiusmodi est institutio, de quibusdam verò est quæstio, scilicet de primo auxilio, quod est vocatio, an supponat aliquam causam in homine, & de persecutianā finali, utrum sit donum Dei speciale ultra auxilium sufficiens, quod datum ad caendum peccatum; si enim prima vocatio haberet causam in homine, similiterque efficacia auxilij ad persecutandū non est à Deo, sed ab homine; conseq̄uec est prædestinationem habere causam ex parte hominis; nec Deum voluntate suā cligere aliquem ad gratiam, & ad persecutianam in gratia. Porro verò posita persecutianā, fū morte in statu gratiae, ponitur gloria: & siquidem prædestination ad gratiam iam descripta habet causam in homine, habet etiam & electio ad gloriam, nec potest poni electio ante præfusa merita, & persecutianam hominis in gratia; si autem non habet causam in homine, communis sententia est, quod neque electio ad gloriam habeat causam in ipso, sed supponatur prædestinatione electio ad gloriam per decretum absolutum ante præfusa merita, & iustificationem; & persecutianam in gratia; & hac tribuantur à Deo, virtute dictæ electionis, quæ propriè non dicitur prædestinatione, sed supponi, & præmitti prædestinatione ad gratiam finalē, cuius effectus sunt vocatio, & cetera iam dicta. Nihilominus nonnulli dicunt, electionem ad gloriam, quam etiam vocant prædestinationem ad gloriam, habere causam in homine, etiam si non habeat causam in eo prædestinatione ad gratiam. Iam verò de portentia absolute constat, prædestinationem non solum ad gloriam, verum etiam ad gratiam, posse habere causam in ipso prædestinato, nihil enim prohibet Deum flatuere, nemini velle legiti primum auxilium gratiae, & vocationis, nisi habent bona opera moralia naturalia, nec eligere ad gloriam, nisi præfusa persecutianā, quanquam auctore Augustino libidē corrigit. & grat. 4. 11. & 12. vix quicquam persecutare in gratia cum solo auxilio, quo Deus prouideret solum ut homo posset, non etiam ut faceret. De facto vero constat secundum Scripturas, & receptum iam in Ecclesia sensum aduersus Pelagium, non esse in nobis causam

sunt predestinationis saltem ad gratiam.

Secundum ergo sumi potest nonum predestinationis pro actu diuini, quo Deus predestinat, & eligit homines, & huius conflat de facto nullam causam esse in homine: an vero ea ratione, quo diuinus fit, etiam repugnat dari talem caussam, non caret aliqua controvergia. Sed eponer distingueat ea, que significantur nomine actus diuinus, primò enim significatur aliquid in creatura, quo formaliter Deus volens est, & que substantia in Deo: & huius caussam est in homine, respectu aliquorum aequalium, qui non sunt predestinationis vel electionis, sed alij quidam, quibus meremur, ut Deus aliquid faciat, itemque est in Christo caussam eius, etiam que ad electionem, nonnulli affirman, scilicet Galpar Cafalib, *de quadruplici infinito cap.4.* vbi expelte distinguunt, & ait primùm quidem Christianum mentisse nobis gratiam in creatura, videlicet diuinam voluntatem, ut esset nobis beneficia, amica, &c. Deinde multa alia bona, quae ex ipsa diuina voluntate favorabili sequuntur, aut certè ipsam presupponunt talem, cuiusmodi sunt quid nos elegit, praeficiuit, predestinationis ante mundi constitutionem (qui actus sunt predestinationis ipsa) quid nos vocet, iustificet, atque glorifiet in tempore, excusat, preparat, &c. (qui sunt effectus predestinationis). Eadem sententiam fert esse quorundam recentiorum Theologorum. Hec sane reipsa, aut saltem modo loquendi est illa eadem, quam reciuit paupl omnes Theologi, cum disputant de causa predestinationis; premonit enim sub initio omnes, se non insuligere causam meritiorum actus diuinum increat, prius predestinationis, eo quid extra dubium sit, nullam huius causam esse posse, sed solum inuestigare causam effectuum ipsius. Idipsum præmonit in re propofita Theologi, quos iam proferemus, cùm disputavit, an meritum Christi sit causa predestinationis nostra. Ut autem ratione confutetur, obseruandum est, id quod cadit sub merito, quod sit in tempore, debet accepere esse in tempore, secundum quod cadit sub merito, etiam si statutum sit in æternitate dari propter merito: quod enim accipit esse ex vi meriti, supponit merito prius & in re, & in præuisione; quid si illa præuisione fundatur in decreto diuini, supponit prius decreatum diuinum de prædicto merito illo, vt sit: debet ergo in scientia Dei merito, & adhuc voluntatis humanae esse prius actus diuinum increat, idemque merito in re esse causam meritiorum actus diuinum increat in re: at vero pugnat haec duo, scilicet esse actum increat, & accipere esse in tempore, ergo potest voluntas humana Christi, nec illa voluntas etiama est causa meritiorum actus increat. Quod autem incretum debet esse causa actus diuinum in re habetur ex communione meriti, qui est, vt sit prius premio, cuiusque causa: debet ergo merito Christi respondere actus diuinus posterius in tempore, sicut est posterior in æternitate. Neque potest dici actum increatrum æternum accipere esse in re in æternitate initio faturi meriti Christi, sicut gratia data antiquis Patribus: tunc quia meritorum Christi, & cuiuslibet hominis non fertur in premium præteritum, neque ratione generali, sicut fertur in gratiam antiquorum. Patrum, ex eo quid Christus obliterat satisfactionem pro ipso uniuerso hominum genere; nec ratione peculiari, quia solum potest determinari aliquis, quod non habetur, sed vi pœcum, & orationum potest obtinere, cuiusmodi est aliquid creatum, quod potest accipere, & non accipere esse, idque futurum, non autem increatrum, cui neque conuenit esse futurum, neque accipere, vel non accipere esset. Tunc quia quicquid sit de intentione Christi, certè neque ex intentione solus Dei, res increatrum potest esse premium futuri meriti, non solam quia premium non debet esse prius merito, sed quia

Ios. Regn. in 3.p.D.T. null. post.

A non potest esse premium actus liberis meritorij, nisi id, quod potest ponit, & non ponit, prout ponitur, vel non ponitur actus meritorius, si meritorum præcedit, vel prout prædictus ponendus, vel non ponendus actus meritorius, si non præcedit, ac proinde cui ipse actus meritorius sit causa, ut fratricidio autem nullo modo conuenient potest ei in creatura, quia non habet esse contingens, quod potest ponit, & non ponit, nec potest pendere in esse ab illa caussa extra ordinem.

Secundum, ergo nomine actus liberis voluntatis diuinæ potest significari aliquid, quod realiter sit in Deo, non tamen necessarij, sed liberes, & veluti perficio libera, videlicet ipsa voluntas, qua ab aeterno voluit aliquid contingens, creatum extra se, quod potuit non velle, quæ est sententia Caetani: & de huiusmodi actu potest esse quæstio, an cadat sub merito: & quidem non defunt rationes, quibus probati potest, ne quidem huius actus debere dari caussam ex parte creature, ne sit aliqua realis perficio in Deo, cuius creatura sit caussa, tamen interim sufficit nobis hanc Caet. sententiam teicis passim à Theologis.

Tertiò, nomine actus liberis voluntatis diuinæ potest intelligi ipse actus interclusus, prout habet relationem tamis ad creaturas; nihil enim aliud addit hoc, quod est velle, aut nolle creaturas supra actum increatrum necessarium voluntatis diuinæ, nisi huiusmodi relationem, proinde in re propofita potest esse quæstio, an detur causa meritiorum actus diuinum increat, non quatenus est increatrum, sed quatenus connotat hanc relationem, & ratione huius relationis, & hoc sensu fuit dux sententia.

Prima sententia est, non posse dari caussam meritiorum voluntatis diuinæ. Ita Med. hic *art.4. prope finem.* Probat per doctinam viuieralem S.Th. 1. p. q. 19. art. 5. quod non sit ordo in voluntibus diuinis, vt una sit causa alterius, nimirum quia vult unum, velit aliud. Sed solum sit ordo inter obiecta volita, quem voluntas diuina una voluntate ponit in illa, voleus unum propter aliud, media propter finem; voleus per aliud, finem per media. Conformat similitudine intellectus diuinum, in quo ad vitandam similitudinem imperfectionem, non ponit ordo inter cognitiones, sed inter res cognitias: effectus cognitio cuius in causa, sed cognitio effectus non est causa cognitio cuius causa. Continetur ex Aug. trist. 110. in Iam. vbi sic habet, *Quid reconciliatus sumus Deo per mortem filij eius, non sic accipimus quid est nos reconciliati ei filii, ut in misericordiæ amore quos oderat. &c. Sed iam nos diligenter reconciliatus sumus ei. Deo ergo Augustino Christi non sufficere causam dilectionis Dei, alicuius alterius effectus, quæ voluerit Deus in nobis per merita Christi, scilicet reconciliationis, seu iustificationis, cui supponatur dilectio Dei.*

Secunda sententia affirmat, posse dari merito in nobis voluntis diuinæ, quod liberam determinationem ad aliquod obiectum creatum, & huiusmodi causam meritiorum suis opera Christi. Ita habet Snarez *disp.41. fol. 4.* Quæ sententia est veterior, & probatur, quia potest dari in præuisione Dei aliquis actus creatus voluntatis prior determinatione libera voluntatis diuinæ alicuius actionis, circa creaturas, sicuti datum secundum hanc prioritatem in re ergo potest dari merito illius in voluntate creata. Antecedens probatur in actibus voluntatis creata, quos Deus non prædefinit, & tamen supponit alicui liberae actioni diuinæ, quam Deus facit, & non faceret, si illi actus non esset: huiusmodi autem sunt actus mali, quos non prædefinit, sed solum prædict, & tamen occasione illorum multa statuit sacre, & facit; non enim prædefinit peccatum, sed solum præuidet, & tamen statuit illi vel peccati, vel remedium penitentia, Sacramenti, &c. idque liberum. Similiter secundum sententiam quorundam Theologorum

gorum Deus non elegit quenquam, sive ad gratiam, sive ad gloriam, sive ad aliquid bonum ante praeuisa opere: & quanvis passim non recipiatur haec sententia quod predestinationem ad gratiam, & gloriam, tamen a pluribus, qui non censent actus omnes bonos morales praeuisit, recipiunt quoad quedam opera, que Deus facit posita horum prouisione: est ergo verum antecedens, quod in prouisione Dei, &c. iam probatur consequentia, nam dicti actus creature in prouisione Dei, non se habent omnino per accidens ad determinationem voluntatis diuinæ ipsi posterioriem: nam verum est dicere, quia Deus praeuidit peccatum, determinauit libetatem talem penam iustitiae, vel tale remedium misericordie. Similiter quia praeuidit fore tale bonum opus, statuit tale præmium, vel tale bonum, &c. Hoc autem est opus quidem malum habere vim cauſalitatis moralis, vel mercenari penam, vel inclinantis bonitatem Dei liberam, tametsi non affectans necessitatem, vel physicam, vel moralern Dco: opus autem morale bonum similiiter habere vim mercendi, vel inclinandi voluntatem Dei ad præmium conferendum, &c. Porro nil vetat, quin possit interuenire maior quedam necessitas ex paço diuino, quo statuit præmium de condigno glotiaz, vel simili præmij oportebit iustis, & non prædicti meritam, neque eligat, decernat gloriæ huic, vel illi ante præmium meritiun; & tunc vere meritum præsumit effet cauſa moralis libera determinationis diuinæ: quod autem de facto electio haec non potest prædicta merita secundum vetorem sententiam, ratio non est, quia non possit fieri, & quia non possit meritum creatum esse cauſa volitionis libertas diuinæ: sed funralis rationes prouidentia diuinæ circa creaturas rationales, quā dicitur eligere illas ad gloriam, & gratiam ante præiuisionem meritorum.

Atque hoc confirmant Scripturae, in quibus homini Deus pro dilectione reddit dilecti onem. *Qui diligenter meditatur à Pace mea;* & *qui a tege me, id agit à Pace mea.* *Ioan. 14.* Quanvis enim dilectio Dei sit bene facere, tamen cum hoc proficiatur a voluntate diuina libera, & Deus velit significare, se reddere simile simili; & dilectio creature actus voluntatis, cui per se respondebit dilectio diuina, sive creature addat præterea aliud bonum opus exterrnum, sive non, proprie-
ta dilectionis diuina hic non assignatur solidum, prout si-
gnificat actum exterrnum, verum etiam simili, prout connotat internum in externo; ergo actus creature est cauſa volitionis, & amoris diuini moraliter.

Neque docet contrarium S. Th. loco citato a contraria sententia, & alio locis, quibus disputat, an detur cauſa voluntatis diuina, scilicet *i. com. Gen. c. 86.* & *87.* solidum enim excludit eam cauſalitatem sumpturn voluntatem diuinam, que affectus impetuacionem, quam affert volitari creaturæ. Primum quidem distinctionis actuum propter distinctionem rationem bonitatis, quam habent obiecta, scilicet finis, & media, & distinctionem ordinem, quem habent secundum illas rationes bonitatis inter se inuenient, & ad voluntatem, in qua apta sunt gregare distingentes actus, eamque distinctionem actuum secundum ordinem cauſalitatem intentionis, & electionis; quorum utique repugnat Deo, scilicet & pluralitas actuum, & vnum actum realiter procedere ab alio, ipsa voluntate mouente seipsum realiter ad producendam vnam volitionem realiter ex vi alterius, quod absque eius munitabilitate, & mutatione fieri non potest. Secundò vult excludere omnem cauſalitatem passuum realein actus diuini, prout est aliiquid in Deo a quacunque cauſa. Tertiò vult excludere omnem cauſam finalē volitionis diuina extra Deum, sive cum mutatione actus diuini, sive non; & statuere solam suam bonitatem esse cauſam eius finalē, quatenus possumus accommodare hanc ratio-

A nein cauſe voluntati Dei, scilicet imperfectionibus; cum enim nihil amet extra se, vt bonum suum, proinde nihil extra se est finis ipsius, sed vnum opus eius est finis alterius; & hoc est quod dicitur, Deus vult hoc propter hoc, non vero vult hoc quia vult hoc, tametsi hic modis loquendi, scilicet imperfectione, posset bene explicari. Ceterum non negat S. Th. dari cauſam obiectū moralē, id est, merita, vel orationem, ex parte voluntatis creaturæ, nulla enim ex tribus dictis imperfectionibus propterea ponitur in Deo, nec ponitur cauſalitas actus diuinæ inveniatur, sive vnuis, sive pluriū, sed solum ponitur relatione extrinseca supra explicata, neque absurdum est ad hanc relationē determinari actum diuinum inveniat per aliquid, quod sit extra Deum, & non per solam voluntatem ipsam per se immediate: nam ex sententia S. Th. i. p. q. 19. a. 5. & 1. com. Gen. cap. 86. & 87. quanvis non debet cauſa voluntatis diuinæ, intelligendo cauſam modo supra explicata, neque absurdum est ad hanc relationē determinari actum diuinum inveniat per aliquid, quod sit extra Deum, & non per solam voluntatem ipsam, ut c. citato 86. bonum vniuersi est ratio, cur Deus velit vnumquodque bonum particulare in vniuerso, quanvis autem id, quod est ratio voleō bonum patriculare, sit prius volutum à Deo, videlicet bonum vniuersi, meritum autem, seu preces voluntatis creaturæ non sicut volitā à Deo, prouiam quā voluntate creaturæ, tamen id, quod videbatur obstat, quominus meritum sit cauſa determinationis diuinæ, et quod volutus diuinus, seu actus eius aeternus, & inveniatur non determinaret se per seipsum, sed per aliud aliud, seu ab aliquo alio: et certe patrum referit, quod illud aliud sit volutum voluntate creaturæ, & priusquam à Deo, vel sit volutum à solo Deo; hoc ipso enim, quod Deus videns actum meritorium, seu preces voluntatis creaturæ, acceptat illa, & per acceperationem, volitionē inquit eorum determinat se ad volendum bonum, quod petitur, & ad quod diriguntur illa merita; sane perinde se habet in hoc, ac se habet cum per tem volitā à se solo determinat se ad volendum aliud aliud; parum enim referit, quid est voluta, per quam se determinat, sit, vel non sit volita, sine prius, sive simili ab aliqua voluntate creaturæ. Ad locum Augustini dicam infra.

Cum ergo constet ex his posse ex parte creature dari cauſam meritoriam electionis, & predestinationis, sumpturn predestinationis, sive primo modo, vt solum significat effectus predestinationis, qui sunt in re, sive secundo modo, vt significat actum diuinum, non quidem inveniat, sed quatenus connotat relationem extrinsecam ad creaturem, et statu iam quæstio proposita, an Christus sit cauſa meritoria nostræ predestinationis.

Statuitur communior, veriōrque sententia. §. 2.

Quidam ita tribuit soli Dei voluntati electionem, & predestinationem hominum, & non tantum ex parte ipsorum, verum neque ex parte Christi villam eius cauſam meritoriam agnoscant. Est sententia eorum, qui dispositiones præcedentes remissionem peccati, & primam gratiam, dicunt dat ex sola Dei liberalitate, non propter merita Christi, quos supradicta citavimus; cum enim haec sint effectus predestinationis, & quidem priores iustificatione, & in his postea sit efficax gratia, qua maximè constat predestinationis, si non sunt ex meritis Christi; consequens est, neque predestinationem ex iis esse.

Nihilominus communior, veriōrque sententia aliorum Theologorum est, Christum ab solle loquendo, esse cauſam predestinationis nostræ. S. Thom. in*q. 14. a. 4.* Caiet. Medin. Suarez, & recentiorum interpratum, tum *ibi*, tum *in hoc artic.* Alex.; p. 9. 3. mense 5. Bonavent. in *d. n. a. q. 3.* Alb. d. 10. a. 4. deo. Richard. a. 4. q. v. b. Durand. q. 3. Paludan. q. 1. art. 3. concl. 2. & 3. Vega lib. 4. in *Trid. c. 5.* in fine. Viguerius de *institutionibus Tholozicis*

gicis cap. 10. §. 8. vers. 3. circa finem. Catherin. lib. 1. de exi-
mia Christi prædestinatione. & lib. 2. in principio. Gafpat Ca-
falius lib. 1. de quadruplicata inf. cap. 4. Probatur ad Ephes.
1. *Elegos nos in ipso id est, Christo) ante mundum confun-
dimos ut effimus sancti.* Hoc loco Adamus, qui est contra-
rit sententia, particularum, in ipso, accipit dictam de
Christo secundum diuinitatem, ut significet Verbum
Dei esse causam, ut simus sancti in sensu, quo alias in
Scriptura dicitur omnia esse condita, & creata in i-
pso, ubi significat Verbum esse causam efficientem. Sed perpetrat hunc sensum tribuit hunc loco,
nam vbi cuncte Apostolus agit de gratia, eiusque do-
nis, datis per Christum; sumus Christum ea ratione
particulari, qua est auctor gratia, & remissionis pec-
cati per meritum sua, non vero ratione generali, qua
Deus omnia per Verbum operatur. Idque probatur,
quia declaratio haec, quod Deus per Verbum operer-
tur, pertinet ad eum locum, ubi fit sermo de ipsa re-
rum creatione, non vero ubi fit sermo de peculia-
quodam genere operationum, quale est ianuam dicibam.
Confirmatur, nam ordo gratiae nominatum pertinet
ad Christum, ut Deum, & hominem; ergo cum ita
tribuit ipsi aliquis eius effectus, nisi aliud explicetur,
debet intelligi attributus, ratione humanitatis. De-
num sic intelligunt hunc locum Patres, Chrysostom.
Ambros. S. Thom. &c alij. Aliud tamen obstat, quod
Chrysostom. & quidam Patres particularum elogio in ipso, in-
terpetant hoc modo, id est, per canem fidem, quae in ipsum habenda est. Anselmus vero alio modo, id
est, ut simus membrum ipsius Christi: nam verius vici-
detus dictus sensus de electione ad gratiam, quam
notat verbum illud, ut simus sancti. Hoc ipsum magis
declarans verba, quae sequuntur ibidem, qui id est,
Deus prædestinavit nos in electum floruit Dux Iesu
Christum in ipsum. Quo loco obsecrandum est, quod
cum duo tribut possint merito Christi, scilicet ade-
proprio ipsa in re, id est, gracia iustificans, & electio ad
hanc adoptionem; certè Apostolus non tantum tri-
but primum, verum etiam secundum; ergo meritum
Christi adhibetur etiam ad alium atemam electionis
ad gratiam, & non solum ad alium iustificationis, &
gratiae conferendam in re; ergo similiter adhibetur ad
omnem electionem ad gratiam, id est, non solum
adoptionis, quam pro tempore consequuntur etiam
reprobri, verum etiam ad gratiam adoptionis, quam
consequuntur prædestinationis, vt in illa perseruent.
Adamus alteri contraria verba Apostoli, vult enim
particularum, per Christum, non referrit quidem ad ver-
bum, prædestinationis nos, vt sit sensus, quod prædestina-
uerit per Christum; sed ad verbum, in adoptionem, vt sit
sensus, quod prædestinaverit nos in adoptionem per
Christum, id est, quam habituri eramus per Christum,
dicuntur Deum voluntate sua, & non propter
villam merita prædestinasse nos, vt adoptaremus in
Christo, & per Christum, & ita videat hunc locum
intelligere OEcumenicos, dicens, *Aliud est adop-
tari, nisi autem est, id per filium mediatores ad eum fuisse.*
Chrysostomus etiam ibi ait, *Dci filii prædestinatione,*
filii autem reconciliare. Hieronymus ait, *benelati-
tum Dei fuisse nos eligere, ut effimus sancti, & habe-
remus adoptionem filiorum Dei, nullam aliquid
causam.*

Sed ut demus particularum, per Christum, refert ad
adoptionem; certè negari non potest, Christum in
illa prædestinatione diuina ab aeterno, poni ut me-
diun, & causam meritiorum adoptionis; non enim
alio sensu potest dici, prædestinationis nos in adop-
tionem per Christum; adoptionis vero, & gratia ponitur
ut terminus, proper quem, & cui assignatur Christus,
vt medium, est autem medium per suum meri-
ta ad hunc terminum, est esse causam meritiorum

Iof. Ragusa in 3.p.D.Th. tral. pol.

A omnium mediorum, qua Deus adhibet ad talen ter-
minum, & etiam ipsius termini, quatenus etiam po-
test cadere sub merito: porrò esse causam omnium
mediotum, est esse causam meritiorum prædestina-
tionis, que est dispositio, & ordo mediotorum; ergo,
quocunque modo constitutae particulari, per Christum,
id est, sive immediate cum verbo, *prædestinatus*, sive
mediante Verbo in adoptionem; cette hoc ipso quod
construitur cum prædestinatione externa, cuius vi ad-
hibetur ad adoptionem, assignatur causa prædestina-
tionis. Et hoc est, quod sibi volunt OEcumenicos. Ade-
de etiam esse aliquid peculiare in prædestinatione
concupiens soli Deo, quod respexit Chrysostom.
& Hieron. de quo infra.

Secundò eadem communis sententia probatur ex
2. epist. ad Timoth. c. 1. vbi dicitur, *Vocamus nos vocatione
sua sancta, non fecundum opera nostra, sed secundum propo-
sitionem suam, & gratiam, que data est nobis in Christo Iesu ante
tempora secularia; quo loco agitur de primo, & praeci-
pito electio prædestinationis, qui est vocatio, cuius
qui est causa, & quidem ita, ut omnis vocationis sit ab
ipso, seu per ipsum, hoc ipso est causa totius præde-
stinationis, quoniam in hac consistit gratiae efficacia,
qua constat prædestinationis. Secundò non loquitur so-
lum de vocatione ipsa in re, sed de electione, vel
vocatione in aeternitate, quod significat particula illa,
ante tempora secularia, id est, antequam inciperent haec
tempora, quibus teximus, & conflant secula. Tertiò
loquitur de merito iulius vocationis aeterna, id est,
decreti vocandi, quidque negat nobis illis verbis, *non se-
cunda opera nostra, & quod nobis negat, tribuit Christo,* quod quidem datum sit gratis, respectu nostri, sed
per eius merita illis verbis, & gratiam, que data est nobis
in Christo Iesu. Hoc ipsum confirmant verba, quae se-
quuntur, *in quo (id est, Christo) & nos forte vocati sumus;*
ubi Christo tribuitur meritum vocationis nostras, no-
bis autem fors, quae vim habet ad exprimentiam me-
riti, & industria nostra exclusionem.*

Exponitur modus, quo meruit Christus nobis prædestinationem. §. 3.

Cum ergo constet Christum esse causam præde-
stinationis meritiorum, in eoque conuenientem passim
Theologi, difficultas raman est de modo, cum præ-
fertim prædestinationis constet distinctione, & electio-
ne quorundam per alios, qui reprobantur. Quidam di-
flingunt dilectionem ab electione, dicuntque Christum
suum fuisse causam illius, nec huius, sed ut statuat
quousque vera sit haec sententia, obseruant oportet
dilectionem tripliciter sumi posse, primo ut significat
voluntatem generalem, qua Deus non olsit in nobis
etiam peccatoribus, quod ipse fecit, quod est totum
ipsum esse; nec vulnus perditionem, & damnationem
nostram, sed bonum; solum vero olsit quod fecimus
ipsi, scilicet peccatum; & haec dilectio sic præcisè summa-
ta, communis est etiam peccatoribus defunctis in
llatu peccati, ac demonibus extra viam, & non est ex
meritis Christi. Est autem alia propria hominum, qua
Deus non statuit punire statim Adam, & posteros a-
eternam peccata, eternaque punitione spei reconcilia-
tio; & neque haec dilectio est ex meritis Christi, neque
est eadem cum dilectione, qua ordinatur homo ad
beatitudinem supernaturalem; sunt enim bona, per
se distinxit, & ab iniiciem separabili, ut per se pa-
rat; sed neque ipsa voluntas ordinandi ad finem su-
pernaturalem Adam, & omnes peccatores, est ex
meritis Christi; etenim Incarnationis Christi, & eius
merita sunt propter redemtionem hominum, & re-
stitutionem gloriae supernaturalis, tanquam pro-
pter finem (est ipse Christus non sit propter a-
lios, ut finem, ut supra diximus) intentio vero
E 2 finis

finis est prior mediis, licet eius execu^tio sit per me-
dia^c ergo illi intentio Dei, prout est dilectio peccato-
rum, non est ex meritis Christi. Hinc fit veterius, vt
electio huius medijs, scilicet Incarnationis, & passio-
nis Christi, ac proinde dilectio haec, qua Deus vo-
luit dare nobis filium suum, propter diuum finem,
non sit ex meritis Christi. Probatur, qua quando-
finis solam habet unum medium, ipsa intentione ef-
ficaci finis ponitur voluntas medijs, & voluntas huic
continetur virtualiter in voluntate illius; ergo si illa
non est ex meritis, neque erit haec: quare si in inten-
tione Dei non solam esset filius hominis, sed etiam
modis, id est, redemptio secundum iustitiam, uni-
cum eius medium esset Incarnatio, ac proinde non
electa ex meritis. Sed quicquid sit de hoc modo vo-
lendi finem, certè Incarnatio, & voluntas Incarnationis
non est ex meritis Christi vlo modo; ergo dilec-
tio, qua Deus voluit nos redimere per Incarnatio-
nem, non est ex meritis Christi. Atque hoc est, quod
docuit Augustinus tral. 1. 10. in Joan. his verbis: *Nos autem diligimus, quoniam sumus eius membra, quem diligimus. & hoc ut effemus propter hoc, nos dilexit, antiquum effemus, vbi vides duplarem dilectionem, qua diligimus a Deo; vnam, qua sumus membra Christi; sumus autem membra ex hoc, quod participemus merita ipsius: alteram, qua non sumus membra Christi, sed
eligimus, ut sumus eius membra, quod est non parti-
cipantes merita Christi, eligi ad ea participanda; ergo hec dilectio non est ex meritis Christi; quae subdit Augustinus, Non enim ex quo ei reconciliari sumus per sanguinem, illi eius nos capi dilige, sed ante mundi confusione dlexxi nos, ut cum eius viugenio etiam nos sibi effectus prouisimus omnino aliquid effemus: quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem sibi eius, non sic audire, non sic accipere, quia id nos reconciliari et simus, ut iam inciperem amare quos oderat, scimus reconciliari inimicos inimico, ut deinde sint amici, & innicem diligit qui odierant ini-
nicem; sed iam nos diligenter reconciliari sumus ei, cum quo propter peccatum inimicorum habibamus. &c. Hec August. vbi non instituit docere adum diuinum dilectionis non esse in tempore, sed in exterritate, ratione immu-
tabilitatis, quæ nullum nouum aliquid admittit in Dco; sed instituit tradere duplarem dilectionem Dei, vnam quæ est ex meritis Christi, & que fuerint in tempore: alteram, quæ non est ex meritis Christi, quæ sunt in tempore. Prima appellatur reconciliatio, & de ea dicitur, Non enno ex quo ei reconciliari sumus per sanguinem illi eius nos capi dilige, id est, prima dilectio, qua noscepit diligere, non fuit reconciliatio, quia sit per san-
guinem eius, id est, prima dilectio non fuit ex meri-
tis Christi. Secunda fuit electio ad hanc posteriorem
dilectionem, per quam efficiuntur filii Dci cum filio, & per filium Christum, & de ea dicitur, sed ante mun-
di confusione elegit nos, ut cum eius viugenio etiam nos
filii effemus.*

Atque haec dilectio, & voluntas redimendi homi-
nes per Christum, est prior voluntate eligendi singu-
los ad gratiam, & gloriam, & tribuendi singulis his
electis, & aliis non electis auxilia, propterea cuique op-
portunum, & conuenienter fuerit, & est celebris illa,
de qua dicitur, *vult omnes homines salves fieri*. Suarez in
prima sua editione, dis. 4. scil. 4. admisit, dat priorem
hanc dilectionem in Deo, qua non esset ex meritis
Christi, sed in postrema editione profert eam diffi-
cultatem, quia sic in intellectu diuino non datur
cognitio abstracta vniuersitatis confusa carundem re-
rum, quarum habet cognitionem propteriam particu-
larem, sed simul cognoscetur omnia singularia se-
cundum ea, quæ sunt ipsi propria, & secundum ea,
quibus conuenient cum aliis; ita nec in voluntate est
volitio, qua velit ea bona, quæ sunt communia omni-

A bus distinta ab ea, qua vult vniuersique particularia;
non enim alio modo vult communia, nisi volendo
particularia, sicut dicit Aristot. medicum non curare
hominem, nisi in quantum curat Calliam, vel Socratem:
non ergo oportet ratione distinguere in voluntate
diuina huiusmodi actus generales a particularibus,
qua illi prout vniuersitatis concipiuntur, non
sunt formaliter in Deo, sed virtualiter, nimirum quatenus
in ipsis particularibus includuntur, vel in mediis
vniuersalibus, qua Deus voluit propter salutem
hominum; vnde etiam fit, vt non possit dici voluntate
generalem salvandi homines, non esse ex meri-
tis Christi, voluntatem vero salvandi hos, vel illos,
esse ex meritis Christi; si enī una voluntas est ex
meritis Christi, est & alia, & si una non est, neque est
alia.

Sed haec ratio non obstat iis, quæ dicta sunt, pro-
cedit enim de voluntate generali, quæ nullum habet
effectum circa omnes, secundum rationem communem;
quem non habeat circa singulos, nec proinde
distinctum ab eo, quem habet in singulisqua ratione
reieciunt supra sententiam Aluric. ponentes in ali-
quo priori decretum voluntatis diuinæ de vniōne hy-
postatica confusè, non determinanda tale supponitum,
id est, Patris, vel filij, &c. nec raleui naturam,
qua videlicet illi voluntati vniuersali non responderet
aliquis effectus distinctus ab vniōne particulari Ver-
bi cum tali natura. At vero voluntas, qua haberet ali-
quem effectum circa omnes homines in ordine ad
aliquem finem, distinctum a particularibus effectibus,
quos habet circa singulares homines in ordine
ad eundem finem, quorum effectuum vnu supponi-
tur alteri, præficiunt, vr principium, & causa illius,
atque ita, vt posito effectu communi non sit necesse
simil poni effectus particularium, scilicet posito animali,
necesse est simil poni tale, vel rale animal; talis, in-
quam, voluntas habet actus ratione distinctos, quia
ille communis effectus est obiectum per se sufficiens
vnu actus perfecti, etiam in Deo, & posita volitione
illius, non est necesse poni volitionem singularem,
& multo minus huius, vel illius singularem. Iam in pro-
posito vnu voluntatis Dei salvandi omnes homines non su-
nit vniuersitatem suam ab vniuersitatis natura, in
qua conuenient omnes singulares, qui salvantur, &
saluatori possunt; sic enim perperam ponetur voluntas
salvandi omnes homines, distincta a voluntate
salvandi singulos; sed sumit vniuersitatem ab vni-
uersitatis medijs per illam constituta ad salvandos
omnes homines, quod medium est singulare in ratio-
ne obiecti, id est, per se posse actum distinctum ab
actu, seu actuibus, quibus fertur voluntas circa perso-
nas, qua per illud saluatori possunt, & quibus illud va-
riis modis applicari potest, solùmque est vniuersale
in ratione causæ, quæ singulis perfornis, & per singula media applicari debet; & hac causa recipit o-
mnimes, tam reprobos, quam electos, & omnem applica-
tionem gratiae, tam sufficientem, quam efficacem. At-
que in hac distinctione fundatur distinctione voluntatis
antecedentis, & consequentis; voluntas enim, quæ
solum vult, & constitutum medium vniuersale in ratio-
ne causæ, & non applicat illud particularibus, aut
certè non applicat efficaciter, sed solum quantum
est ex vi medijs, dicitur antecedens; quæ vero ap-
plicat efficaciter, dicitur consequens. Et sane volun-
tas consequens est, in qua non potest esse actus vni-
uersalis circa omnes, qui salvantur possunt, & distin-
ctus a singularibus circa hunc, vel illum salvandum;
proinde in hac voluntate non est vniuersitatis sumpta
ab vniuersitatis medijs, cum iam supponat hoc
constitutum, sed est vniuersitatis sumpta ab vniuer-
sitatis natura, in qua conuenient quæ salvantur possunt;

non poscit autem distinctum actum voluntatis, sicut nec poscit scientia naturae universalis à scientia, & voluntate particularium, ex natura obiecti, sed solum ex imperfectione potentiae voluntatis, & intellectus, idque neque sunt formaliter, neque distinguunt ratione haec duas voluntates in Deo, siue sunt formaliter, & distinguunt ratione voluntas mediū universalis, & voluntas personarum, quae salvantur, eo quod haec obiecta natura sua poscent distinctiones voluntates, & cognitiones, & solum ob similitudinem diuinam sunt vnum à parte rei, tantum distinctione ratione.

Tertio igitur sumi potest dilectio, ut significat voluntatem Dei, qui vult bonum electis, & quatenus respicit electos, & iuxta hanc acceptationem sunt duas sententias. Altera est voluntatem Dei, qui elegit electos ad gloriam, ante praesulam eorum merita, ut est electio horum pro illis, non esse ex meritis Christi, sed ex sola Dei voluntate: vt autem est efficacia eorum dilectionis habuisse fundatum in meritis Christi. Ita habet Suarez disp. 43. q. 6. art. 1. & 2. Prima partis fundamentum est, quia si disserio illa, & electio quorundam pro aliis non solum sit à voluntate diuinata, sed sit etiam ab humana; certe negotium omnium maximum efficit prædictum à voluntate humana, & Deus conformaret se humani. Secunda partis fundamentum sunt Scriptura citata ad Ephes. 1. &c. Altera sententia est, Christum non solum fuisse causam prædestinationis electorum secundum se, quatenus est dilectio quaedam ipsorum fundata in meritis Christi oblationis pro omnibus; verum etiam quatenus est disserio quorundam ab aliis, quia pro illis singulariter applicavit sua merita, non sic singulariter pro aliis: quod solum volunt procedere de electione, & prædestinatione personarum, quae post Christum electa sunt, non vero eatum, quae Christum præcesserunt. Ita habet Valsquez 1. p. disp. 94. cap. 3. num. 19.

Dicendum primò, Christus non fuit causa prædestinationis, & electionis omnium prædestinatarum per diuersam applicationem meritorum, qua quibundam personis, electis vel à se, vel à Patre, sibi manifestatis, vellit valere ad salutem infallibiliter obtinendam per media efficacia, & opportunitate; aliis autem vellit valere ad hoc, vt habeant quantum sanitatis est, vt possint salutem consequi. Probatur prius ratione, insinuata à Suarez, quid electio haec sit maximum, & præcipuum opus diuinæ prouidentie. Et confitimus, nam præcipua, & summa communicatio bonitatis diuinæ est quae fit creatura intellectui secundum esse supernaturale, maior ea, quae fit secundum esse naturale; atque in communicatione naturali distinguuntur, statuere, & ordinare partes perpetuas vniuersitatis, inter quas censentur nature omnes intellectus, etiam individuæ, sine perfecta, vt Angeli, sive imperfectæ, vt anima rationalis, est proprium eius voluntatis, & intellectus, qui disponunt omnia in numero, pondere, & mensura, qualis est diuinus. Vnde S. Thomas 1. p. q. 23. art. 7. ait prouidentiam Dei non vescari circa singula individua aliarum creaturarum immediate in seipso præordinando, & situando numerum eorum, licet seiat hunc numerum, quia tantum species ipsarum pertinent ad bonum vniuersitatis; indiuidua vero quatenus, & quod necessaria sunt ad conservandam speciem: at vero creature incorruptibles pertinent singulare per se ad bonum vniuersitatis, non vero solum species eatum; quod vniuersum maximè est regnum, & mundus supernaturalis, constitutus electi per se; reprobi enim adhucantur, quatenus conseruent ad bonum electorum; ergo eligere ho-

Is. Ragsby in 3.p. D. Th. tral. pol.

mines ad tale regnum, pertinet ad eam voluntatem, & ad eam arteam, ad quam pertinet statuere ipsum vniuersum, qualis voluntas solum est illa, quae primo volunt condere vniuersum naturale, & supernaturale in numero, pondere, & mensura, nimirum solum diuina, nulla autem voluntas creatra, quia voluntas volens hanc ordinem est illa ipsa, quae voluit Deus se, sanguine bontatem communicare. Secundò excludere quodam ab efficaci confectione huius finis supernaturalis, quantum est efficacia est à Deo, idque non comprehendere illos in delineatione, & constructione dicti vniuersi per artem dictam, disponentes, & statuentes numerum, pondus, & mensuram; solum est diuinæ voluntatis: sed Christum eligere ex omnibus, quos cognovit, quodam, quibus velit sua merita esse efficacia ad salutem, non item alios; est alios excludere: ergo haec electio non est à Christo, nec ab illa voluntate creata. Maior probatur primum præfata ratione, quia eiudem artis est excludere à numero, & mensura operis constructi, cuius est opus construere. Deinde quia huic ordini, & vniuerso creature non supponuntur iam condita in præscientia diuinæ, quasi omnes sint conditi abesse determinatione loci, quem in hoc ordine habuisse essent, & postea deputentur, & determinentur (iusti dicamus, prædestinationis, & reprobationis cauillam esse opera præuisa) sicut supponuntur lapides apti, vel inepti adficio, sed in creatione ipsa, & intentione creationis determinantur, & deputantur: Christo autem non ponuntur possibles, vi eligit, quos velit creari ad hunc ordinem, sed proponuntur vt futuri per decreta factum creationis, quod non fit sine dicta deputatione: ergo non est locus electioni per Christum facienda. Tertiò, in reprobatione, & electione Deus instituit duos modos ostensionis bonitatis sue, sciencia iustitia circa illos, & misericordia circa hos; neque est alia ratio reprobationis in vniuersum sumpta: ad Rom. 9. *voleat Deus ostendere eam*, &c. sed haec institutio propriè est voluntatis diuinæ, præfationis velle in tot, & in his hominibus ostendere bonum iustitiae; non autem voluntatis creatæ, cui à Deo semper præcepitur quare, & optaret bona vniuersorum, & quantum in ipsa est, curare omnium salutem: & non vult Deus pertinere ad illam, rationem ostensionis huius iustitiae, vt ex hac intentione permittat labi in interitum, aut delinat adiungere quod posset, cum præsertim in lapsu iniipientium continetur offensio Dei, quam non periret licet voluntati creatæ, atque ipsis Deo permettere, & non impediti, vbi potest impediti: non enim tenetur voluntas diuinæ in omnibus vitare offenditores suas; creatæ vero, quoad potest, tenetur saltene, vt nunquam per ipsam iter, que minus impeditat, sed solum per diuinam.

Eam probatur minor, quid scilicet, si Christus cognoscens omnes, eligeret quodam, hoc ipso excluderet alios: quoniam secundum veriorem sententiam, quae non admittit in voluntate diuinæ reprobationem peccatum, cuius effectus sit permanentia pena; Deus non alio modo reprobat, nisi eligendo quodam, & non eligendo alios; ergo si ponatur penes Christum esse, eligere quos velit per sua merita applicata efficaciter salvare; & ipsum, qui nouit omnes, solum eligere quodam; lequitur excludere alios eo modo, quo dicitur excludere Deus ad Rom. 9. & 2. ad Tim. 1. Quod si dicatur fuisse factam electionem voluntate Dei, & offensos electos Christo, vt applicaret illis sua merita, propter quæ efficaciter salvi fiant;

E 3 non

non tribuitur iam electio Christo, & eius meritis, A sed solùm executio, & media ad eam peragendam, quæ media sunt gratia efficax vocationis, & perseuerantie, & nihilominus contra hunc modum dicendi suprà argumentationem sumus, agendo in vniuersum de merito gratiae efficacis.

Vltimum contra haec sententiam facit, quod afflignet distinctus modus electionis hominum, qui Christum præcesserunt, & eorum, qui secuti sunt, cùm profectè ex Scripturis huiusmodi distictem non habeatur, vt suprà argumentabamur contra eos, qui idem distictem afflignant collationi gratiae efficacis per merita Christi. Itaque nullo modo mihi placet Recentiorum sententia, quod Christus fuerit causa electionis hoc modo, vt nonnulli eligerentur potius, quam ali.

Diendum secundò, quanvis Christus neque voluntate sua disreuerit quosdam ab aliis, qui eligerentur, neque distituerit applicationis meritorum, vnde haberetur dictum differunt ex parte ipsius; nihilominus est verè, propriètate causæ electionis, & prædestinationis, cum omni veritate, proprietate causæ eorum omnium, qui præaliis eliguntur. Poterat, nam ad hoc, vt homo eligatur ad finem, bonumque supernaturale, duo requiruntur ex parte persona eligenda, scilicet primò habilitas, vt possit eligi, & admitti ad prosecutionem ius finis. Secundò media, per quæ debet etià contendere. Ex parte vero Dei eligentis, requiruntur voluntatis, qua velit illum admittere, & media tribuere. Christus autem suis meritis hac omnia præstis, primò quidem, cùm per peccatum Adæ vniuersum genus hominum non solum amiserit gratiam, & ius ad gloriam, verum etiam habilitatem ad hoc, vt posset ed aspirare; Christus restituit habilitatem hanc omnibus, quicunque nascuntur ex Adam pro toto tempore vita. Secundò restituit habilitatem ad media, & media ipsa necessaria. Ex parte vero Dei obtinuit voluntatem eligendi; quanvis enim non discererit quos vellat eligi à Deo, sed obtulerit generatim sua merita pro omnibus; tamen metuit, vt Deus omnino, & infallibiliter aliquos eligeret, & præxiuus huius meriti fui prior electione eorum, qui electi, & prædestinati sunt; quoniam, ut diximus initio, prædestinationis hominum facta fuit post præxiuim peccatum originale, & post decetram Incarnationem; quo decreto Christus fuit primus omnium prædestinatus, & alij per Christum, & propter Christum. Iam vero qui facit habiles personas aliquas, vt possint eligi ad aliquam dignitatem, & dat vnde possint illam obtinere, ac mouet principem ad eligendos aliquos ex illis, habet veram, propriamque rationem causæ moralis electionis illorum, qui eliguntur; ergo Christus est verè, propriètate causæ electionis, & prædestinationis. Confirmatur, nam vt vera est sententia Augustini, datur aliqua communis causæ reprobationis, scilicet peccatum Adæ, vnde facta est vna communis mala damnationis; dicunturque vero Adam causæ reprobationis reprobatorum, etiamque neque in voluntate, neque in opere, & demerito ipsius discernantur reprobati a elec-tis in participatione illius demeriti; ergo potiore ratione dicitur Christus causæ electionis electorum, etiamque non discernat hos à reprobatis, hoc solo, quod dedit causam communem, etiamque nihil aliud fecisset; multo vero magis, quia voluit, & meruit, vt Deus aliquos efficaciter eligeret, tametsi non determinando eligendos, quod non est factum ab Adam circa reprobos. Confirmatur secundò, nam si distinguamus electionem à prædestinatione, prout distinguuntur debet in eo, quod illa supponatur huic, & hæc sit ratio mediorum; certè merita Christi sunt

causa prædestinationis peculiariter ratione, qua non sunt causa electionis, quia scilicet meruit nobis omnia dona gratia, & media, quæ dantur, etià non meruit, vt his darentur efficacia potius, quam illis.

Sed contrà obiicitur, quod S. Thomas infra quest. 21. art. 4. ad 2. dicat Christum non orasse pro omnibus crucifixib[us] Luce 22. nec pro omnibus, qui credituri erant generatim, Ioan. 17. sed pro iis locum, inquit, qui erant prædestinati, vt per ipsum viam consequerentur aeternam. Respondeo primò, hanc orationem non posse pertinere ad præteritos ante Christum, vt patet. Secundò, non loquitur S. Thomas de applicatione meritorum, in qua non est distinctio reprobatorum, & prædestinatorum ex parte Christi, cùm natura sua sit vniuersale necessarium omnibus, sed de oratione, que vt distinguitur ab oblatione meritorum, non est medium vniuersale natura sua, & necessarium, idèoque S. Thomas potuit in eo agnoscere differentiam, vt non orare absoluè pro omnibus, sicuti nec pro scipio absoluè oravit, cùm dixit, si possum, gl., &c. sed tantum pro iis, quibus obtinuit, quod petuit: sed neque ex hoc, quod oravit pro omnibus prædestinatis in vniuersum, vt saluerentur quando, & quomodo, & qua gratia placet Deo restrinxit se, ne singulariter oraret pro peculariis aliquorū vocatione, necessitate, & grata; propriea.

Dicendum tertio, Christus fuit causa peculiaris prædestinationis quorundam ex his, qui prædestinati sunt, vt habent gratiam efficacem ad bene operandum, & præterea ad perseuerandum, seu morientium in gratia. Hæc propositio probatur simili ratione, qua suprà ostensum est, Christus fuisse causam particularē gratiae efficacis quorundam, & non omnium, tamen est distictem, quod ibi agebatur de gratia efficaci in vniuersum hic autem de ea, qua est effectus electionis. Probarat, quia potest Christus, sicut & quilibet sanctus impetrare aliqui auxilium ad perseuerandum in gratia, & cauenda peccata; ad vita, seu evadenda petrica, quibus heret, & morientur extra gratiam; potest etiam impetrare aliqui priuam vocationem ad fidem, vel pacientiam; etenim auxilium ad perseuerandum potuerat quilibet pro se in oratione Dominica. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Petitur etiam ab Ecclesia, & sanctis pro aliis.

Iis autem constat prædestinationis, scilicet vocatione efficaci, & auxilio ad perseuerandum; ergo potest Christus, & omnis sanctus esse alteri causis prædestinationis, & hoc probant loca illa Luce 22. Rogani pro te, Peote, &c. & similia, tametsi non potest esse quis sibi causam prædestinationis, quia prima gratia vocationis non datur propter metita, nec propter orationis prædestinationis, quae non sit donum gratiae, licet potest dati propter alterius orationem.

Verutamen obseruandum est duplice adhiberi posse orationem Christi, & alterius sancti, primò vt ipsi oratio sit effectus prædestinationis illius hominis, pro quo offert prouisa ex intentione saluandi illum. Secundò, vt non sit effectus prædestinationis, idèoque non prouisa, sed folum praenixa à Deo. Primo modo Christus non est causa electionis, an vero possit dici causa prædestinationis, quia est de modo loquendi: nam si nomine prædestinationis intelligamus præparacionem mediotorum non omnium, sed solum eorum, quæ applicantur ipsi prædestinationi, diei potest Christum esse causam prædestinationis; si vero intelligamus quicquid prouideatur à Deo ex intentione peducendi electum ad finem, ad quem est electus, oratio Christi non

non est cauila prædestinationis, sed effectus. Iam si affirmarerit secundum Christum & Sancti essent cauila etiam electionis; quia non esset electus is, pro quo oratur ante præsumptam orationem; sed post & proper illam: tametsi non subiect illud incommodum lumen allatum, quod Christus excluderet eos, pro quibus non orat, quoadquidem non orat hoc modo pro omnibus prædestinatis, neque est cauila electionis omnium, sed quorundam, relinquendo prouidencie diuinæ electionem aliorum. Quidam Recentiores volunt nomine prædestinationis solum significari effectus illos, qui sunt circa prædestinationem, non vero orationes, & merita Christi, & Sanctorum, que sunt cauila primæ vocationis, &c. & præterea volunt, Christum esse cauila electionis, ut etiam supra dictum est. Quod autem nomine prædestinationis intelligantur solum auxilia applicata prædestinato, probant ex Augustino, qui cùm contra Pelagianos ostendit prædestinationem non esse ex meritis, de hac solum se explicat, & contendit non esse in nobis sicut cauila, nec meritus primæ gratia, & vocationis; non negat autem cauila hanc esse in alio, scilicet Christo, vel sanctis, idco quoniam sanctos esse cauila electionis quorundam. Christum vero esse cauila omnium electorum. Et quidem concedum in Recentioris cogitationem illam, quam habuerunt SS. orangi pro aliquibus, ut conuenienter, & vocentur, & quam habuit Christus applicandi sua merita, singulariter quibusdam, ut vocentur, &c. sive dona Dei, & non ex meritis ipsorum, sed hoc bene potius dici effectus prædestinationis, late sumptu hoc nomine, vnde videtur eile quæstio de nomine. Ceterum cùm dicant Sanctos, & Christum per has orationes, & merita, que sunt dona Dei, non solum eile cauila prædestinationis, verum etiam electionis; qualiter non solum est de nomine, sed de te; hoc ipso enim consequens est, ut dicam dictam cogitationem orantem pro alio, non esse effectum electionis illius hominis, pro quo oratur, sed electionem factam post præuisam eam rationem, quod nullo modo placet; non quidem ea ratione, quod hoc modo sentiendi contradicunt Augustini, contendenti contra Pelagianos, prædestinationem non esse ex meritis: quia Augustinus vere loquitur de meritis propriis, & vult obtinente nihil esse in nobis, quod præueniat gratiam Dei, & possit esse cauila prædestinationis, ut volvamus Pelagianos, non negans posse esse in alio, præterim in Christo, & SS. opus aliquod præuenire gratiam, quae sit in nobis. Ratio ergo euc non placet, prius est, quia cogitatio illa, immissa Christo, vel SS. orangi pro conuentione, vel præuerterant alterius, cum sit effectus ita prouidente Deo, non potest prouincire, nisi ab absence determinati finis: non potest autem aliis esse huius, nisi is, qui maxime, uno & solum sequitur ea cogitatione, & oratione, scilicet electione; ergo haec fuit prius in mente diuina, quam voluntas dictæ cogitationis, & orationis, quae est in diuinitate. Secundum quia loca, quibus virtus Augustinus, & passim Theologi ad probandum non esse in nobis cauila prædestinationis, sunt illæ, quæ probant electionem eile à Deo ante præuisam meritam. scilicet ad Rom. 8. *Quis prædestinatus, haec & vocans, & quos vocavit, hoc & iustificauit, &c.* & ad Rom. 9. *Cum nomen natu sufficiat, aut aliud boni effectum, aut melius secundum conditionem propositorum Dei maneat, &c.* Denun contra hanc sententiam faciunt rationes, quibus supradicta probauimus electionem prædestinationis, scilicet propriam solum voluntatis diuinitatem, nullius autem creare, quae rationes locum habent, cùm ad excludendam electionem aliquorum à voluntate creata, tum maxime ad excludendam electionem omnium,

A & singulorum prædestinationum, quomodo dicti Recentiores tribuant voluntati creatæ Christi.

DISPUTATIO XII.

*Quidnam meruerit Christus hominibus
iam iustificatis.*

H OMINIBVS iustificatis dupliciter applicatur gratia, primo ex vi Sacramentorum, secundum Sacraenta quedam, quæ solum ipsis per se applicari possunt, cuiusmodi extra Baptismum, & Paenitentiam sunt reliqua quinque, secundum communem sententiam, quæ habet ad Baptismum, & Paenitentiam non requiri contritionem, atque ideo haec posse etiam peccatoribus per se applicari, & non solum per accidens, quomodo omnia septem Sacraenta possunt his applicari, & prædele: gratiæ ergo datam iustis virtute Sacramentorum, dubium non est esse ex meritis Christi, à quo solo virtutem habent.

Secundo ergo applicatur iustis gratia ex opere operantis, cuiusmodi est augmentum gratiae, & gratia conferens ad multa opera. Tertio quedam gratia applicatur solo domo Dei, nullo opere interuenient, cuiusmodi est gratia excitans ad bona opera. Quartò partim solo domo Dei, partim interuenient opem, quæ est per seoperantia, quæ confitit auxiliis, quæ potest homo proueneret, & proutidem extrinseca Dei circa opportunitates, &c. Præterea sunt alia bona, scilicet remissio venialium peccatorum, & pœna temporalis.

Iam de gratiis, & auxiliis omnibus, quæ sunt tantum dona Dei, & non sunt præmium opem hominis iusti, procedunt superius dicta in viuierum de auxiliis omnibus gratia, tam sufficiens, quam efficacis: argumenta enim ibi allata, præterim ex Scripturis, quanuus nominatim sint applicata ad probandum dispositiones ad gratiam esse ex meritis Christi; tamen probant in viuierum omne donum, & auxilium Dei esse ex eius meritis: & præcipue de dono præuerterant procedunt quæ diximus de merito gratiae efficaci, & prædestinationis. Secundum certum est ea bona, si quæ sunt, que iusti non merentur de condigno, sed de congruo, deti ex meritis Christi, quia meritum de congruo simpliciter non est meritum: quare relinquimus locus meriti Christi, & quidem sibi, vbi docti meritum nostrum ratione illa generali suprà dicta ex primo ad Ephes. quæ omnia benedictione cælesti benedixit nos Deum in Christo.

Dificultas ergo solum est de bonis, quæ nos mesremur de condigno, cuiusmodi est augmentum gratiae, & gloria, itenque gloria ipsa, quatenus cadit sub meritum contritionis, seu dilectionis, illo primo instanti, quo homo iustificatur. Huc etiam pertinet satisfactio pro culpis venialibus, & meritorum remissionis ipsorum de condigno, de quo diximus alias. Item pro pœna temporali mortalium remissionem. Non videtur ergo haec posse cadere sub meritu Christi, nam si in operibus hominis iusti est sufficiens valorem ad promerenda merita iustitiae, haec quæ dicta sunt, & sunt applicata ad haec promerenda, & vicissim ad Deo sunt data propter talia merita, quibus haec bona facta sunt debita, non est locus meritis Christi; aut certè si est locus his, non est locus illius. Fortè dicci posset meritum Christi non cadere per se immediatè super bona ipsa obtinenda, sed super merita nostra; meruit enim, ut nostra merita valerent, haberentque proportionem ad talia preiunia; medietate vero meruit

illa. Sed non recte dicitur; nam discernit opem penes hoc, quod quadam sunt merititia de condigno, & de iustitia, quadam vero non item; non sumitur ab applicacione merititorum Christi, quod videlicet operibus nostris non applicauerit valorem ad merendam de condigno remissionem peccati, applicauerit autem ad metendam de condigno gloriam, augmentum gratiae, &c. sed sumitur penes qualitatem opem, quod quadam sunt proportionata premio, quadam vero minime; item ex flatu perlustra operantis, quae operetur existens in peccato, dum operatur, vel non supponatur existens in peccato; ergo non prouenit a meritis Christi hoc diciri, quod quadam opera sunt merititia de condigno; quadam vero minime. Confirmatur, nam si supponamus opus nostrum non esse per se proportionatum premio gloriae, &c. sed fieri proportionatum per merita Christi, primò supponitur falsum, nam opera meritaria de condigno hominum iustorum sunt per se proportionata ex qualitate operis, quatenus proficiuntur a charitate supernaturali. Deinde non habent effectum, & præmium ex opere operantis, sed ex opere operato, sicut actiones sacramentales, que quod sunt causa gratiae, non habent ex qualitate operis, sed ex applicacione merititorum Christi. Quod si dicatur Christum per merita date etiam qualiter operibus nostris qui sunt proportionata; hoc non potest facere, nisi merendo, vel Deus per se faciat illa opera secundum enitatem proportionata, & ita non sunt meritaria ex opere operantis, quia operatur illa Deus, cuius non est mereri, non vero homo, cuius est mereri: vel Deus per se dat auxilium, quo homo faciat illa proportionata, & hoc iam ita sit, nam ex meritis Christi homo iustus obtinet habitus gratiae ad iustificandam animam, & ad hoc, vt finis principia operandi. Ceterum hoc non est habere ex meritis Christi præmium ipsum gloriae, & augmentum gratiae, sed habitus, vel auxilia, quibus possit mereri, & his positis liberum est homini mereri: & ob hanc rationem imputatur ad meritum sibi operanti præmium, & non Christo, sicut cum militi dono datus fuit gladius; gesta qua per illum exercet, & pugna sunt ipsius: proinde corona confert præmium opem ipsius, non vero donantis gladium, & donationis eiusdem.

Dicendum nihilominus est, augmentum gratiae, sicut augmentum gloriae, & gloria esse in nobis effectum merititorum Christi. Hæc propositio quod gloriam, supra probata est: quod augmentum gratiae probata est in cap. 15. Ioan. vbi dicitur, *Sicut palma non posset ferre fructum a sermone, nisi manaret in vita, ita & vos nisi in me maneretis.* Et statim, *cuius sine me nihil posset facere;* qui locutus non solum intelligentius est de coniunctione cum Christo per charitatem, & fidem, sine qua nemo potest proficere ad vitam æternam; verum de influxu, quem inde recipimus, ut palmitas à vite ad omnia opera, quo sensu accipit illum Trident. fessil. 16. *Quaenam, inquit, bona opera antea edidit, comitavit, & subfuerat;* & fine illa nullo palla Deo grata & meritaria esse possem. Idem expressè habetur ad Ephel. 2. *Superadiecat supra fundamenta Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angelicali lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatione construxit a cre- scit in templum sanctum Domini.* Et ad Ephel. 4. *Vero in- tenuit antem facientes in charitate crescere in illo per omnem, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & conne- xum per omnem membrorum submanistracionis secundum opera- rationem in membrorum uniuscunquam membro, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate.*

Tam ad difficultatem supera possum: quod si vi- deantur simul posse state meritum Christi, & nostrum eiusdem præmium; respondent quidam (Suar. disp. 41.

Art. 3.) primò Deum posse non acceptare opera nostra ad premium, sed posse ut debita; Christum vero memuisse acceptare ad premium. Sed hæc ratio non sufficit, primum quia per meritum Christi non restituuntur facultas, & libertas Dei ad postulandum, ut debita opera hominum, quam ante meritos Christi habebat; nec fuit factus innuminis homo ab hac obligatione. Deinde qui est causa, cur opus aliqui dignum præmium accepterit ad premium, atque ut incepit commercium pati operis, & mercedis inter duos, huc id obtineat prece, sua merita; non dicunt meriti præmium operanti, nec estimantur hæc ut intercessio estimatione præmij. Ex hoc etiam renatur secunda ratio, quod icticet Christus fuerit causa præmissionis, & pati, sine quo operarius non meretur: nam praterquam quod non desunt qui negent præmissionem hanc requiri (quamecum falsi,) certe polita præmissione non est positum meritorum ullum præmij; ergo qui metetur præmissionem præmij pro opere, non meretur præmium. Tertia ratio est, quod meritum prout est à nobis, non fit de rigore iustitia, sed prout est à Christo: sed neque est ad rem, quia si sat est aliud meritum Christi de iustitia ad excludendum meritum nostrum, multò magis fatis erit meritum de rigore iustitiae.

Vetior ergo ratio est, quia admittere hominem ad merendum augmentum gratiae, & gloria, ipsamque gloriam, sicut spectata ratione admittendi, & spectatis iis, que requiruntur, ut admittatur, estimatur tamen, quanti estimatur ipsum præmium gloriae; in modo vero admitti ad obtinendum illud per meritum, estimatur magis, quam estimatur ipsa confectio præmij, si habetur gratis absque merito: quoque circa qui meretur hominem admitti, meretur virtus, & eminenter ipsum præmium, & moraliter estimatur tanti eius meritum, quanti si meretur præmium, in modo & magis; ergo Christus, qui hoc meruit, iure dicitur meruisse nobis augmentum gratiae, & gloriae, &c. Quod autem estimetur tamen, probatur; nam hæc duo spectare licet, primò ordinationem hominis ad gloriam, & ad gratiam, seu ad augmentum gratiae secundò modum, qui ordinatur, icticet per meritum, vel sine merito; certe qui meretur de iustitia, ut aliquis ordinetur ad dignitatem aliquam, vel regnum, opus est, ut mereatur regnum ipsum alteri: quod si modus, quo sit conferendum alteri, sit per meritum, & obtinere per meritum cedat in maius bonum ipsius merentis, & nihil interst ipsius remunerantis utrōcum modo conficeret, in modo maius beneficium conferendum alteri per meritum, & dando unde possit præmereri, certe qui meretur alteri, ut conferatur dignitas, vel regnum per merita, hoc ipso meretur regnum illud, & aliquid plus, applicaque maius meritum pro illo, quam si meretur solum regnum. Hoc autem non accidit facile inter homines; accidit autem in propheta. Etenim nobiliss, ac beatus est, hominem esse filii caullam sui boni, obtineretque glorian per merita, quam sine meritis, vt doct S. Th. bie, & Deus in hoc, quod statuit conferre homini gloriam per merita, non querunt aliquid ibi, sed maus bonum nobis, in modo enim ex hoc obstrinxit se ad confundendum plusquam contulisset, si dedisset gloriam sine meritis, quia debet date auxilium ad merendum, scilicet merita ipsa, quae sunt dona Dei; ergo Christus, qui meruit dari nobis gloriam ex meritis, meruit duo, scilicet ordinationem ad gloriam, quod est mereri nobis gloriam, & modum, id est, ut daretur ex meritis, quod est mereri, ut gloria, quam nobis meruit, non daretur in recipia ex meritis ipsius, sed ex meritis nostris, & ut darentur nobis merita à Deo, seu id, unde mereretur. Atque ita benè coherent hæc duo, id est, ut colla

B

C

D

E

F

collatio gloria sit ex meritis Christi; quatenus collatio gloria significat; & supponit hanc duo quæ meruit Christus, debuitque iis applicari meritum tale, & tantum in re, quantum requiritur ad merendam de nullitate glorianam ipsam; similius sit ex meritis nostris, quatenus merent ipsa conferendas in re per merita proportionata. Nec mitum est duplicari meritum de iustitia circa idem premium, quandoquidem in hoc premio, quo conforter à tali remunerante, scilicet Deo, qui non egit merito nostro, duplicantur duas dictæ rationes, ut velut date, & dare ex meritis; hoc ipso enim fit materia duplicitis incriti, eius scilicet, quod mereatur ordinacionem ad premium, quodque obtinendum per merita, & eius, quo quis recipit premium merentur. Et hoc est quod ait Calestinus Papa epist. 1. cap. 12. & Trident. sess. 6. cap. 16. quod Deus volunt nostra esse merita, quæ sunt ipsius dona, & Augustinus 13. de Trinit. cap. 10. dicens dona illa, de quibus dicitur ad Ephes. 4. ascendit in alium, dedit dona omnibus, est esse merita sua.

Atque ex hoc discursu intelligitur, quomodo alia supra dicta, scilicet remissio venialium, & remissio penae temporalis, pro qua nos satisfacimus etiam de condigno, si simil ex meritis Christi: meruit enim Christus, ut homines iusti per opera penitentia satisfacerent pro penitentia debitis, & ad hoc fuit necessarium meritum ipsius Christi ita applicari ad merendum hoc, & cum tanta affirmatione valoris, quanta si solus ipse dehiceret satisfacere, tamet non fuit necessarium applicare opera penitentia, qualem debent applicare nos, sed solum meritoria; quia metet apud Ucum, vt nos possimus satisfacere de condigno, non minus estimatur, quam satisfactio ipsa de condigno.

Negavit Paludan. in 4. d. 10. q. 4. & Ant. 1. p. 11. 10. cap. 3. §. 1. remitti nobis semper penas temporales ex meritis Christi, quia non videbatur ipsi posse conciliari huc duo vt remitterentur simul ex vi satisfactionis nostræ; fed non pugnat, vt iam facta explicatum est. Similiter autem quando animabus Purgatoriis applicantur indulgentiae, remittuntur penæ ex meritis Christi; quando vero non applicantur, non item; quia ibi exigitur pena, & iustitia diuinæ, & non insiccupit ab ipsius ex intentione, & libertate, ideoque dicuntur satisfactio, non vero satisfactio; Christus autem meruit, vt valerent satisfactiones, & opera nostra, non vero vt valerent satisfactiones, & vindictæ, quas de nobis sumit Deus, præferunt extra statum vice, vbi voluntas, & acceptatio nostra nihil confert ad satisfactionem, & merium.

Atque hæc omnia, quæ dicta sunt de gratia, ciuiusque auxiliis, accommodari possunt Angelis secundum sententiam eorum, qui dicunt Christum meruisse gratiam etiam ipsis, excepta gratia, & auxiliis, quæ pertinent ad remissionem peccati, & ad augmentum primæ gratiæ, & gloria. Sed nobis ea sententia non placet, vt diximus circa an. 3. quæst. 1. & circa an. 4. quæstionem 8.

Q V A E S T I O X X .

De convenientibus Christo secundum quod Patri sunt subiectus.

A R T I C U L V S I .

Vtrum dicendum sit Christum esse subiectum Patri,

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non sit dicendum Christum esse subiectum Patri. Omne enim quod

subiectum Deo Patri, est creatura: quia: ut dicitur in libr. de Ecclesiastico dogmatis, in Trinitate nihil est seruum, neque subiectum. Sea non est simpliciter dicendum quod Christus sit creature, ut supra dictum est. Ergo enim non est simpliciter dicendum, quod Christus sit Deo patri subiectum.

2. Præterea, Ex hoc dicunt aliquid Deo subiectum, quod est eius dominus seruum. Seu humana natura in Christo non potest attribui seruum. Dixi enim Dam. in 3. lib. Scientiæ est, quod neque seruum ipsam, sedicere humanam naturam Christi, dicere possumus: seruum enim & dominum non minima, non natura sunt nomina, cognovisque signa sed eorum, quia ad aliiquid, quemadmodum paternitatem & filiationem nominata. Ergo Christus secundum humanam naturam non est subiectus Deo patri.

3. Preterea, Priori ad Cor. 15. dicitur, Cum aut subiectum illi fuerint, omnia, sive ipsa filii subiectum erit illi, qui subiectus omnia. Sed sicut dicitur Hebr. 2. Nunc nequam videtur omnia subiecta ei. Ergo mendum ipse est subiectum Patri, qui ei subiectus omnia.

4. Sed contra est, quod Dominum dicit Iean. 14. Pater noster est mihi, & August. dicit in primo de Trinit. Non immixtus Scriptura virgine dicit, & equaliter Patri Edum & Patrem maiorum Flio: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam serui, sive filia confusione intelligatur. Sed minor est subiectus maieri. Ego Christus secundum formam serui, est Patri subiectus.

Responde dicendum quod cuiuslibet habent aliquam naturam, conuenientia ea que sunt propria illi natura. *Natura* autem humana ex sua conditione habet triplicem subiectiōnem ad Deum. Unam quidem secundum gradum bonitatis: prout scilicet diuina natura est ipsa essentia bonitatis, ex parte per Dionys. primo cap. de Dñis. nomi. natura autem creata habet quicquid participationem diuina bonitatis, quasi radius illius bonitatis subiectus. Secundum, humana natura subiectus Deo, quicquid ad Dei potestatem, prout scilicet natura humana, sicut & qualibet creatura subiectus operationi diuina dispositionis. Tertio modo specialiter humana natura Deo subiectus, quicquid ad proprium suum actum: in quantum scilicet propria voluntate obediens mandatis est. Et hanc triplicem subiectiōnem ad Patrem Christum de seipso confitetur. Primam quidem Matth. 14. Quid me interrogas de bene? unum est bonus Deus. *Ubi Hieronym. dicit*, Qui magistrum vocauerit bonum, & non Deum vel Deum filium confitetur, deficiens hominem, quoniam filium, in comparatione Dei non est bonus. Per quod dedi intelligere, quod ipsi secundum humanam naturam non pertingeret ad gradum bonitatis diuina. Et quia in his quæ non male magna sunt, id est esse maius quod melius: vt Augustinus in 6. de Trinit. ex hac ratione pater dicitur maior Christus secundum humanam naturam. Secunda etiam subiectio Christi attribuiatur, in quantum omnia, quæ circa humanitatem Christi ait, sunt diuina dispositione gesta credentibus. Unde Dionys. dicit 4. cap. Cel. bierarch. quod Christus subiectus est Patri ordinationibus. Et hoc est subiectio seruitus, secundum quod omnis creatura Deo seruit, eius ordinatione subiecta: secundum illud Sapient. 16. Creatura tibi factori deserviens. Et secundum hoc etiam filius dei Philipp. 2. dicitur formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectiōnem attribuitur sub ipsi Ioan. 8. dicens, Quæ placent sunt ei, facio semper. Et hoc est subiectio obedientia Patri, sive ad mortem. Unde dicitur Philipp. 2. quod fatus est obediens Patri usque ad mortem.

Ad Primam ergo dicendum, quod sicut non est simpliciter intelligendum, quod Christus sit creature: sed filium secundum humanam naturam, sive apponatur ei determinatio, sine non (ut supra dictum est) ita etiam non est simpliciter intelligendum, quod Christus sit subiectus Patri: sed filium secundum humanam naturam, etiam si hæc determinatio non apponatur, quoniam tamen conuenientius est apponere ad evitandum errorem Arriani, qui posuerunt filium minorum Patrem.

Ad secundam dicendum, quod relatio seruitus & dominij fundatur super actione & passione, in quantum scilicet serui est

est moueri à domino secundum imperium. Agere autem non accipiuntur naturae sicut agentes, sed persona: alius enim suppositorum sunt & singularium, secundum Philosopham. Attributum iam alio natura, sicut ei secundum quam persona vel hypostasis agit. Et ideo quantum non propriè dicatur quod natura sit domina vel persona, portat tamen propriè dicti quod quilibet hypostasis vel persona sit domina vel persona secundum hanc vel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet. Christum dicere Patri subiectum, vel servum secundum humanam naturam.

Ad tertium dicendum, quod sicut Ang. dicit in 1. de Triunitate, tunc Christus tradit: regnum Deo & Patri, quando infatu, in quibus nunc regnai per fidem, per dulciturum est ad fidei: ut felices videant ipsam officiam communem Patri & filio. Et tunc totaliter erit Patri subiectus non solus in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem divine beatitudinis. Tunc etiam omnia erunt plene ei subiecta per finalem impletionem sue voluntatis de eis: licet etiam modo sint omnia ei subiecta quantum ad potestate, secundum illud Matth. ult. Dicit illi misericordia nostra postulas in celo & in terra.

D V P L E X et sic conuenit Christo, vnum aeternum per generationem aeternam, que non sit creatio: alterum in tempore per generationem, seu productionem, nem, que sit creatio, quod est esse humanum.

Conclusio S. Th. est, Christum esse subiectum, quia hoc secundum esse, quod conuenit iphi, est subiectum. De primo esse nullam ponit conclusionem, ne quidem negatiuum: nam è rationibus subiectiorum, quæ conuenient vni rei comparatione alterius, nullam conuenient Christo secundum esse aeternum respectu Patri, cui est omnino equalis, sed conuenient cuilibet natura inferiori respectu superioris, & omni creature respectu Dei, ac proinde Christo in natura humana respectu Patri. Secunda est secundum potentiam plasmam, & quasi obedientiam physicam inferiore respectu potentiae actiua superioris, & hæc non conuenient Christo secundum esse aeternum, cum sit immutabile. Convenit autem cuicunque creature comparatione Dei, secundum quam dicitur Sapientie 16. creatura. salvo deferenti, ac proinde Christo secundum quod est creatura respectu Patri. Tertia est secundum potentiam obedientialemoralem, quæ est principium agendi in natura inferiori, sequens motionem superiorum, non physicam, sed moralem, videlicet imperium, diciturque subiectum secundum actuam à S. Th. bī: estque inter duas voluntates inferiorem, & superiorum, atque hæc non conuenient Christo secundum esse aeternum, in quo est vna voluntas communis sibi, Patri: et conuenit autem cuilibet natura intelligenti creatura respectu diuinae, ac proinde Christo secundum esse humanum respectu Patri. Has tres subiectiones Christo conuenient probat S. Th. auctoritate Scripturae, & Patrum.

Citata responsione ad tertium, vbi tradit S. Th. sensum illius loci, ad Corin. 15. Ceterum autem subiecta fuerint illi omnia, non & ipse sibi subiectus erit ei; notwithstanding est varias fuisse eius loci expositiones. Prima est eorum, qui verbis subiectus, accipiunt secundum diuinitatem, ut declaretur mira virtusque consensio, ac filium Deum quidem esse, sed à Patre genitum, omniaque ab ipso exiam diuinitatem accepisse, ut verò Apostolum subiectiorum nomine ex abundantia, & hyperbole, ne quis forte suspicatur maiorem insellam potentiam filio, quam Patri, quod ex quo impium est ac dicere, Patrem esse filio maiorem. Ita expouit Chry-

stost. & Theophylactus, & non obscurè insinuat Ambrosius his verbis: Tunc & Christus proper emittat auctoritatem Patris, Domini quidem ostendat, sed de Deo, ut unus principi subiectus, & ineffabilis anterior in membra. Verum hoc explicatio est diutoriæ enim filii cuo quid omnia accipiunt a Patre, ideo et Patri subiectus, sed par honore, nec est cur affirmetur Patre maior. Alij ergo accipiunt hoc dictum Apostoli de Christo ratione humanitatis; itaque

Secunda explicatio est, vt dicatur Christum fore subiectum, vbi fuerint subiecta omnia, non quidem scipio, cum semper fuerit subiectus, sed in suis membris, in quibus iam nou est omnino subiectus, cum non sint iam subiecta omnia; erit autem, quando omnia subiectientur. Est Origens hom. 2. in l. 36. Nazianzen. apud Theophyl. & orat. 36. Nilieni orat. in libro Apostoli verba. Cyrilli lib. primobuscarum cap. 6. lib. 10. cap. 8. Athan. lib. de Incarnatione Christi, circa finem, August. lib. 8. questionum q. 63. Ansel. in hunc locum. Laudem sequitur S. Th. bī: fauent verba subiecta Apostoli, ut si Deus omnia in omnibus. Quibusdam non probatur illa tautologia, quod videatur bis dici Christum subiectum, primum cum dicunt omnia fuisse subiecta, si ex eo, quod Ecclesia sit mysticum corpus Christi, nomine omnium comprehendenter Christus; secundum cum dicunt Christus subiectus: sed non est illa tautologia, verum argumentatio, seu transitio à signo, seu re representante ad tem repräsentantem, nimirum iam Ecclesia non est plene subiecta; ergo nec Christus in illa. Rursus est plene subiecta; ergo & Christus in illa.

Tertio alteri exponi potest hic locus, ut nomine subiectiorum Christi significetur terminus, & definitio cuiusdam forma: regnandi ipsius Christi, quæ non erit perpetua, propriè cuius regni def. etiam videtur Christus quasi redactus ad statum vita priuata: duplex enim est Christi regnum, alterum perpetuum, quod est dignitas quadam, & praesidencia ablique munere, & exercitio regendi, prouidendi, iudicandi, &c. & hoc est, quod exercet in celo. Alterum est non perpetuum, simile regnis huius mundi, quæ consistunt in dicta gubernatione, prouidentia, &c. & hoc sepe vocatur regnum, & quidem caloronum à Christo in multis parabolis, sementis, agri, &c. quod regnum consistit in eo, ut producantur homines ad obedientiam, & subiectiōnē Dei, ad quani vbi fuerint reducti omnes, qui secundum aeternam prædestinationem reduci debent, ecclasi hoc regnum Christi, & manet in suo ordine, ipse quidem immediatè subiectus Deo, alij vero subiecti ipsi, id est antefactores gradu, & recognoscentes sua bona ab ipso, cōque mediante subiecti Deo: vt scilicet non sibi aliud subiectis omnibus, Christum esse subiectum, quām non regnare amplius illa forma regnandi, solūq[ue] relinqui sibi subiectiōnem, quam habet cum Deo, dicique tunc peculiari ratione subiectum, quia vbi priuū subiectus erat sine aliis, postea secum reddit subiectos alios. Hanc expositionem confitit verba Apostoli precedentia, deinde finis, cum traducatur regnum Deo, & Patri, cum encyclopiæ omnem principium, & pœnitentiam, & virtutem: aporet autem illum regnum, donec posset omnes in omnibus sub redditibus eius. Nota illa verba, deinde finis, & illa, oportet illum regnare donec; significant enim dictum regnum temporale; quare subdit, cū autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse sibi subiectus erit ei, qui subiectus sibi omnia, ut si Deus omnia in omnibus. Nota illud, ut si Deus omnia in omnibus, nimirum quia factus est subiectus Christus immo cū alius, quomodo potest conciliari cū hac superiōr expensiō, dicens sibi tunc, ut Christus subiectari in suis membris. Est autem subiectio hæc, quam habuit semper

per Christus, quāmque habitur sunt omnes electi, finito mundo, perfecta coniunctio cum voluntate diuina, vt non possint vñquam ab illa deficere, iudeo que non est subiectio, sed laborios, fed filiorum, & beata, qua alias solet vocari libertas ad Rom. 8, in liberaciu[m] gloria filiorum Dei, e[st] contrarium verò vacate hac subiectio[n]e, vt vacante reprobis, est summa miseria. Hoc sensu, subiectio[n]em hanc accipi Nissen. oratione, his verbis, Dei subiectio est perfecta, & omni ex parte absoluta a malo abalacionis: Christus ergo in resurrectione subiectus Patri, quia in eo omnes filii, & electi Christi semoti erunt ab omni malo, tuncque suscipient boni principiatum, & ap[er]tissime coniungentur cum deitate, eiusque immortalitate, regno, & felicitate: arque tunc Deus erit omnia in omnibus, quando nullum erit malum in iis, quae sunt, non potest enim Deus esse in malo, sed necessario est in omni bono, &c. Tertullian. lib. aduersus Præcam. c. 4, accipit hunc locū de regno temporali Christi, his verbis: Siquid Apololus scribi de ultime fine, cum tradidisti regnum Deo, & Patri, &c. & post pauca, Cum autem subiecta erunt illi omnia, absque te, qui ei subiectio omnia, tunc & ipse subiectus illi, qui ei subiectus omnia, tu si Deus omnia in omnibus, videmus igitur non obesse monachia filiorum, et si bodes apud filium est, quia & in suo statu est apud filium, & cum suorum regnorum patri a filio, na eam nemo hoc nomine distinxerit, si filium admittat, et irradiam eam a Patri, & a quo quandoque regnendum patri contat. Hec Tertulli. ubi plane sentit regnum, de quo Paulus loquitur, habitum finem aliquando, atque ea ratione tradi, ac restitui Patri, a quo Christus accepterat.

DISPUTATIO XIII.

An Christus fuerit subiectus legibus,
& præceptis.

ONSTAT Christum fuisse capacem præcepti, quod ostenditur polita tripli veritate. Prima est, quod in Christo fuerit voluntas creata distincta à diuina, vt probatum est circa questionem 18. Secunda quod vbi sunt due voluntates possint inter illas intercedere pacata, contractus, satisfactio[n]es, imo & offensiones, attenta distinctione voluntarum, nisi aliunde aliquid obliter ex parte suppositi, vel interuenient aliecius causale extrinsecus, quod probatum est supra circa articulum secundum questionem 1. Tertia, quod earum voluntatum, quae fuerunt in Christo, una erat superior, & diuina, altera creata: quare inter illas non solum poterunt intercedere conuentiones, & officia iustitiae, qualia solent inter aquæcales; verum etiam qualia debent esse, & possunt esse inter voluntatem superioriem, & inferioriem, etiam, & incrementum Dei, & naturæ creatae, cuiusmodi officia sunt pactum quadrangular, seu speciem iustitiae, quæ dicuntur potentiales, scilicet religio, gratitudo, obediencia ex parte voluntatis creatae; ex parte vero inceptarunt sunt fundamenta, & obiecta datum virtutum, scilicet excellentia diuina, beneficia præcepta: ergo Christus secundum voluntatem creatae subiectus præceptis latè à voluntate diuina, sive positiu[m] latè pro loco, & tempore, sive natura lib[er]tatis, latè à Deo per creationem intellectus, & voluntatis, quæ ex vi creationis, operaque conditoris, trahent lumen, & impressionem horum præceptorum. Hæc illatio positus dictis tribus principiis, est evidens: nam si voluntas Christi ponetur in supposito, distincto à diuino, non est dubium, fore ut

A intercederent huiusmodi iam dicta officia: at certe ostensum est circa dicam questionem primam circa articulum secundum ex sola unitate suppositi non tolli commercia, conuentiones, &c. voluntatum; ergo eadem manent. Secundò voluntas Christi egit directione voluntatis diuinae; ergo est capax præcepti. Antecedens probatur primo, quia Christus prohetuit sequi se non suam, sed Dei voluntatem, Ioan. 5. Non quo voluntatem in am, sed voluntatem eur, qui misericordia. Et cap. 6. defendi, &c. Huius autem ratio alia non est, nisi quia vel subiectus mandatis ipsius, vel saltem quia penderat ab illa secundum directionem in rebus agendis. Deinde quia nulla voluntas extra intercedat, & diuina, est essentialementer sibi regula rectitudinis, omnis enim rectitudinis regula, est diuina ratio, & voluntas; omnis igitur voluntas egit directione diuina, quam Deus det eo modo, quo voluerit. Nam probatur consequentia, quod sit capax præcepti; quia voluntas, quæ non est sibi regula rectitudinis, sed penderet essentialementer a superiori voluntate, naturaliter est natura, & facta ad parentandum, & naturaliter est capax superioris, à quo possit obligari; quod si de facto Deus potest imperare omnibus, qui sunt capaces obedientiae, poterit & voluntati Christi. Huc spectat quod habetur ad Hebr. 10. & P[ro]p. 6. In capite libri scriptum est de me, et faciem voluntatem tuam; vbi cùm varie explicantur particula illa, in capite libri, voluntibus quibusdam notari intiu[m] Euangeliu[m] Ioannis, alius initiu[m] Genesie, alius secundum cap. Genet. vbi latum fuit præceptum Adamo; alij tantum, & rectius exponunt summam libri, id est, id, quod maxime instituit Deus, ne[m]pe, vt Christus faceret eius voluntatem. Arque haec dicta sint de capacitate præcepti; quoad rem verò ipsam de facto, constat primò, Christum fuisse subiectum præcepti diuinis naturalibus, nam esse essentiialiter rectam voluntatem rectitudine naturali, conuenit solum voluntati diuinae, Christi vero voluntas cùm sit creata, & spectata natura sua intrinsecè potest dehinc, duo habet à Deo: unum innatum, & impressum, quod est cognitio, & lumen dictans non debet dehinc; quod dictamen cùm non aferat necessitatem voluntarii, nec ipsa per se eam necessitatem habeat, habebit rationem mandati, quatenus est à Deo, & eis expressio impella voluntatis diuinaliterum verò, quod habet, est extrinsecus, scilicet superius diuinium, & auxilia extrinseca, qua secundum affert suprà memorata circa questionem 15. Secundò confitat Christum non fuisse subiectum legibus humanis: habetur hoc ex cap. 17. M[atth]ub. vbi Christus cùm ageret de lege tributi, dixit de se: ego liber sum filii; ex quo loco ad hoc probandum argumentantur Scholastici in 4. d. 44. vbi S.Th. Bonav. Soro, & alij, Tertiere, lib. 4. summe p. 4, cap. 37. referens contrarium errorem Marcelli Patauini, damnatum fuisse à Ioanne XXII. Confitat tertio, Christum non fuisse subiectum legibus à se latis, quamvis enim Legi uox. C. de leg. dicitur Principem suis debere legibus sese subiectare; id tamen verum est de legibus sanctis: vbi bona ex quæ commune Principi, & subditis, vel causam exigitatis, & iustitiae communem; sunt enim quædam leges, quæ aliquid eiusmodi non continent, & his non subiecta Princeps. Postò ex legibus, à Christo latitis pro Ecclesia, nulla est, quæ ad eius bonum, & mores faciat.

Difficultas est de legibus diuinis positinis veteris Testamente, sive enim vtrique rationes. Quod enim Christus non fuerit sub legi, probavit primò Matth. 12. vbi ad confutandos Iudeos, accusantes violatio[n]em sabbati, nihil aliud profetit Christus ad sui defensionem, nisi auctoritatem supra sabbatum, Deuteronomio est filius hominis ei[us]m sabbati. Atque hinc ait Aug.

Aug. lib. 99. in Mank. q. 10. voluisse Christum ostendit, se non esse subiectum legi, quia erat filius Dei naturalis, & dominus iusti. Secundò lex erat umbra futurorum, id est, Christi, qui erat eius finis, & terminus; propterea dicitur ad Galat. 3. postea, donec venire fecerit, id est, Christus; ergo non solum non habebat Christum, verum celabat in Christo. Tertiò Gal. 5. dicitur, *Spiritus dumcum, non est sub lege*. Christus autem quatenus homo ducebat spiritum, & quando Deus erat spiritus. Quartò ad Rom. 6. dicitur, *Peccatum vobis non dominabitur, non enim subiectus es tu sed sub gratia*; quod si Christus quis est ex quo sit sub gratia, non est sub lege, multo minus enim sub lege Christus auctor gratiae. Confirmatur ex Aug. ad Hieronymum de Petro, & Paulo reprehendo, vbi explicans id, quod dicit Paulus de eo, qui est sub lege, inquit: *Hoc ergo damnabiliter dicit est sub lege, quos reos facit lex, non implentes legem*, &c. & statim, pleniora enim legis est charitatem; charitatem autem diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, &c. Christum vero lex non fecerat. Idem probat Soto in 4. d. 2. q. 1. in fine, co argumento quod lex illa data fuerit populo Iudeorum profecie, & postteritate sua, que propagabatur per seminalem rationem a progenitoribus; ergo Christus, qui hoc modo genitus non erat, non erat subiectus legis. Hanc sententiam legitur S. Th. infra 4. 37. art. 3. ad 4. vbi tam Christum, quam B. Virginem in his, que ad Christum pertinebant, negat sive obligatos legi.

Ex alia parte, quod Christus fuit legi subiectus, probatur ex cap. 4. Matth. Non enim fulere legem, sed adimplere. Ad Galat. 4. *Misericordia vestra sum factum sub lege*. Probatur etiam auctoritate Patrum; Athanajii in disput. cum Arrio circa finem, que habetur tom. 4. Cyrilli Alexand. lib. 2. de fide ad Reginas. longe post medium, & in epistola ad Monachos Aegypti, sub nomine, que habetur in 1. volumine Concilii Eusebini cap. 1. & 5. dicentes Christum sive subiectum legi. Ultimo circuictio aggregabat homines populo Iudaicis, faciebatque subiectos legi, dicente Apostolo ad Gal. 5. *Testificari omni homini, circuncidemusque, quia debetur est unius legi facienda*. Huius sententia; cfr. Joannes Medina C. de l'antiquité, 3. q. 1. Ut statuatur quod sit sentiendum oportet primò commemorare varia genera legum, & videre, quibusnam subiectus fuit Christus. Secundò oportet distingue-re, quid sit subiecti legibus. Inter leges veteres, quadam continebant ceremonialia, videlicet omnia sacrificia, circumcisio, nomen, similitas, & id genus alia, quia quidem quoniam figura erat eorum, quae in Messia, & à Messia peragenda erant; ideo ipso adiungente cessare debebant, non ramen statim, sed certo quoddam tempore. Huc accedebant sacramentalia, seu Sacramenta, videlicet signa futurorum, qualis fuit agnus paschalis, vacca rufa, & cetera instituta ad significandam Christi passionem, & mortem. Secundò in lege illa continebant promissiones futurorum bonorum, scilicet Gentium conuersio, peccatorum remissio, &c. Quomodo saepe Augustinus sit legem veterem, qua data est in monte Sinai contine-re promissiones, & est legem promissionum quibus figurabatur semperitia arce celestia, que sunt propria nostra legis, & in hoc distinguuntur duas leges. Sic habet lib. 18. *Quoniam est in aliis, & lib. 20. 6. 28. & in lib. de spiritu & litera c. 21. & aliis*. Et quoniam promissiones dicantur lege contineri communione, qua quidquid traditur à Moysi simil cum lege dicitur lex, & lex veterisram potest dici etiam quia participat aliquo modo rationem legis. Primum quia praecipiebar Iudeis facere ea quibus significantur futura bona legis non, & inde manabat quia non obligatio ad Christum implendi promissiones illas sine expressa praecipto positiuo, sive non. Secundò quia promissio-

cit quædam obligatio, & quando fit ciuitati, seu universitatì ad reparandum id quod per ruinam petiri, per se obligat, etiam si simplex, & non acceperata, i. positione. *Proper incendium, & lab. causam. ff. de pollicitate* autem promissiones sunt facta hominum universitatì ad reparandum gratian, que petrit in Adam. Porro promissio facta à superiori exequenda per personas libi subiectas obligat illas per modum legis, & est quædam priuata lex, ergo promissiones supradictæ factæ à Deo, & implenda per Christum, habebant aliquam rationem legis respectu ipsius, si fuerint adimplenda per mortem, atque habuerit Christus peculiares præceptum moriendo, sive absque morte, alio modo. Tertiò iudicialia, scilicet parva delictoria, oculum pio oculo, dentem pro denti, &c. Dem. 25. Quartò moralia, scilicet decem præcepta, quæ erant mandata legi veteri potissima, licet alias contingenter in lege natura.

Iam vero ut non disputeremus, an ex modo, & ratione, quia Christus censibet de populo Iudaico, scilicet solum secundum corpulentam substantiam, & non secundum rationem feminalem, esset subiectus legi illi, vel non; illud certum est ex modo, & intentione, qua fata est illa lex populo Iudaico, comprehendente etiam Christum, comprehendens ipsum etiam quod ceremonialia, & sacramentalia, sed non eodem modo, verum alter obseruanda ab ipso, alter ab aliis adimpletio, & obseruatio aliorum con-sistebat in significatione, id est, ut exhiberet signa eorum, quae per Christum exhibenda erant; obseruatio autem, & adimpletio Christi erat exhibere res ipsas significantes, non vero figuræ, & significationes: illas autem perficere, atque integrè præfert, iceire dicitur adimpleuisse legem vetem: & de hac im-plezione, atque de hoc genere obseruantia loquuntur plerique Scriptura, quæ profeti solent ad probandum, Christum sive obseruatorum legis, non vero de obseruatione signorum, nimurum Matth. 5. *Vobis patre, quoniam veni solvere legem, aut Prophetas, non veni solvere, sed adimplere*. Nota verbum, aut Prophetas, quod denotat agere de lege, quatenus concurrit cum Prophetis in pronunciando futura per Christum, illa quidem signis, hi autem verbo: & subdit, *daret transfiguracionem, & terra, iusta venit*, aut enim apex non præteribit à lege, donec omnia fieri. Ille modus, & exacta obserua-tio respicit finem legis, & res significantes, de quibus, vi notari, etiā fermos, non enim studuit Christus exactè per singula minutissima ceremonias, figuræ, &c. Hoc etiam significat id, quod habetur ad Gal. 4. *Fatigatum ex muliere, factum sub lege*, id est, simul factum à Deo cum his circumstantiis, videlicet ex muliere, & sub lege, quod est esse factum ad normam, & præferritum legis, præfribentis, & præsignificantis, qualis esset futurus Christus. Idem habetur Ioan. 19. *Fatigata sum, ut adimpleretur quod dictum est, et non consummatus est eo*. Et ad Colos. 2. *Nemo vos inducit in ebo, aut in poro, aut in partie diei nisi omnes, que sunt umbra futurorum, corpus autem Christi*; comparat ergo Christum ad illa, sicut corpus ad vimbras. Ceterum illud obseruare oportet, quod quoniam lex illa compre-hendet Christum, & Iudeos secundum dictam diuer-sitatem opertum, nihilominus Iudei obligabant ad exhibenda dicta signa ex vi legis: Christus autem non obligabatur ad exhibendas res ex vi legis illius, an vero habuerit speciale præceptum moriendo, quia morte lex impliebat, dicunt infra. Verum propter id, quod futurum erat, & statutum ficeri per Christum, & à Christo, sive præcepto, sive absque præcepto, data fuit lex, quæ præcepit fieri signa tui, quæ futura erat, & destinata; non vero quæ præcepit fieri quod destinatum erat.

Igitur

Igitur ad questionem, qua queritur an Christus fuerit obligatus lego illa, dicitur non sussice ligatum legibus ceremoniarum, &c. quia lex illa pertinebat ad ipsum, ut finem, non ut medium; & lex non praecipiebat finem, sed supponet constitutum, & ordinatum, sive per aliud praeceptum, sive non; & solùm praecipiebat media. Nihilominus eti lex attenta natura, & ratione legis non comprehendebat Christum; non tamen repugnabat ipso, idem liberum sibi erat illam feruare. Erat etiam liber ratione supremæ potestatis Principis, & Domini, quam exercetabant Principes liberti sunt obseruatione eorum legum, quæ non pertinere ad personam ipsorum, ut supra dicebatur: non pertinet autem ad Christum, ut iam dixi, figuræ exhibeant, cum sit res significata. Hoc ipsum probant, quæ super illata sunt pro priori parte ad Gal. 3. vbi dicitur lex posita, donec venias semper &c. & Matth. 17. De mons est filius hominis etiam Sabbati.

Ex his confar fecundò quid sit dicendum de promissionibus legis, quæ nimis erant de rebus significatis per leges ceremoniales, & sacramentales, videbatur Melliss aduentus peccatorum remissio, conuersio Gentium, extera salus, quæ promissiones siebant per alias quasdam figuræ, quomodo per terram promissionis significabatur cœlestis patria. Has promissiones Christus impletuit nascendo, moriendo, ascendiendo, &c. Præterea plerique promissiones erant de rebus temporalibus, ut significarent spiritualia, quas Christus impletuit exhibendo spiritualia Matth. 19. *Omnis qui reliquæ patrum, &c. censum accepit, & vitam eternam possidet.* Lucas 6. *Beni pauperes, quoniam verbum regnum Dei.* Indicantes leges, ut nimis duræ mitiganda erant per Christum in noua lege; ad ipsum vero dum viueret nondum constituta forma regimientis Ecclesie, non pertinebant, cùm non administraret iudicium, & iustitiam politicanum: significauit tamen propinquum suum mitigandi illas, cum allegantes legem Mosis de lapidanda adulteria reuocauit ad cognitionem sui; & præterea dixit: *Nec ego te condemnabo, vade,* &c. Ad extremum, quod attinet ad moralia, ea quidem quacunx sum p̄cepta nature, dictum est infra, quæ admodum Christum obligarent: quacunx autem erat mere legalia sine gratia, quæ non est nisi per Christum, solum inducebant cognitionem, & conscientiam obligationis præstandi bona, & cauendi mala: cùm hæc non posset homo suis virtibus præstare, & illæ nullum auxilium afferrent; nil aliud operabantur vi sua, nisi grauare onere, excitare appetitum transgrediendi prohibitiæ, ut fæp̄ air Aug. ex Apostolo ad Rom. 7. iudicare, damnare reum transgressionis legis. Itaque subiici legibus duo significat, primò obligari obseruatione ipsam; secundò premi legibus, & onerari modo, & ratione iam dicta ob defectum gratiae, quod saep̄ Apostolus explicat ad Rom. 7. Christus ergo primò modo sicut subiectus, non item secundo modo, de quo modo auctoritates allata ex Apostolo ad Rom. loquuntur.

DISPUTATIO XIV.

An Christus habuerit speciale præceptum morienti pro hominibus.

Vero non fuerit Christo iniunctum tale præceptum, probare videtur primò libertas illa, quam testatur Christus se habere ponendi, vel non ponendi animani suam, Ioan. 10. & quod videatur positum in eius potestate affecti gaudiosi vel supplicio crucis, ad Hebr. 12. qui prep̄posito si Is. Regule in 3. p. D. Th. n. 1. post.

A bigaudio suavitatem crucis. Confirmatur auctoritate Chrys. hom. 59. & 74. in Ioan. & hom. 7. in epist. ad Philipp. vbi mandatum, quod ait Christus accepisse se à Parre, dicit non esse leuile, sed inflat illius, quod solet etiam amicis iuungi, & Basili. lib. de Spuria falso cap. 8. negat fuisse Christo impunitum præceptum.

Palud. in 3. d. 1. 2. q. 2. art. 3. & Dionysius Cisterciensis in 3. q. 3. 2. concl. 6. negant Christum huiusmodi mandatum accepisse. Fundamentum est, quod Christus sit solitus legibus, & quod mandatum repugnet cu perfecione meriti de condigne. Nihilominus verior est S. Th. sententia, quod Christus verum, proprium moriendi mandatum accepit. Ita habet sibi q. 47. art. 2. 1. q. 42. art. 6. ad 2. Fundamentum est, quia Christus propter accepisse se mandatum a Patre mortiendus in Ioan. 10. cùm enim dixisset, *Potestatem habeo ponendi animam meam, &c. statim subdit, hoc mandatum accepit a Patre meo, vbi seruorem esse de vero mandato, colligi potest primum ex eo, quod hac verba subiuncta præcedentibus, potestatem habeo, &c. declarant eam esse protestatum, libertatemque à coactione, seu necessitate, præterim extrinsecus, quam maximè notant illa verba, nemo tollit eam a me, non vero à præcepto, ideo subdit, hoc mandatum accepit a Patre meo, id est, deo eligo, & volo mori.* quia Pater hoc nichil mandauit, non vero quia alius potestia compellar: mandatum ergo Patris est, quod substituit loco potestia compellantis, non vero sola Christi libertas; ergo vero accepit mandatum.

C Deinde probatur, quia vbi nil obest, nō consert dignitat Christi verba accipi in proprio sensu, non est ab illo recedendum: ut vero Christum seruare præcepit Dei, quod profiteret loco cit. itemque Ioan. 15. Si præcepta mea seruaueris manebis in dilectione mea, sicut & ego præcepta Patris mei seruavi, & manebus in eius dilectione; nil detrahit, inquit consert dignitat Christi, si accipiant dictum in proprio sensu, ergo ita est accipendum. Maior est certa, & minor probatur ex tripli capite; primò ex ratione virtutis obediencie, & comparata cum natura, quæ est eius capax. Secundò ex eadem comparata cum fine, propter quem mores à Christo sufficiunt. Tertiò ex præstantia finis, & consideratione agentium supremi, & subordinati, quæ agunt propter talium finem. Iam ex primo capite conflat ex supradictis Christum esse capacem obediencie ex ratione, quod eius voluntas non sit sibi regulæ via rectitudinis, sed subiaceat supremae regulæ viae, scilicet Deo, &c. obedientia autem in natura capaci ipsius, est nobilissima virtus; neque obicitur, quod sit tantum natura creare, non vero increare; nam & religio est virtus nobilissima, & tamen solum concuerit natura creare in ordine ad Deum: aequi in vniuersum quānis subiecti notet inferiorem gradum, cui sit aliud superior; tamen in natura, cui concuerit subiecti per se, præstent Deo, est perfectionis, & nobilitatis, cùm ex hac subiectio- ne, & subordinatione tueatur suum ordinem, suamque dignitatem tibi conuenientem. Confirmatur, nam fieri extra terminos sui gradus, sibi conuenientis, ad gradum non conuenientem, est turpe, & indecorum, cuiusmodi est terrena superponi æri, natura creata vel le fieri similem increata, quod optinuit Lucifer; ergo stat in gradu suo subiectio- nis, & obedientia est per se noble, ac decorum. Confirmatur secundò, nā pertinet ad rationem iustitiae tribuere cuique quod summum est in suo gradu, cui tributū, tributum; cui honorum, honorem, &c. quod pertinet etiam obedientia, iustitia vero est virtus nobilissima.

D Ex secundo vero capite, scilicet ex fine, militat illud argumentum, quod finis Christi non solum fuit satisfacere Deo exhibendo satisfactionem sufficientem, & debitam secundum valorem operis, verius erat

etiam debitam, & accommodatam ex natura operis, nempe non tantum reddendo honorem Deo, verum illum honorem, qui ablatus est, & in eo genere, in quo ablatus est; tunc pro pena debita peccato, intentio eius fuit satisfacere non solum valore operis exhibiti aequivalens pena, verum etiam penitatis sensibilibus, & doloribus. Honor autem sublatus Deo fuit, qui exhibetur per obedienciam praeceptorum; ergo hunc in specie debui Christus restituere, ut videlicet penam mortis non supererter electione sua, sed mandato Patris, restituereque sublatam obedientiam. Id quod graphicè descripsit Apostolus cap. 5. ad Rom. Sicut per unum inobedientium, peccatores contulsi sunt multi, ita & per unius inobedientium, iussi contulerunt multi; quem locum appositi ad hanc rem expendit Cyrillob. 10. in Ioan. cap. 11. & Origenes hom. 2. in Can. Similiter ad Philippi. 2. dicitur, factum obedire usque ad mortem. Sancti nomen obedientia tum per se in propria acceptione respondeat praeceptori, tum maxime opponitur inobedientia praecepti in circumstantiis, quibus ponitur ab Apostolo in loco citato ad Romanos. His autem particula illa factum, & constantia, & fortitudo usque ad mortem, notant veram obedientiam, quia haec virtutes non sunt conites cuiuscunquam obedientiae, sed verae, & perfectae. Præterea de præcepto Christi intelliguntur psalmi 39. in illo versic. quem Apostolus applicat Christo, in capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deum meum volui, & legem tuam in medio cordu mei; ubi quam prius vocularat voluntatem, statim appellat legem. Fauet August. in hunc Psalmum, qui vult per principium libri intelligi primum Psalmorum omnium, eo quod ibi dicatur, & in lege Domini voluntas eius. Huc tonynus vult hic dic legendam a Christo illam, de qua dixit, non veni solus, sed adimple te. Et de hac voluntate tanquam de legi loquatur Christus cum eraret in horto; verba eius illa Luce 22. Sicut transfirat & Marci 14. Transfer calicem hunc a me; denotant potestatem hanc, libertatemque circa mortem subeundam, vel non subeundam; non iam esse penes se, sed penes Patrem, à quo agebatur ad mortem non vi, sed præcepto: nam si fuisset penes se libertas nullo intrupatio mandato, sed solum propositione boni cum consilio, non recte diceretur, transfer. Sicut vsq. &c.

Dices, præpositio obiecti erat præpositio summa, extremaque necessitatis, quia obligat Christum legi charitatis ad subeundam mortem, ut occurset illi; ergo absque superaddito præcepto sola dicta præpositio et ratio sufficiens dicendi transfer, & sibi, &c. Videtur autem hoc confirmari verbis Matth. 26. Si non posse hic calix transfire, &c. sicut voluntas tua; ubi particulata, si non posse, significat necessitatem extam ex obiecto, & natura rei, & non ex voluntate solum præcipiente. Sed primùm hoc modo non tollitur præceptum, sed solum variatur, ut non sit diuinum positivum, sed diuinum naturale, idque non simpliciter obligans ex natura rei, & obiecti, ut pleraque præcepta naturalia, (non enim habet connexionem necessitatem per se mōrē Christi cum salute hominū, ut per hanc debeat obtinere, & sine hac nō possit) sed solum ex suppositione institutionis, & voluntatis diuinæ, quia voluntus alio modo saluos facere homines, nisi saluo iustitia rigore, & rursus hoc rigore seruato in tali persona, scilicet filio, vnitio tali natura, scilicet humana, & tali individuo naturæ, cum hinc dubio potuerit, & sine rigore, & cum rigore seruato in alio individuo naturæ humana, vel angelica, vel in hoc individuo absque supplice mortis; ergo tota vis præcepti fundatur in voluntate diuina, quæ noluit alio modo sibi fieri, nisi de rigore, nec alio rigore, nisi iam dicto: ac proinde obligatio assertur à voluntate

A divina: at certo perinde est obligare mediate, vel immediate, & quādquādēm nihil obstat dignitati Christi obligari immediate, sed magis confort, ut dictum est, præstat dicere receptile præceptum immediate. Verba etiam allata Matth. hōc portus confirmant, hanc verbo illi, si non fecit transire, opponunt illa, fiat voluntas tua, quo planè declaratur illud, nos posse, prouenire à voluntate Dei obligante.

Demum dicta assertio probatur ex tertio capite, scilicet ex præstantia finis, qui per se est primum agentis, & primum cauila, cum quo comparatur Christus homo, & agens subordinatum, cuius non est proprius finis, idque non operatur propter illum, nisi motus à prima cauila, primoque agente. Etenim primū agens in physicis non potest secundum motione physica ad agendum proper suum finem. Sic calum mouet elementa ad propagationem, & generationem rerum propriæ conseruationem Vniuersitatis; in moralibus autem imperio; etenim si volitus-finis est efficax, applicatio mediiorum debet esse efficax. Est autem duplex efficacia, altera ex parte obiecti præpositi, quomodo voluntem motet efficax præpositio boni, ad quam pertinet in moralibus gratia excitans, illuminans, tollens impedimenta, &c. sed haec non est motio secundum subordinationem cauilla superioris, & inferioris; nō præpositio obiecti potest fieri interdum agenti superiori ab inferiori; præterea stante illa manet libertas, non solum physice, verum etiam moraliter in voluntate, cui fit præpositio obiecti, & iuxta hunc modum efficacia mouentis solum potest fundari in præstitione, C quia videatur quid satura sit voluntas cum tali, vel tali motione, & habetur efficacia, secundum quod præuidetur fore ut velit, vel nolit, non aut in ex natura, & ratione motionis. Altera ergo efficacia est ex parte motionis, & determinacionis, inveniendat ipius voluntatis ad operandum propter finem superioris agens secundum modum, quo acta est motu, & secundum determinationem, ac necessitatem, quam voluntas libera apta est recipere ab agente, & noui ab obiecto, præterim summum bono, qui modus, necessitas, ac determinatio est moralis, & nō physica; noui enim aliam efficaciam adhibet potestas superior, agens per intellectum, inferiori agenti per intellectu, & voluntate, quatenus est agens per voluntatem, nisi moralis, quia est mandatū obligans, & operans, vt non sit liberus inferiori nō agere quod præcipitur. Cū ergo in te proposita sit locus fini proprio primi agentis Dei, quem ipse efficaciter vult, & vult per opus libertutis agens inferioris, sibi subiecti, sique proinde locus subordinationis agentium in ordine ad finem supremi, consequens est eile locum motionis, & determinationis, quæ fiat per præceptum. Atque hanc rationem breviter attingit S. Th. loc. cit. exemplo militis operantis mandato dicens, propter victoriam, applicans illud Prou. 21. Vir chevalier loquens vitoriam. Confutatur ergo ex his, & superius dictis, Christi esse capacem præceptis præceptio subiecte esse è dignitate ipsius; tē, quæ præcipitur, esse aptam materiali præcepti, finem, ob quem præcipitur, & c. dignum præcepto diuini supremi Domini; dignissimum, ut illud fiat tali homini, & iuste Christo. Atque propterea merito accipietas esse in sensu proprio Scripturas, quæ loquuntur de præcepto, in iunctu Christi. Sed præter dictu præceptum speciale mortis, sunt etiā alia quādā Christo inuncta, cuiusmodi habetur Deus. 18. vbi secundum omnes catholicos Doctores de Christo venturo dicitur, Ponam verba mea in ore eis, & loqueretur quæ præcepere ei; & Christus Ioan. 2. Quid misisti me Pater, ipse mandatum mihi dedit quid dicam; & quid loquar; vbi est latum præceptum Christo prædicandi. Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Eadem est sententia Cyrilli lib. 10. in Ioan. cap. 20. Aug. trall.

tral. S. 2. in Ioh. & Ambro. lib. 5 de Fide. cap. 5.

Ex his iustificatur etiam argumentum pro contraria parte adductu[m] ex Ioh. 10. Ad confirmationem ex Chrysostomo & Basil. Toletus in capitulo 10. Ioh. anno. 14. plane concedit Chrysostomum & Basilium fusile in contraria sententia. Alij vero, ut Suarez notans, & recte Chrysostomum agere contra Arianos, voluntates filium Dei secundum voluntatem suam propriam, & secundum quod diliguerunt ab humanitate, mandatum accipere, ut probarent esse inferiorem Patrem, ideo Chrysostomum solum voluisse volete id, quod est imperfectionis in recipiendo praecepto, quam explicatione videatur de d[omi]n[u]i S. Th. q. 47. art. 2. ad. 1. qui refert h[oc] verba Chrysostomi. Non est intelligendum quod prius expellauerit andream, & opus ei fuerit discere; sed voluntariu[m] non frustrauit processum, & concurritus ad Patrem suspicionem destruxit. Quibus verbis similia sunt Basilij loco cui vbi tractans locum citatum Ioh. Secundum mandatum dedit mihi Pater, scilicet subdit: Non quid significat ab imperante domino occasione expectant, ideo talibus voluntatis verbis, sed ut declareret suam mentem per naturam unitatem. Et in duabus cum Patri confessum, cum Patre conuoluit esse. Resert autem Basilios hanc mandati traditionem ad communicationem artem, quam Pater cum natura communicauit filio etiam voluntatem. Hoc etiam facit Ambrosius in id p[ro]l. 39. In capitulo libro scriptum est de me, &c. & tamen ibidem praeferat voluntatem Christi diuinam, que non accipiebat mandatum, ut inferior, sed solum communicationem voluntatis diuinae per generationem, agnoscit Ambrosius voluntatem carnis, que mandatum agnoscit, quam propter nec negat Basilios. Itaque scilicet imperfectionibus, quas affert mandatum, siue voluntati diuinae, cui tribuebant illis Ariani, siue voluntati humanae, cuius imperfectione redundaret in ipsum diuinum Verbum, & quodanmodo in diuinam voluntatem, non erat mens horum Patrum, negare praeceptum Christo quod id, quod continet boni.

DISPUTATIO XV.

An Christus discendens sit subiectus Patri simpliciter, an solum cum addito, ut homo.

X dictis ergo constat Christum esse subiectum Patris, ex eo quod sit capax praecepti, & praeceptum accepti, idque conuenienti ipsi ratione humanae naturae; cum vero est praedicatus, qui sumuntur ab humana natura, quazdā dicuntur similes Christi, ut esse mortalem, &c. quādā non simpliciter, sed cum determinatione, ut esse creaturam iuxta vetiorem sententiam, dubium est, an esse subiectum sit de primo vel secundo genere praedicatorum. Distinguendum est de triplici sensu iuxta triplicem modum subiectiorum, quem tradit S. Th. in an. Primum est secundum gradum naturae, & bonitatis. Secundus est secundum potestatum, & veroquo sensu h[oc] proposito. Christus est subiectus, absque additione et falla. Ratio est, quia veraque h[oc] subiectio est praedicatorum transcendens, quod non sumunt a determinata natura, eaque perfecta, & completa, ratione cuius natura conuenienti supposito, sed sumunt a e[st]i immixtissima ratione entis creari, & sane eum equali latitudine, nimirum prout nomen entis creari, & creature dicuntur non solum de ente completo, verum etiam de partibus singulis: etiam subiectus Deo secundum gradum bonitatis, & secundum esse, tamenque secundum potestatum, dicitur per se de qualibet creature completa, & de singulis partibus eius. At vero ostensum est

In Ragijs in 3 p. D. Th. acut. p[ro]p[ri]et.

A supra circa questionem 16. ob hanc rationem communis, nam nomen creature sit ita commune, ideoque conueniens etiam supposito per se, & non posse dici similes, Christus est creature; ergo similiter non potest dici subiectus hoc dupli subiectioris modo, nisi cum additione, ut homo: & sane in primo sensu significatur inaequalitas in gradu, ut idem sit esse subiectum, ac esse minorem. Christus autem non potest praedicatum trahendens, conueniens omni[us] iei creatar[um], neque conueniens partibus, aut supposito per se secundum esse suppositis, sed ratione naturae creature, praedita voluntate creatar[um]; ideoque cum tribuitur Christo, solum intelligitur tribus ratione naturae creature intellectus humanae, nec oportet addere hoc nomen naturae. Ceterum obseruandum est nomine subiectoris maxime significari hoc tertium, cum tribuitur persona praedita intellectu, & voluntate creatar[um], ideoque ob hanc rationem non solum absque additione, verum etiam ab aliis distinctione simpliciter & verae propositione, Christus est subiectus Deo, neque contradicit hic S. Th. ad priu[m], solum enim mons conuenientius est addere determinationem ad vitandum, inquit, errorum Arriani, qui posunt solum minorem Patrem, videlicet accipiendu[m] subiectiorum in primo sensu iam dicto: ex quo infertur non esse addendam, vbi non subest necessitas vice huius erroris, quam tam illationem non admisimus q. 16. art. 8. ad probandum ex mente S. Th. Christum simpliciter posse dici creaturam, ex omnimodo, quod diceret, additionem debere fieri propter Arrium: nam suppetebant ibi alia loca, aliquae conjecturæ ad assequendam mentem S. Thomæ. Illud etiam obseruare oportet subiectoriem tertio modo acceptam duplicitate accipi posse, nempe vel actu, & opere ipso exhibito, vel habitu, quo significatur ius in eo, cu[m] quis subiectur, & fundamento subiectoris in persona, quae subiectur ad implendam alterius voluntatem, quonodo coniungit relatio nonneque dominij, & seruitutis: & sane hoc secundo modo accipitur hoc subiectio, ideo h[oc] quæstio eadem fere est cum sequenti, quia queritur, an Christus simpliciter sit seruus.

ARTICULUS II.

Vtrum Christus sit subiectus sibiip[s]i.

A secundum sic proceditur. Videlicet, quod Christus non sit subiectus sibi ip[s]i. Dicit enim Cyrilus in Epistola symm[at]rica, quam solerit synodus Ephesina recipit: Ne que ipse Christus sibi seruus est, nec dominus, sed nullum enim est vel potius omnipotens hoc sentire vel docere. Et hoc etiam afferit Damascus, in 3. lib. dicent: Unum enim ens Christus, non potest seruus esse sibi ip[s]i & dominus. Sed intantum Christus dicitur seruus Patri, in quantum est sibi subiectus. Ergo Christus non est subiectus sibiip[s]i.

2. Præterea, Seruus referatur ad dominum. Sed relato non est alterius ad seipsum, unde & Eusebius dicit in 1. b. de Trinitate, quod nihil est sibi simile, aut aequalis. Ergo Christus non potest dicitur sibi ip[s]i, & per consequentiam nec sibi est subiectus.

3. Præterea, Sicut anima rationalis & caro vnu[us] est homo: ita Deus & homo unus est Christus: ut Ambrosius dicit. Sed homo non dicitur subiectus sibi ip[s]i, vel seruus sibiip[s]i, aut maior semper hoc, quod corpus eius subiectum est anime. Ergo neque Christus dicitur subiectus sibiip[s]i semper hoc.

F 2 quæda

quod eius humanitas subiecta est dominatio ipsius.

Sed contra est, quod Aug. dicit in 1. de Trinitate. *Veritas ostendit secundum utrum modum, quo scilicet Pater maior est Christus secundum humanam naturam, etiam scilicet minor est Filius.*

4. *Praeterea, Sicut ipsi argumentantur ibidem, sic accepta est a Filio Dei forma serui, ut non amittatur forma Dei, sed secundum formam Dei, que est communis Patris, & Filii. Pater est filio maior secundum humanam naturam.* Ergo etiam Filius est maior scilicet secundum humanam naturam.

5. *Praeterea, Christus secundum humanam naturam est seruus Dei patris secundum illud Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* Sed quicunque est seruus Patris, et seruus Filii; alioquin non omnia quae sunt Patris, essent Filii. Ergo Christus est seruus sui ipsius, & sibi subdatus.

Respondendo dicendum quod (sicci dictum est) *esse dominum & seruum, attribuuntur personae vel hypostasi secundum aliquam naturam.* Cum ergo dicunt Cirilii esse dominus vel seruus sui ipsius, vel quod verbum Domini est dominus omnium. Christus potest intelligi dupliciter. *Vno modo intelligatur hoc esse dictu ratione alterius hypostasi vel persona, quasi alia sit persona verbi Dei dominus, & alia dominus seruus;* quod periret ad barem Nestoriorum. *Vnde in condemnatione Nestoriorum dicitur in synodo Ephesina:* *Si quis dicit Deum vel dominum esse Christi, ex parte verbum, & non magis eundem ipsum confiteretur simulum Deum, & dominum, ut pote verbum factum carnem, secundum Scripturas, anathema sit.* Et hoc modo negatur a Cyrillo & Damasco. *Et sub rote sensu negandionis est,* *Christum esse minorem falso, vel esse sibi subiectum.* Alio modo potest intelligi secundum diversitatem naturarum in una persona vel hypostasi. *Et sic dicer possumus secundum unam caritatem, qua cum Parre conuenit simile cum Parre praefecte, & dominari secundum verò alteram naturam in qua nobiscum conuenit ipsum subiecto & servare.* Et per hunc modum dicit Augustinus. *Christum esse falso minorem.* Secundum tamen, quod ciam hoc nomen Christi suum nomen persona, sicut & hoc nomen Filius, illa per se & absoluē possunt dici de Cirilico, que conuenient ei ratione sua persona, que est eternatio & maxima immutabilis relationis, que magis propriè videtur ad personam vel hypostasim pertinere. *Sed ea que conuenient sibi secundum humanam naturam, sunt ei peius attribuenda cum determinatione, ut videlicet & canticum Christum esse iungilicet maximum, & dominum & presidentem;* quod autem est subiectus vel seruus vel minor, ei attribuendum cum determinatione, sicut et secundum minoram naturam.

Alii primi ergo dicendum, quod Cyrius & Damascus, negant Christum esse dominum sui ipsius, secundum quod per hunc importatur pluralitas suppositorum, quia requiratur ad hoc, quod aliquis similiter sit dominus aliorum.

Ad secundum dicendum, quod simpliciter quidem aportet esse alium dominum, & alium seruum, potest tamen aliqua ratio dominij & seruus seruari propter idem est Dominus & seruus suis ipsius, secundum aliud & aliud.

Ad tertium dicendum, quod proper diversas partes humanas, quarum una est superior & alia inferior: dicit etiam Philosophus in 5. Ethic. quod est dominus ad scipium utilitatis, in quantum ira, scelus & concupiscentia obediunt rationi. Unde per hunc modum etiam vnu homo potest dici subiectus & seruens, secundum diversas sui partes.

Ad alia autem argumenta patet responsio ex dictis. Nam Aug. assertum Filiu minorum esse, vel sub subiectum, secundum humanam naturam, non secundum diversitatem suppositionum.

Id est apud S. Th. hic esse subiectum, & seruus, est nonnulli distinguunt, & de Christo non similiter affirmant esse seruum, ac esse subiectum. Distinguunt autem duo sub hoc nomine seruus, vnu cui tribuitur, quod est persona, alterum in quo, & secundum quod tribuitur, quae est natura, similiterque eadem duo distinguunt in Domino. Supponit præ-

A terea debere esse distinctionem inter seruum, & Dominum, quia sunt termini relativi, etiam cum dicatur quis seruus sui ipsius, & subiectus sibi. Hinc fit, ut distinctione hoc possit accipi, vel secundum distinctionem naturarum utriusque, vel secundum distinctionem suppositorum. His præmissis proponit tres conclusiones. Prima conclusio est, si distinctione serui, & domini acceptari secundum supposita, heretici est Nestoriani dicere Christum esse subiectum sibi ipsi: nam sic distinguuntur duas personas in Christo. Secunda conclusio; si vero acceptari secundum naturas, recte dicitur Christus sibi subiectus, & seruus, et enī fides catholicæ esse duas naturas in Christo. Tertia conclusio; in proportione simplici, nulla addita determinatione naturæ, non recte dicitur Christus sibi ipsi subiectus, aut seruus. Probat, quia nomē Christi supponit personaliter per personam diuinam; quare simpliciter ea solūm de ipso dici debent, quæ conuenient ratione personæ diuinæ, ut esse simpliciter maximum, Dominum, præsidentem, &c. quæ vero conuenient ratione naturæ, non nisi cum determinatione, ut esse subiectum, seruum, minorem, &c. Vbi notanda sunt duo. Primum est apud S. Thomam perinde esse dicere, esse subiectum, seu seruum sibi, ac Patri; & Patrem esse dominum ipsius, ac ipsiusmet Christum, vt ubi verum, vel falso est illud, sibi verum, vel falso hoc. Secundum notandum est S. Thomam ex eo quod Christus sit nonius persona non intitulata, has propositiones, scilicet, Christus est subiectus sibi, Christus est seruus, &c. distinguere ex vi significacionis seruum, & dominum secundum personas, ac proinde illi Nestorianos, sed solūm admonuisse, quod ob hanc rationem minus propriè Christo absque determinatione tribuatur id, quod tribuendum esset cum determinatione, tunc proper ipsam proprietatem significacionis, quam solam rationem affigit hic: tum ut magis recedatur a modo loquendi hereticorum, quam rationem affigit articulo superiori ad primum, & q. 16. art. 8. & hoc significant illa verba huius articuli, ea, quæ conuenient sibi secundum humanam naturam, sunt peius attribuenda cum determinatione; vbi particula prius, notat id, quod est dubius præstat facere, & melius est, non verò id, quod est omnino necessarium. Ex his satisfactio dubio, quod hic proponunt, id est, qua ratione S.

D. Th. dicat Christum posse dici maximum, dominum, præsidentem absque determinatione; subiectum vero, seruum, minorem, non sine determinatione; cum profeclū si loquamus simpliciter absque relatione ad determinatum terminum, possit dici simpliciter Dominus, simpliciterque subiectus, vt dixi; si vero cum relatione iam dicta ad scipium, certè perinde sit dicere esse subiectum sibi, ac esse dominum sui. Respondetur enim cum Caet. hic S. Thom. loqui simpliciter sine relatione ad determinatum terminum iuxta tertiam conclusionem, non vero cum relatione, & attributa haec, scilicet esse maximum, dominum, &c. cum sint dignitatis, sive eum relatione ad terminum, sive absque illa, dicuntur absolute de Christo: at vero haec, scilicet esse subiectum, seruum, &c. non solūm dicta cum relatione ad terminum, scilicet Deum, verū multo magis absque determinata relatione ad Deum, significant imperfectionem oppositam diuinitati, ideo expedit

E apponere determinationem naturæ humanae, in qua Christus subiectus, quin etiam termini, cui subiectetur, scilicet Dei.

DISPUTATIO XVI.

An Christum dici possit seruus Dei.

De appellatione scimi, Christo tribuenda, vel non tribuenda, non est a Theologis antiquioribus per se scimus disputatum ex instituto, ut de plebisq[ue] aliis appellationibus; cur verò minimè disputant, cauila videtur fusse, vel quod putatur confundit nomen serui cum aliis nominibus creaturae, minoris, subiecti, & similibus, quibus Christus secundum naturam humanam inferior Deo est, & tanquam inferior compellatur; vel quod cōfunderetur cum nomine filij adoptiū, quod nomen Christo quidam Theologi tribuunt: vel dehum, quod viderent nomen serui paſſim in sacrificiis, præſertim veteris Scripturae, & etiam a Patribus, interdum Christo tribuunt, unde confirmati videntur in eo sensu, ut idem eſſent de hoc, ac de aliis nominibus. Nihilominus non defuit inter Recentiores (Valq. dif. 8o.) qui omnino negant Christum dicendum esse seruum, acriterque inueheretur in sententiā, quæ id nomen Christo tribuit, & plane centat, de fide definitum, neque simpliciter, neque cuin determinatione, & designatione nature humanae, esse tribuendū. Fundamentum maxime est auctoritas Concilij Francofondiensis, & Adriani Papæ in quadam epistola, quæ ipſi tribuit. Adduntur præterea quædam argumenta ducta ab auctoritate, & ratione, quæ quidem quoniam egen singula peculiari discussione, infelix singillatim expenduntur, postquam proposita, & fundata fuerit communis sententia.

Dicendum est igitur Christum verè, propter quæ dicitur seruum Dei. Hac propositio, ut iam proposita est, nil statuendo interim vtrum necesse sit addere determinationem naturæ humanae, de quo inſi, & plurimum Theologorum. Ex antiquioribus docet illam S.Th. h[ab]it art.2. expreſſe, & ex instituto, ut conſtat ex verbis iipſis, & ex declaratione articuli, & inſi 9.23. art.4. ad 3. quibus locis confundit esse creaturam, esse subiectum, esse minorem Patris, & esse seruum: atque hac omnia dici vna communione, scilicet naturæ humanae, & non respicente ſolum perfonā, idēquæ omnia dici de Christo, & in hoc diſcretare à nomine filii adoptiū, quod p[er] le respicit perfonam. Sequitur Palud. in 3.d. 12.g.; in primo diſcio tertie opinio[n]is. Huc pertinent fine dubio, qui concedunt Christum dici poſſe filium adoptiu[m] ratione humanitatis, scilicet Durandus, Richardus, Scotus, Bassilius, & si qui sunt alij, de quorum sententiis diceant circa quædam 23. nam magis vident repugnare Christo nomen filii adoptiū, quam serui, & Elipandus duebat ad alterandum, Christum esse seruum, ex eo quod seruit esse adoptiu[m], & hac ratione darinatur in Concilio Francofondiensi; nemo ergo negat esse seruum, qui concedit adoptiu[m], nisi forte dicatur adoptiōne more, & iuste ciuii elevarē adoptarum ad æqualitatem cum patre adoptante, ideoqu[ue] non relinquere locum seruiti; fed quicquid sit de politici, certe nulla adoptio, nullaque filiatio, quæ ſolum habet ex vi adoptionis, facit filium adoptatum æqualem. D[omi]n[u]s, fed ſolum filium naturalis; non enim h[ab]ent aquales Deo ſancti, & iudei per gratiam adoptionis, fed relinquunt illis nomen, & ratio seruitutis: ergo qui admittunt Christum esse filium adoptiu[m], certe in eo agnoscunt non aqualem, ſicut ne[que] alios sanctos, sed seruum, ut illos. Ex aliis, qui ne-

Ioſ. Ragnay m 3.p.D. Inſtroll. pol.

A gant Christum esse filium adoptiu[m], admittunt eſſe seruum, præſertim Recentiores, quos libenter conmemoro, qua scripturam post Concilium Francofondiense, & illius meminerunt, ſcilicet Cardinalis Bellarm. lib.1. de Clario, poſt decimum testimonium Suarez dif. 44. Valent.. Franciscus à Clario lib.5. predicationis de Incarn. q.9. Med. & Cabrera hic, Lorinus in caput 2. Art. Apof. verba 18. Iacobus Lopez, & Scutica, quos ipſe citat. Cornelius Cornelij à Lapide in caput 2. Ad Philipp. in illa verba, formam serui accipiens. Benedictus Iustinianus ibidem.

Christum esse propriæ seruum probatur ex Scriptura, & v[er]bu[m], & ratione huīus nominis. §.1.

B Pluribus veteris Scripturæ locis nomen serui Christo tribuitur. Iſaia 41. *Este seruus meus, ſufficiam eum,* &c. vbi terminum eſſe de Christo habetur Matth. 12. Si etiam nominatur Iſaia 41. 49. 62. 63. Ezech. 34. *Sufficiat super eos paſtorē omniū ſeruum meū Daniil. Zach. 3. Adducant ſeruum meū no[n]nō ſeruum. Hoc loca Scriptura contraria sententia accipit diſta in ſententiā allegorico, nimur quo alia Christus dicitur, agnus, ouis, leo, petra, ſic accipit Adriani in epifola ſua, fed de mente Adriani dicitur inſta. Certè h[ab]et interpretatio aliena eſt ab his locis, & in vniuersum à modo, & ratione interpretandi Scripturas, quod oſtendit priu[m] ex vi huius nomini ſerui in Scripturis. Secundū ex ratione, & proprietate, ob quam tribuitur Christo, ex vtroque enim capite dicitur propriæ de Christo. Etenim viſus huius nominiſ ſeruum tribuitur ſanctis viſis cum relatione ad Deum, paſſim eſt ad ſignificandam dignitatē, & honorem, potius quam abiectionem, aut vilitudinem, ut bene obſeruat noster Lorinus in caput 2. Alter. ex Ambroſio t. ad Tim. 1. Sic. C G[ener]al. 16. Deus vocat ſe Deum Abraham, & Abraham ſeruum ſuum. Eodem filio, quo ſcilicet nomen Dei referatur ad ſeruos, qui hoc titulo ceteris omnibus praefatentur, dicitur Exod. 3. Deus Abraham, Deus Iſaia, Deus Iacob, & Deus Iſrael. Vnde & alia coniungit nomen filii cum nomine ſerui. Exo. 4. *H[ab]et d[omi]n[u]s Iſrahel primogenitum Iſael, dixi ubi dimicite ſeruum meum, et ſeruum meū. Sic paſſim alij pro dignitate vocantur ſerui Dei, Moſes Num. 12. Iob cap. 1. Daniil 2. Regum 7. & paſſim alij. Hoc ergo proſlus filio tribuitur Christo nomen ſerui in Scripturis, quod tribubatur aliis viris ſanctis, ſcilicet ad commendationem, laudem, & honorem iipſius, non verò ad ſignificandam abiectionem, tametq[ue] aliqui fit in Christi fundamentum hu[m]i submiffionis in natura humana comparatione Dei, ob quam dicitur. *Qui e[st] in forma Dei eſſet, &c. formam ſerui accipiens;* maxime verò cum tribuitur iipſe hoc nomen in Scripturis, ad Deo, & non ſolum ab hominibus; conſtat enim ex circumſtantia non tribui à Deo ad declarandam vi[er]itatem conditionis in Christo, fed ad eius commendationem: ſi ergo ratio allegorice eſt ſimilitudo Christi cum ſeruis in abiectione conditione; conſtat nullum eſſe fundamentum eius in Scripturis, ſaltem pleſiſque e[st] dicatur ſeruum. Hoc filio tribuit Hieronymus. Clario nomen ſerui in caput primum epifola: ad Tjtum, vbi expōns illud, Paulus ſeruum Dei, ſic habet: *H[ab]et ſeruus non eſt illa, de qua ipſe Apofolus ait; Neque enim acceptiſ ſeruum frumentus ſeruum in ſu[m] more; verum nihil ſeruum, de qua & Daniil ad Denū loquuntur: Ego ſeruus tuus, & filius arcille tua, &c. Et inſta. Nec mirum, quoniam ſanctos bonos Dei ſerui nobiliter appellari, eum per Iſaiam Prophetam Pater loquuntur ad ſitum, magnum tibi eſt vocari ſeruum meū. &c.***

F 3 Et

Et sicut id esse verum non solum attento in Scripturis more iam dicto vocandi omnes iustos seruos Dei, verum spectatis singillatum locis de Christo, bene ostendit Suarez disp. 44. sect. 1. discursando per singula.

Conformatur, nam quodd Christo nomen serui non conueniat proprietate; deoque vbi tribuitur sit accipendum allegoricus; aut habetur per se ex Scripturis, aut habetur aliunde ex eo quod pugnat cum his, que dicuntur in Scripturis de Christo. Primum non potest dici, nullus enim locus est, qui simpliciter neget Christum esse seruum Dei, quamquam si estet locus, vbi negaretur, non continuo hinc solum fieret secundum omnem sensum esse negandum: etenim negat Christus Apostolos esse seruos Iohann. 15. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos, &c.* Et tamen non est intelligendum absoluere, & secundum omnem sensum negare illos esse seruos, vt bene notat Aug. tral. 8. 5. in Iohannem; solum vero secundum comparationem cum puris hominibus, qui non sunt filii, opponitur Christus alius, vt filius seruorum in Ecclesiâ; ad Hebr. 3. & Moses quidem fidelis erat in terra domo eius sanguinem famulorum, &c. Christus vero tantum filius in domo sua, que domus sumus nos; nusquam vero absolutè, & comparatio ne Dei negatur Christum esse seruum. Neque potest dici secundum; si quid enim esset in Scripturis pugnans cum nomine serui, esset nomen filij naturalis: at certè nomen serui non opponitur per se nomini filij naturalis, vt opponitur nomen filij adoptivi, quod consistit in hoc, vt quis fiat de extraneo, & non filio filius; sed filium opponitur per originem, & modum productionis sux, quod scilicet filius naturalis existat per generationem, non solum secundum quamcunque similitudinem, verum secundum equalitatem cum eo, à quo generatur: seruus autem inter homines quidam sit aliunde genitus, & non à Domino, qui est seruus; Dei vero serui sint producti per creationem secundum aliquam similitudinem ab ipso Deo, non vero secundum aequalitatem. Postò vero ex mysterio Incarnationis habetur, quod cum hoc, quod Christus sit genitus Deus à Patri secundum à qualitatem, sit etiam productus homo ab eodem per creationem secundum inaequalitatem: atque propter ea cum hoc, quod si filius naturalis, bene stat, quod sit seruus, appellaturque nomine, quod ratione huius productionis tribui debet ubi, sicut cuicunque creatura, vere enim dicitur creatura, saltem cum nota determinationis, quatenus homo. Secundò opponitur nomen serui nomen filij per immunitionem, seu minorationem, & demissionem à gradu qualitatis, & dignitatis: at certè hoc est, quod tribuit ipsi Apostolus ad Hebr. 2. ex Ps. 8. *Mosays cum paulo minus ab Angelis, & tursus, eun qui modo quan Angeli minoratus est, &c.* ergo bene potest tribui nomen serui. Hoc ipsum magis confirmatur ad Philipp. 1. *Quicunq; in forma Dei esset, non rapinam arbitrari est, ut sit aequalis Deo, sed semper eam exanimant formam serui a cipere;* vbi sane Apostolus cum aequalitate, quam Christus habet cum Patre Deo, compont exanimacionem, & deflexionem ab illa aequalitate, & vel ob hanc solum, qua videlicet factum est, quod habuit inueniens sit ut homo; pronuntiat Apostolus absolute habere formam serui, & esse seruum: nimis tamen confirmans, quod haec tenus dixi, nomen, & rationem serui in viuierum sub Deo constitui per esse hominis, & per creationem, qua quis sit homo; & quod Christus, quauis aliqui aequalis Deo secundum formam Dei, hoc ipso, quod sit factus homo, accepit formam serui, & sit factus seruus. Vbi profectò nullus omnino locus est allegoria, tum ob discursum iam factum, tum quia Apostolus seruus agit de eo, quod conuenit Christo physice, & realiter ex vi duplicitis esse, & duplicitis gene-

A rationis, qua sit Deus, & qua sit homo; & secundum illam dicit esse Deum in forma Dei; secundum hanc verò hominem in forma serui: tam ergo verè seruum per formam serui, quām verè Deum per formam Dei: & hoc modo argumentatur Tertullianus lib. 5. contra Marcionem, cap. 2. Atque hoc expressit David Ps. 1. 15. dicens: *O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancilla tua;* vbi proferitur se seruum, & nomine, titulique proprio, quod praeterit notat repetit ilia, *Ego ego seruus tuus;* & nomine communis originis, scilicet creationis, quod notat particula illa, *& filius ancilla tua.* Cū ergo in Scripturis neque negetur Christo nomen serui, neque dicatur aliquid de Christo, cui repugnat nomen serui, & aliquo regula generalis expoundit Scripturas sit, vt verba eorum accipiuntur lecuidum proprietatem, & non secundum figuram, vbi tale quippiam non obstat, ne foueam libetatem hereticorum in eludendis per sensus figuratos argumentis, quæ sunt contra ipsos Scriptoribus; properte cùm nominantur Christum seruum Dei, accipiuntur sunt propriè, & non allegoricè. Secundò ergo hoc ipsum probatur ex ratione, ob quam tribuitur Christo nomen serui, tunc enim aliquod nomen de aliquo dicitur analogice, seu, quod idem est, allegoricè; quando ratio, ob quam dicitur, non conuenit illi propriè, & vniuersalè, sed secundum aliquam similitudinem, quomodo Christus dicitur leo, agnus, ovis, petra, vitis allegoricè, quia esse leonem, agnum, &c. que dicuntur de Christo ratione fortitudinem, mansuetudinem, &c. que sunt in his animalibus; non dicuntur secundum fortitudinem, &c. que sunt eiudem rationis in his, & in Christo: at certè esse seruum de Christo dicitur secundum prædicatum, quod sit eiudem rationis vniuersalè in Christo, & in aliis seruis, instar quorum dicitur seruus: ergo dicitur propriè, & vniuersalè hoc nomen, non vero solum allegoricè. Quod autem sit vniuersalè ratio, probatur, nam duplex ratio seruitutis assignari potest, primò communissima, scilicet potestas, & ius in Domino in viuierum, & in re proposita in Deo, vtiendis sua creatura ad obsequium suum, & disponendi de illa ad nutum iuxta natum, quia qualibet creatura seruite potest liberè, vel necessarij; in ipsis vero creaturis ut fundamentum assignari obligatio, & debitum respondens huic dominio: & hæc est subiectio, quæ secundo loco tradit S. Thalid. en. 1. finitaturque in creatione. Altera secundò est ipsa voluntas hominis, qui sponte se se, suâque operationes viuierias lubet obsequio Dei, qualis est propria iustorum. Iam vero si dicatur Christus seruus instar hominum, solum allegoricè, oportet dicere rationes has duas non conuenire vniuersalè Christo, & aliis hominibus, nec propriè, sed similitudinem quadam; atque hoc est manifeste falsum; quia enim negat æquæ propriè, & verè, conuenire hæc duo Christo, vt homo est, ac reliquis hominibus, tamque propriè, quam propriè conuenit esse homini, & eis creaturæ, quandoquidem fundantur in creatione. Confirmatur, nam profectò nihil est ingenitum in hominibus pertinens ad rationem seruitutis, à quo sit exempta humanitas Christi hoc solo, quod est vniuersaliter hypostatica, solum enim loquimur de eo, quod conuenit Christo secundum hanc præcisè per se, quicquid sit de privilegiis, &c. quæ secundum potentiam, & voluntatem Dei cuius iusto homini fieri possunt; vnius enim ex quo vi sua non abolevit formam serui, & fundamentum seruitutis, non abolevit seruitutem: & sanè quod Christus dicitur

dicatur seruus hac communis, & vniuoca ratione seruitus cum aliis hominibus docent Patres, quos citabimus.

Secundum, ut probetur dicta assertio alii Scripturæ locis statuendum est, alium esse terminum correlatum huius nominis, Pater; alium vero huius nominis, Deus, si Deum accipiatur relativè, & non absolute, accipitur enim relativè, quando non comparatur cum nominibus notionalibus, sed assumitur ad significandum id, quod concipiuntur nomine Dei secundum se; quoniam enim Deus in se sit absolutus ab omni relatione, tamen a nobis sine relatione ad creaturas negre cognosci, neque nominari potest: idque perspicuum est non solum in nominibus per se relativis Creatoris, Domini, &c. verum etiam in nomine Dei: quod Damasc., lib. 1, de fide, c. 12. & Clemens Alex. lib. 1. Stromat. ad finem, deducunt à variis actibus circa creaturas, ac proinde eum relatione ad illas, maxime vero in hoc nomine concipiatur dominium Dei, cui subiacet. Quare, ut recte Valsquez 1. i. 9. 19. c. 3. Nulli, inquit, potest proponi haec veritas, Deus, qui significatio nominis, Deus, relata accipiatur ad uniusplan, vel per modum dominij, vel principij. Itaque correlatum nominis Pater, & persona aequalis ei, qui dicitur Pater, si non men Patis propterea accipiatur, nam aliquando tribuitur etiam domino, Reg. cap. 5. Accipientur ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater est rem grandem dixisse ibi Propheta, &c. At vero correlatum nominis huius, Deus, quando dicitur relativè, non est persona aequalis, sed inferior, non quoquoniam modo, sed subiecta, & seruens: Deut. 10. Et nunc Israhel, quid Dominus Deus tuus peti a tempo, &c. ut seruus Deum tuo. Et infra, Dominus Deus tuum uincubus, & ei soli serues. Et ubique in Scripturis, praesertim toto libro Deuteronomij, cultus, & obsequium, quod præstat non solum Deo vero, verum etiam fallis diis, & idolis eo titulo quod sunt dii, vocatur semper seruus, & seruire, ut idem sit agnoscere aliquem, ut Deum suum, atque ut dominum seruorum, & letumentium, Deut. 11. Ne recedatis a Domino, seruansque deum alienum, & adorans eos. Ioseph 24. Elevite hodie quæd placet in seruus possestum debetis, viri dei, &c. ego autem, & dominus me seruens Dominus. Iam vero Christus a. p. dicit Deum, tanquam Deum suum, & non solum ut Parens; ergo agnoscit in se ratione, & relationem serui ad dominum; sic Ioh. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Parrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, & Psal. 1. Deum Deum meum ut quid dereliquisti me. Match. 4. Christus legem illam communem omnibus hominibus, Dominum Deum uum adorabis, & illi soli seruies, sibi applicat; non enim alio sensu poterat ab ipso allegari; nisi ut pro causa negandi seruitus, quia soli Deo obstrictus erat. Quod autem notant quidam, ideo Christum non dixisse: Ascenda ad Deum nostrum, & Iad Deum meum, & vestrum, & quia agnoscet Deum, ut dominum illorum, non ait enim sicut absque fundamento singularem duplice tantum ratione potest dici Deus Christi, primo vt Pater, & hic sensus, quoniam sit preceptor, & non conueniens, quia in deo deus est nomen essentiale, & commune, quod non dicitur relativè, proinde nec filius, nec pater possunt dici Deus Spiritus sancti, nec Pater Deus filius, sed filius quae omnes Dei: statim vicius que datur alias habere locum, certe hic non habet, vbi seorsim vocat illum Patrem meum: si ergo non dicitur Deus Christi, vt Pater, neque secundum relationem reali genitoris, sed secundum relationes rationis, in eo sensu, quo hoc nomen Dei est, relativum ad terminos extra se: constat Deum agnoscere hic, ut Dominum; nō enim alia ratione potest dici Deus aliculus secundum relationem Dei distinctam à rela-

tione Patris, nisi qua dicitur Deus aliotuni, nempe ut dominus respectu serui. Quinum huc aperte declarat Christus Deum non solum esse Patrem, verum etiam Deum: autem non dixit Deum vestrum, sed meū, & vestrum; ratio est, quia cum ageret de auctoritate suo, & profectio ad Deum, opus erat nominare illum, ut illum, quippe ut terminum viae sua; quare de solo proxime dixit, Noli me tangere, nondum eris ascendi ad Patrem meum; subdit autem: Ascendo ad Patrem, & Deum meum, & vestrum, quia iussit hoc ipsiun nuntiati Apostolis, ut quem nominaret Patrem suum, nomine: etiam Patrem eorum; & quoniam duero modo erat Pater eorum, & ex modo, & cuncti modo, quo erat Pater, simili erat Deus, voluit declarare etiam tibi, & respectu sui esse Deum, illum ipsum, qui est Deus eorum, & esse in se rationem eandem, qua est Deus eorum, quæ est creatio: scilicet dicit: Sum ego creatura Dic, quatenus homo, sicut etsi vos, ideo est Deus meus, & Deus vester. Aliquod autem differendum assignat Augustinus tract. 12. in Iohann. Neque, inquit, dixi Deum nolui, ergo & hic alterum meum, alterum vestrum; Deum meum, sibi quo & ego homo sum, Deum vestrum, inter quos & ipsam mediator sum. Cyrril. lib. 12. in Iohann. c. 1. sic habet: Dilegenter considera Patrem quidem suum esse natura, Deum autem nostrum est creatorem, & dominum, sed quod sibi natura in se obstat largitur, ut committenter Patrem appellemus; & quod nostrum, quoniam naturam nostram assumpsit, sibi nossum accommodat, cum Deum nominat suum. Atque ad subiectioinem, quæ Christus subiectus est Deo, refert hoc dictum, Deum meum, & Deum vestrum, Concilium Alexandrinum, in epist. ad Nestor. quæ est decima inter epistolam Cyrrilis, & receptam in Concilio Ephel. tom. 1, libri c. 14. his verbis: Vi homo igitur, & ad examinationis conditionem quod spellat, equum ad nos se subdidum fatetur. Nota quod illud, agnitus ac nos, opponit ad id, quod dixerat, Verbum vi Deum, Deum Patrem suum appellare, hominem tamen filium esse, ut declare pene nomen Patris aliam esse rationem ipsius, & nostri, sed penes nomen Dei esse eandem. Eodem sensu accipit hoc Hilarius liber. 11. de Trinit. cap. 8. Menses, inquit, in forma seruorum manebat ante in Dei forma, homo Cœrillus Iesus locutus est: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Huc etiam pertinet quod Matthe. 12. illud Iohann. 42. Ecce seruus meus, recipitur ut dictum de Christo, tametsi apud Matthæum est, Ecce puer meus, Græc. ταῦτα, nihilominus frequens est in Scripturis nomen puer, pro seruo, vbi non refertur ad aratem, sed ad opera, cum videlicet unus vitetur alterius ministerio.

Eadem propositio probatur Patrum testimoniis. §. 2.

Præter loca iam producta ad confitmandum sensum Scripturarum, proferam prius testimonia Patrum, quibus uituntur Recentiores respondere ad reiiciendas eorum expositiones. Addam præterea alia loca, quibus ipsi non respondent. Amb. lib. 1. de fide, c. 6. de Christo loquens sic habet, Non ergo prædicant, quod subiectum dicitur, et non prædicant, quod seruus legitur. Citatus etiam ex Ambro. epist. 47. lib. 7. vbi contra Apollinarium probat Christum esse seruum, dicitque qui hoc negat esse infectu veneno Apollinaris, quamquam epistola, quæ citatur, non est in hoc 7. libro. Respondent quidam mentem Ambrosij suis appellante seruum, quo negabat Apollinaris, scilicet excludinge ab ipso naturam humanam, ratione cuius seruus dici posset. Sed certe Ambrosij ab affirmatione, quod Christus sit seruus, concludit quod sit vere homo prædictus anima; ergo censet vere esse unum, alioquin non pugnat contra Apollinarium, ne-gantem esse hominem prædictum anima. Sed quicquid

quid sit de hoc loco ad priorem *in lib. 5. de fidei responsionem* fanatum Ambrosium appellare quidem Christum seruum, non tamen proprie; sed certe ad reiiciendam hanc responsionem non incumbit nobis probandum Ambrosium loqui propriè, sed ipsi probandum loqui impropriè; conletet enim quilibet loqui propriè, dum non probatur contrarium. Deinde manifeste constat loqui propriè, primum ex verbis proxime sequentibus; nam post dicta verba, non praudicat, quod seruus legitur, pergit codem filio, quod crucifixus afferunt, quod mortuus predicator, qui etiam moteretur, vinebat, etiam subiacebat, regnabat, &c. Ergo ita tribuit Ambrosius Christo, quod sit seruus, sicut quid sit crucifixus, immo & ex eo quid sit crucifixus, agnoscit esse seruum, dum ostendit non repugnare esse seruum, ex eo quid sit crucifixus; idque etiam confirmat illud verbum, *aut subiacebat, felix per eum, fixum non regnabat*. Deinde probatur ex verbis quibusdam, longè aliquanto superioribus, ubi disputat, an Christus sit subiectus, & loquitur de subiectione proprie dicta, cum sit quartus, quam proponit sibi tractandam, & tractat toto illo capite. Docet autem Christum secundum diuinitatem non esse subiectum, *quia, inquit, non ei seruus, sed unus proprio patre factus*. Ex quo tria habemus. Primum est, agere hic de seruitute proprie dicta, quia à negatione huius argumentatur ad negationem subiectonis proprie dicta, atque propterea, quando è contrario de Christo secundum humanitatem ait: *Non ergo praudicet, quod subiectus sit dux, cum non praudicat, quod seruus legitur*, probans esse subiectum ex eo quid sit seruus; oportet accipi nomen sive propriè. Secundò etiam hoc non dicere, tamen hoc ipso, quid nullus probat Christum esse subiectum secundum humanitatem, & quidem proprie, ut notauit, & per se patet, hoc ipso ita uult est seruum, quandoquidem per esse subiectum subiectio, de qua ibi loquitur, declarat constitutum seruum, ut patet ex illis verbis: *Nulla igitur servitus in Christi diuinae subiectio*. Demum cum neget esse seruum secundum diuinitatem, ea ratione, quid sit filius, affirmatque nihilominus esse seruum secundum humanitatem; sane hoc ipso declarat, quid est filium secundum diuinitatem non obster, quo minus poslit dici seruus secundum humanitatem, sed solum non poslit dici secundum diuinitatem, si enim ipse concludit verbis citatis, *Nulla igitur servitus in Christi diuinae subiectio*. Non est ergo dubium de Ambrosio sententia.

Eadem est communis aliorum Patrum, dicentium, Christum esse seruum, quorum auctoritate recentiores eludent hunc, & communique responso, quod loquantur contra Arianos, vel Nestorianos, negantes, Christum esse Deum, & solum altissimum esse seruum; propterea Patres propterea contentos esse affirmare Christum secundum diuinitatem esse filium, & non seruum, parum curantes, quod secundum humanitatem dicitur seruus, modo falsa esset diuinitas. Alios vero non paucos Patres, qui extra has disputationes contra hereticos affluerant, Christum esse seruum, aut non disputasse ex instituto de hac re, sed simpliciter locutos, ideo debere nos esse contentos auctoritate Concilij Francofodilei, & Adriani; nec verentur simili modo interpretari S. Thomam. Sed certe hæc respontus non modo satisfacit. Primum enim, si nomen seruus prejudicat secundum significacionem suam filiationem naturali Christi, non debuissent Patres esse contenti sola confessione veritatis ipsius per se, excludendo etiæ orationes; verum debuisse excludere nomina, modumque loquendi, qui potest errorum significare, quæcumque secundum hanc significationem constabat vñtrari ab hereticis. Nec satisfacit quod dicunt, Patres non disputasse ex pro-

Respondeo dicendum quod si secundum eum oratio est quodammodo interpretaria voluntas humana. Tunc ergo aliquid orantis exaudiatur oratio, quando enim voluntas adimpletur. Voluntas autem simpliciter bonum est rationis voluntas: hoc enim absolute volumus, quod secundum deliberationem rationem volumus. Illud autem quod volumus, secundum motum sensibilium, vel etiam secundum motum voluntatis simplicis, quæ consideratur, ut natura, non simpliciter volumus, sed secundum quid scilicet si aliud non obstat, quod per deliberationem rationis intenetur. Vnde talis volumus magis est dicenda velletus, quam ab solita voluntate, quia scilicet homo hoc vellet, si aliud non obstat. Secundum autem voluntatem rationis, Christus non aliud volumus, nisi quod scimus Deum velle. Et ideo omnis ab soluta voluntate Christi, etiam humana, sicut implieata, qui nisi Deo conformis: & per consequens omnis eius oratio sicut exaudita. Nam & secundum hoc aliorum orationes implentes quod sunt eorum voluntates Deo conformes: secundum illud Rom. 8. Qui autem frumentum corda fecerit, est approbat, quid desiderat spiritu isti est, quid facias. Similes desideracionum secundum Deum, id est, secundum conformitatem diuina voluntatis postulatis pro Sanctis.

Ad primum ergo dicendum quod illa petitio de translatione calcis, intermodio à Sanctis expromit. Hilarium enim super Matth. dicit. Qui autem ut a se transeat, rogat, non ut ipse prætereat, orat, sed ut in alterum quod a se transirecedat, atque ideo pro his orat, qui passi sunt se erant: ut ipsi confessio. Quomodo à me bibetur calix iste post mortem: ita ab his bibetur sine spissitudine sine sensu doloris, sine mea mortis. Vel secundum Hieron. Significare duci. Calix sibi est populi Iudaorum: qui excusationem ignorancia habet, non potest, si me occiderit, habent leges & Prophetas, qui me vanicemanus. Vel secundum Dionys. Alexand. Quod dico. Transfer calicem istum à me, non hoc est, non adiungit misericordia enim aduenire, transiens non poteris. Sed scilicet quod præterat, nec in aliis est, nec permanentis sic Salvator leuis inuidem temeracionis flagellis. Ambris. autem dicitur & Oratio & Christus quid hoc per loquitur. Raguile in 3.p. D.Th. tract. post.

A iiii, quæ homo, naturali voluntate mortem recusans.

Sic ergo si intelligatur quod petens per hoc alias martyres sua passionis iniuriantes fieri, secundum Hilar. vel si petens quod timor bibendi calicis eum non perturbaret, vel quod mors eum non deueneret, immo impetraret quod quia peccavit. Si vero intelligatur petere, quid non bibet calicem mortis, & passionis, vel quod non bibet ipsam à Iudeo, non quidem est factum quod petens quia peccatum propositum, nobis ait ut hoc impletum: sed ad instructionem nostram volebat demonstrare nobis suam voluntatem naturalem, & motum sensibilium, quem sic uero homo habebat.

Ad secundum dicendum quod Dominus non eravit pro omnibus crucifixorum, neque etiam pro omnibus, qui etiam credidit in eum: sed pro his solum, qui etiam predestinati, vi per ipsum uitam conseruentur aeternam.

Vnde patet eius responsio ad tertium.

Ad quartum dicendum, quod cum dicit: Clamabo, & non exaudies, intelligendum est quantum ad effectum sensibilium, quia mortem refugiebat exauditus tamquam quantum ad effectum rationis, vi dictum est.

Conclusio S.Th.est, simpliciter loquendo, semper fuisse exauditum. Probat: voluntas Christi, simpliciter loquendo, semper fuit impleta; ergo similiter & oratio exaudita. Antecedens probatur, nam licet in Christo sit triplex voluntas supradicta, tamen voluntas simpliciter est voluntas, ut ratio, que semper voluit id, quod scilicet Deum velle; ergo semper fuit impleta, sicut impletur voluntas Dei. Ex his intelliges distinctionem simpliciter, & secundum quid, quia alia applicatur voluntati, cadere etiam in orationem, quia oratio est explicativa voluntatis; ergo orauit Christus tum simpliciter, tum secundum quid, ut dictum est circa quest. 18.

DISPUTATIO XVII.

An Christus in hac mortali vita exauerit.

VANIS orationi, auctore S. Th. 2.2.9.3. art.

17. assiguntur quatuor partes, scilicet obsecratio, & ea quæ nomen communem sibi

proprium facit, id est, oratio, postulatio, & gratiarum actio. Nihilominus secundum frequentiore

volum, itemque secundum quod accipitur a S. Th. in hac

quasi postulatio, ut quali essentia ipsius: cetera vero

funt veluti conditiones, seu partes integrantes ad illæ

requirata. Ad postulacionem enim primò requiriunt

ascensus mētis in Deum, cui attributum est nōm orationis à Damasc. lib. 3.c.14. Perit vero ipsa, cui etiam

alias attribui ut proprium novem orationis, docet S. Thom. ex Caffiod. bid. a. 1. requirit rationem imperatrici

, vel ex parte Dei, que est eius sanctitas, & bonitas, propter quam petimus exaudiiri; vel ex parte petenti, quae est gratiarum actio, quia inquit S. Th. de

acceptis beneficiis gratias agentes, metemur accipere potiora. Iam vero id, de quo est questio in re proposita, est ipsa petitio, non quod primam partem, quæ est

ascensus mentis in Deum, cùm intellectus Christi fuerit in hac perpetua elevatione, & ascensu, ut habet S.

Th. 1. ad 3. Sed primum quod seipsum, quod cām

Christo sit data omnis potestas in cælo, & in terra,

Matth. vii. non videtur decisio quicquam ipsi, quod non sit

in sua potestate, quodque sit petendum. Deinde quod

primum rationem imperandi, scilicet ex parte Dei;

cū enim supererat iphi abunde merita, ratio imperatri

non videtur accipienda ex parte bonitatis diuina,

sed ex meritis; adiunctaque ratione videtur deesse locus

secundæ rationi imperandi, que ex parte petentis

est actio gratiarum; hanc enim maxime videtur locū habere, quando dona, & beneficia sunt gratis accepta:

at certe eti Christus accepit quædam à Deo gratias

in sua humanitate: tanè bona collata nobis

non accepit gratis, sed secundum meritam sufficiat;

G 2 cito

circo primum ea, quæ postulabat pro nobis, non videbantur fundati in gratiarum actione; sed neque quæ postulabat pro se, quia non postulabat conferti ibi ob eam rationem conferendi, ob quam sunt collata alia dona sine meritis, scilicet anima, corpus, vincio, gratia, gloria, &c. videlicet ex mera Dei bonitate, & voluntate, sed proprie merita: nam bona priuata, quæ Christus non habuit ex vi generationis, & ab ipsa generatione, metuit sibi, ut supra dictum est; non videtur ergo relinqui locus orationi Christi.

Quod autem Christus non orauerit, videtur probari auctoritate Damasceni lib. 4. c. 19. vbi inter alia quæ Christus assumpit, dicit quædam assumpit simulationis modo, velut cùm interrogauit de Lazato, vbi posuisti eum, & cùm orauerit, cùm accessit ad fulcineam, quærens fructum, cùm finxit se longius ire. Hec autem omnia non verè exhibuit; ergo neque orationem; similiter lib. 3. c. 24. dicit Christum orasse, vt exemplum nobis exhibetur. Theophyl. in lib. Ioan. 11. quoniam audisti me, sic habet: *Quis autem orans sic enqua potius enim quam dixisset aliiquid, enquit, audisti me, & sic non oratio sed figura orationis est.* *Indicamus solum.* Euthym. etiam ibid. *Quoniamodo, inquit, dixit quia audiisti mecum precious nisi sit, respondet, non est precium, offendens quid precciosus illi opus non est.* Ambro. libr. 4. de fine c. 3. ait Christum ex loco Ioan. non egisse gratias Patri ex corde, quod ab eo exauditus esset, sed propter circumstantes expressisse vocem, quasi gratias agentis: sequitur ergo ex sententia Ambrosij Christum verè non orasse.

Nihilominus certissimum est, Christum in via verè, propriè orasse; probatur ex Scripturis. Ioan. 17. orat multum, & multa postular, & pro se, & pro aliis, postulatio autem est præcipuum in oratione. Alibi continetur actio gratiarum cuiusdam, quæ pertinet etiam ad orationem, Luc. 22. *Accepto calice, & patre gratias egui.* Matth. 11. *Confiteor vobis Pater, &c.* Matth. 14. *Affendi in monte solum orare.* Luc. 6. *Exiit in montem orare, & erat per molians in oratione dei.* Matth. 26. *Pater si possibile est, &c.* Ad Hebr. 5. *Qui in diebus carnis sua preci supplicationisque ad Deum, &c.*

Finis autem orandi duplex est, vnu proprius & intrinsecus, qui est alius rei imperato: alter extrinsecus, & communis ceteris Christi operibus, qui est exemplum aliorum, & declaratio processus sui à Patre, ut docet S. Thom. & de hoc extrinsecus loquuntur quidam ex Patribus pro contraria parte citatis.

Igitur ad auctoritates istorum quidam respondent hac distinctione, quod oratio Christi possit dupliciter considerari, primum comparatione solum natura humana, & ita verè, & tamē per simulationem orauit. Secundū comparatione naturæ, & personæ diuinæ, & hoc modo aliquid habuit simulationis, indicans personam esse imbecillum, non æqualem Deo; & hoc sensu locutos Patres, presertim Damascenum, sed non est ad mentem Patrum: nam primum Damascenus lib. 4. c. i. cùm numerasset ea, quæ Christus faciebat simulato modo; subdi hæc verba: *His enim ac familiariis vi Deum, nec vi homo opus habebat, verū ratione humanitatis cōgruente ad id se cōformatas, quod ipsi solum unitatis poscebat, ut, q. ob eā causam precebat, ut se impia quendam, deoque adversariam minime esse demonstraret.* Vbi ea particularia, nec vi homo, declarat etiam comparatione humanitatis, orationem illam factam esse simulato modo. Similiter Theophyl. caſuam cur Christus adhicerat orationem, qua non egebat, exhibet r̄terque figuram orantis, ut loquitur ipse: *Signat, vt ostendat se esse ex Deo, & non contrarium Deo.* Præterea Christus non orauit eo fine, ut occultaret diuinitatem, & Patres declarant, quo fine exhibuerit figuram orantis, scilicet

ostendendi se esse ex Dō; non est ergo, cur Patres intelligantur de alia simulatione, cū ipsi se declarant, humili fere modo loquuntur alij Patres.

Ergo alia exploitio communior aliorum; hos Patres solum voluisse excludere à Christo caſuam orandi communem omnibus reliquis hominibus, quæ est indigentia rerum, quas postulant, & impotentiā perficiendi, quod volunt. Quoniam enim Christus potuerit plenaria abfque oratione perficere ea, pro quibus orabat, voluit tamen perficere media oratione impremitro id à Patre, id eo quod vera orabat. Haec responsionem recipiunt autem prioris reipositionis; argumento ducto à doctrina August. qui ep̄. 89. & alibi sepe, necessitatem auxiliū diuinū probat ex oratione, quod scilicet petatur a Deo, siquid oratio non sit fallax: Christi autem oratio non fuit fallax; ergo Christus ex vera necessitate, & indigentia oraverit, si oratur secundum humanitatem.

Nibilominus responsio proposita est bona, & continentur perpicuus in verbis citatis dicitur Patrum, & aliis sequentibz. Damasceni, qui ut declarat Christum non orasse ex indigentia, proferit exempla, quibus impetratio, & non prece miracula operabatur, impetratio ventis, mati, languidis, dæmonibus, paralyticis, vt surgerent, &c. Quare argumentum allatum ex August. procedit contra dictos Patres, quod videlicet vbi orauit Christus, aut fallax fuit eius oratio, aut certè oratio ex indigentia. Ad argumentum ergo dictum ex August. dicitur primum orationem natura sua inferte necessitatem rei, que petitur, & impotentiā perficiendi, quod petitur, nisi aliunde conetur eum, qui petrit, non esse imbecillum, sed poterit, runc enim considerandum est cuiusmodi sit hac potentia dupliciter enim potest alius habere potentiam, primum in seipso non egenus alio agente, nisi concurrens communis causa prima; & sane stante hac potentia fallax est oratio postulans ab alio, quod sine illo prestare potest. Secundū in alio agente, quod est ipsi additum, & applicatum pādo, seu promissione, vel vi alienius suppositionis, cuiusmodi suppositio in Christo est vno hypothetica, ratione cuius consequens est, Deum multa operari pro loco, & tempore exigente Christo, praesertim in levitate, quam fecerit sumus circa q. 13. quod humanitas Christi non sit causa physica miraculorum, &c. & stante hac potentia potest quidem ei se locus orationi, quoniam operatio aliena potentia, licet promissa, potest accersit oratione, & non tantum aggrediōne, exercitiōne operis. Neque ob eam rationem, quod aliena potentia opera sit promissa, est fallax oratio, quia petit illam, verumtamen non est necessaria, quandoquidem aggrediēti opus etiam sine oratione aderit. Hoc ergo est quod dicunt Patres citati: & cum aīum Christum orasse simulando modo, seu exhibuisse figuram orantis, mens eorum non est, quod simulatio cadat supra orationem, nam fuit vera oratio, sed supra indigentiam, quod suis fuitur orare ob indigentiam, vt alii homines, quibus non est ira addicta operatio diuina. Iam ergo ad rem propositam, cōm aliunde conetur de potentia Christi, certè oratio in ipso non infert necessitatem, quam aliquin natura sua infert etiā in Christo, si spectetur tantū conditio humanae naturæ. In nobis autem, in quibus supra conditionem humanae naturæ nihil est, vnde confite possit de huiusmodi potentia; reliquum est, ut necessitas orandi inferat impotentiā; & Aug. argumentum non proinde procedat in Christo, atque in nobis. Eodem modo interpretati licet alios Patres citatos pro contraria parte.

Ex his intelligitur sensus illius loci Ioan. 11. *Pater, gratias ago, quoniam audisti me; ego autem scribam, quia semper audis me, sed propter populum,* qui

qui circunstas, dixi, ut credat quia tu me misisti. Duo enim habetur ex hoc loco. Primum quod Christus orauerit; audiunt enim aliquando, & praetertim hoc loco, idem est, ac exaudiri quod est verbum relatum ad orationem. Secundum quod oratio haec praeferitur publica heret propter vnam e causis à S. Thoma assignatis, scilicet ut declararet se missum à Patre.

DISPUTATIO XVIII.

An Christus in celo existens oret
pro nobis.



ELEGANT Christum in celo pro nobis orare Medina hic. Vasquez dis. 82. qui etiam citat quosdam recentiores. Hanc sententiam defendit Rupert. Abbas lib. 9. Off. c. 3. Proferuntur pro ea Patres; primò nonnulli qui dum explicant, quæmodum Christus ore in celo, dicitur id præstare, ostendendo Deo suam humanitatem, suaque opera facta in hac vita, quod est exorare, & impetrare ut rerum ipsiarum, non autem ut preci, & orationis, ita docet Greg. Magn. lib. 22. mor. c. 1. alius 18. explicans illud Iob 31. *Desiderium meum omnipotens audias.* Beda in id 1. Ioan. 2. *Ad vocatum habemus. Anfelmus in id Rom. 8. qui etiam interpellat pro nobis.* Paulinus Aquilensis in lib. *sacrosancto, circa medium, Nazianzenus orat.* 36. quæ est quarta de Theologia, dicens Christum pro nobis mediationis ratione supplicare. Eodem modo munus interpellandi explicari à Hieronymo, Sedulio, Primaio, Innocentio III. tradit Vasquez cap. 2. num. 1. 2. Hinc alij expressius excludunt verba ab oratione Christi, solùmque dicunt orare re ipsa, seu interpretatiæ, & modo dicto. Adelmannus Brixiensis in epist. de veritate corporis Christi, circa medium, alijs interpellationem, quæ habetur ad Rona. 8. ficti à Christo, non verba profrendo, sed obedientiam, aigne humanitatem suam per commemorationem passionis Dei Fátri commendando. Eodem modo loquitur Nicol. Cabass. in expositione Láurgie, quæ est in 4. tom. bibl. lib. 4. 4. & Simeon Theffalonicensis Episcopus lib. *de mysteriis Eccles.* c. 44. quem rcfert Turturianus lib. 8. *confitit.* Apof. 2. 30. Clem. cap. 44. Probatur etiam auctoritate Chrysostomi hom. 15. ad Rom. vbi verbum illud capituli 8. *interpellat pro nobis,* dicit positum ad significandum suam erga nos charitatem, & videtur excludere aliam causam, dum ait: *Vides, ut ubique ostendas se alia nulla de causa verbum id, intercedit, dixit,* quamvis ut feruimus, ac vigorem illius erga nos charitatis declararet.

Fundamentum huius sententiae sumitur ex cap. 28. Matth. *Data est mihi omnis potestas in celo, et in terra;* hoc enim verbo intelligunt promissa Christo à Deo omnia, quæ ad vniuersitatem hominum salutem pertinent, eo quod sua passione, & morte haec omnia meruerit, ut dicitur ad Hebr. 10. *Vna oblatione consummata in sempiternum sanctificatus;* id. ut verò intelligent factum posita scientia omnium hominum, & conventione, & quasi transactione quadam, quæ intercessit inter Christum, & Patrem circa omnes homines, & circa omnia, & singula, quæ ad singulos pertinenter; Christumque simili postulasse tam communia bona omnibus, quam singularia singulis, nec quicquam deinceps postulandum supererit. Confirmant auctoritate Chrysostomi homil. 15. ad Rom. vbi sibi habet, *Qui adfringit, & condemnat, &c. liberavit, & iustus, & filii fecit, &c. quo tandem modo post omnia à se perficiat, &c. ad ea, quæ facilius sum, intercessione indulget;* & homil. 13. ad Hebr. inquit, *Si Sancti una oratione aliis.* Ragulæ in 3. p. D. Th. tract. post.

A quando à Deo impetrant, quod volunt, quomodo Christus intelligendis est preces multiplicare?

Secundò argumentantur ratione, aut Christus orando in celo aliquid imperat, aut nihil: si nihil, otiosa est oratio: si. aliquid, illa oratio habet rationem meriti pro nostra salute; digna enim esset quæ exaudiretur, & id quod sibi tribueretur, prouisceretur ex gratitudine: atque meritum Christi eius morte terminatum est; ergo & oratio.

Deum vsus Ecclesie est orare Christum, ut ipse conferat nobis misericordiam, non vero, ut illam impetrat à Patre.

Nihilominus verior est sententia affirmans, Christum in celo orare pro nobis. S. Thom. in 4. d. 15.

B q. 4. art. 6. q. 2. ad 1. & in cap. 8. epif. ad Rom. vbi distinguunt duplex in interpellationem Christi, aliam per orationem, aliam per ostensionem sue humanitatis. Idem habet expressius l. 4. in cap. 7. ad Hebr.

Item 2. a. 9. 8. art. 11. Sanctos in patria orare. Probat exemplo Christi ex illo ad Hebr. 7. *Accedem per semetipsum ad Deum ad interpellandum.* Hoc loco aiunt quidam S. Thom. non declarare, utrum Christus orci in celo, vel solùm oraverit in terra; sed certè locus Apostoli, quem citat, est de Christo in celo. Eadem est sententia Abuleni. in cap. 14. Matth. q. 12. Bonav. tom. 2. *episcoporum, opif. 19. meditationum cap. 98.* vbi post ascensionem in celum contemplatur Christum orantem apud Patrem. Nec video, cur dicant quidam recentiores, non esse hanc eius sententiam, quia non recensit hoc, ut gestum, sed ut contemplandum: nam profecto contemplatio non debet fundari in falsitate. Eadem est Toleti in cap. 16. Ioan. annos. 35. qui dicit sententiam huic contrariam, esse improbabilem item nostri Cornelij in cap. 8. ad Rom. & aliorum recentiorum. Probatur primò ex cap. 8. ad Rom. vbi de Christo dicitur, *Qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui eius interpellat pro nobis.* Ad Hebr. 7. dicitur, *Unde & salutare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.* & cap. 9. ait Christum in celum introisse, ut appareas unius Dei pro nobis. 1. Ioan. 2. *Ad vocatum habamus apud Patrem.* Græcc. eis *μεγάλωστος,* quæ vox quanuis possit significare consolatorem, & aduocatum, tamen hic constat significare aduocatum, est enim ibi dicta ad confontandos peccatores: ex quibus, & alijs verbis adiunctis, quibus Christus dicitur propitiatio pro peccatis nostris, constat etiam Christum dici aduocatum, quatenus homo est, non vero quatenus Deus est: et si alias de Spiritu sancto, qui Deus est, dicitur ad Rom. 8. *Spiritus postulus pro nobis genuibus ingarrabilis,* id est, postulare facit. Hac loca auctores contraria sententia volunt procedere de oratione interpretatiæ, quæ quicunque exhibet res, quæ mouent personam aliquam ad exhibendum ea, quæ alias vi orationis exhibentur solent, cuiusmodi sunt opeta grata, officia, &c. dicitur orare apud illum; quæ rerum exhibitio ad impetrandum, non solum habet vim, cum primum exhibetur, verum etiam postea commemoratione, & representatione rei exhibebit, quomodo aiunt iam Christum in celo orare, representando suam humanitatem, suaque merita, nisi auctoritate Patrum, & assignantium hunc modum orandi locis citatis. Potest etiam addi, & in idem recedit oratio facta à Christo pro nobis in terris, quæ adhuc maneat in acceptione, quomodo loquitur OEcumenius loc. cit. ad Rom. 8. *Nam tantum, inquit, una habet facta tunc deprecatio, ut semper sit efficax.* & quæ in ea continent adimplerat. Sed certè verbum orandi non nisi per figuram ethopæcum rebus tribuitur, quo modo dicitur, G 3 Abicon

Abscondite elemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabis pro nobis, cùm proprie sit actus intellectus, & voluntatis; quando ergo tribuitur per sonum prædictæ intellectu, non debet accipi secundum dictam figuram, sed secundum proprietatem, nisi constet verba non posse proprie accipi. Cùm ergo tributauit Christo verbum interpellandi, non est, cui accipiatur dictum de eius humanitate, eiisque meritis; & cùm sit ferme de oratione præsenti, non est eum refutare ad præteritam. Confirmatur ex verbis Apostoli, nam ad Rom. 8. ponit ordine suo fessiorem ad dexteram post resurrectiōnem, & orationem post fessiōnem ad dexteram; ergo post ascensum in celum fit aliquid nouum, seu noua oratio præter eam, quæ ante facta fuit in terris. Hanc etiam viam habet quod disertus ad Hebr. 7. accedentes per seipsum ad Deum ad interpellandum, & præterea, semper vivens ad interpellandum; habet enim vim ad significandum, non sile terminata morte passionem Christi, sed resumptam eis simul post mortem cum vita, & perseverare cum vita; aliquin si solerteria præterita, solaque oratio præterita habere vim orandi, non esset ad rem dicere, semper vivens ad ordinandum; quandoquidem vita nullam duratione sua conferret operam magis, quam si non duraret. Probatur præterea ex eo, quod habetur Zach. 12. Angelum Domini clamare, Dominus exercituum, vñquerò ut non miserebis Hierusalem, & urbium quibus invaseris? vbi in Angelo significari Christum, docent veteres Patres, quos ibi laudat Hieron. Item Iohann. 14. Ego rogaro Patrem, & alium Paracletum dabo vobis; quem locum de oratione Christi in hac vita accipit Rupert, sed non recte; nam his verbis pergit Christus aperte discipulis ea, que cooperat dicere facturum se post ascensionem ad Patrem, scilicet, Ego ad Patrem vado, & quodcumque petieris Patrem in nomine meo, hoc faciam, & ego rogaro Patrem, & alium Paracletum dabo vobis. Et post pauca, Non relinquam vos orphanes, & Pacem regingo vobis.

Eadem est Patrum sententia, Aug. præf. in secundam enarrat. Psal. 29. Habes, inquit, humanitatem, que pro te oret, nam hoc dilectum est ab Apostolo, etiam post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi: Qui erit, inquit, ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Et epist. 59. q. 5. De ipso domino nostro Iesu Christo dilectum est, quod interpellat pro nobis, nunquam interpellat. & non enim postulat, ut vera quia postulat, pro eo postum est, interpellat. Et præf. in Ps. 5. at Christum esse caput nostrum, qui & oret pro nobis, & oret in nobis, & orebit a nobis; oret pro nobis, ut Saecordos nostrar, oret caput nostrum, præserit a nobis, ut Deus nostrar. Dicit posset hic agi de Christo in hac vita. Sed præterquam quod verbum praefens, oras, videtur significare statum orandi; adhuc verba, que paulo post subdit, declarant agi de Christo existente in celo, videlicet, Oramus ergo ad illum per illum, & in illo, & dicimus cum illo, & dicit nobiscum. Et tract. 101. in Iohann. Ht. air, possumus vñquem cognoscere Dominum nostrum Iesum Christum, in quantum homo est pro nobis interpellare Patrem, in quantum autem Deus est, non exaudire cum Patre. Distinguit hic Augustinus duas actiones Christi, ut Deus est, & ut homo est; oratio ergo est actio Christi. Origenes in illa verba ad Rom. 8. interpellat pro nobis. Vide autem, inquit, quomodo audias, quod quia Iesu interpellat pro nobis, ipse enim est, de quo alibi dicitur est, quia Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio, & sic ipse est Iesu, & Saecordos, & ipse est informa serui, & informa Dei; sic ipse est adiutorius, & index. Vbi nota, nomen iudicis significare officium, quod exercet suum manus circa singulas actiones singulorum hominum iudicandas; cum vero huic adiungatur nomen Aduocati, quod versatur circa iudicia sua, neccesse est adiungi secundum eadem iudicia fin-

A gularia singulorum: hoc autem est orare singulariter, non verò solum oblatione vñuersali humanitatis, & meritorum: quare quod Christus oret pro nobis vult accipi ex eo, quod fit ex officio adiutorius, non verò solum ex eo, quod operatus sit opera satisfactionis, & merit. Hanc ipsam orationem pro nobis, quam Origenes fundat in munere adiutorii, fundat Videlius lib. 2. de Spiritu sancto, non procul à principio, in munere legari his verbis: Cum enim salvator mediatoris, & legalis perfusum habitas, ex qua Ponentes deprecetur pro peccatis nostris, saluans in sempiternum es, qui per ipsum acceperimus ad Deum, quia semper vivens pro eis intercessus Paremus. Sane officium legati ex natura officij conflat verbis, & oratione. Cyprian. epist. 8. alias lib. 4. epist. 4. Habemus, inquit, adiutorium, & deprecaremur Iesum Dominum nostrum. Ambros. in cap. 8. ad Rom. dicit, Christum semper egre causas nostras apud Patrem, cum postulatio concientis non posset, quia in dextra dei est. Iustinus in lib. qq. Christiani a genibus postulamus, q. 105. ita loquitur: Si enim carnis imbecillitatis superior resurrectione efficiens, tamen ut confessionis nostra Panificis pro nobis loquuntur, quanto magis cum etiam tunc corporis imbecillitatis efficitur obnoxius magno clamore, & firmo, atque lacrimis operabitur, cum quibus precies ei, qui se libertare a morte posset, offerret. Greg. Magnus in Psal. 5. Panis, non longe à principio, Quoniam, inquit, Christus ora pro Ecclesiis, de quo testatur Apostolus Pandus, quis sedens ad dexteram Patris intercessit pro nobis. Bernatid, serm. de Nativitate. B. Kirg. ante medium sic habet, Ad Patrem verebaris accedere sedis audiun terrum, Iesum tibi dedi mediastorem, quid non apud talen patrem, talis filius obincat? exaudietur utique pro sua reverentia, exaudiens utique matrem filium, & exaudiens filium Patrem. His Patrum testimoniorum quidam respondunt, recurrendo ad orationem, & intercessionem antiquum huius vita, quæ perseueret in acceptatione coram Deo: sed certe, si bene expenditur singula loca, perspicuum fieri, non hoc solum, sed plus Patres dicere, dum loquuntur de intercessione, & oratione Christi in celo, ea forma, & modo loquendi, quo de oratione Sanctorum, & de oratione ipsius Christi in hac vita.

D Ratio denum conclusionis ex una parte sumitur ex eo, quod adiutoriarum non negant: nimis Christo neque ratione personis diuina repugnare orationem; cum concedant ipsum orasse in terris, nec ratione status beatorum, cùm constet sanctos in patria orare. Ex alia verò parte non pugnat cum actione orandi amplitudo, & vñiuersitatis meriti Christi, vñiuersalitatis oratio, & oblatio facta pro omnibus: nam primò haec locum habuit, etiam in hac vita, vbi tamen ocutus, & quanuis meritum non fuerit completum in vita, sed per mortem; tamen omnis gratia, omniamque dona, quæ conferabantur viuente Christo non nisi virtute operum ipsius, sive præfantium, sive proximè futurorum, qualis erat passio, & morte, conservantur, quæ opera, tam præfecta, quæ futura erant applicata à Christo vñiuero hominum generi, & nihilominus per hæc non excludebatur oratio, & peculiari applicatio, cum pcp bono aliquius optum corundem, quæ applicata erant pro omnibus, tum etiam pro beneficis suis, conseruandis Ecclesie, & hominibus. Confirmatur ex eo, quod diximus circa q. 19. Christum non solum exercuisse munus capitis vñiuersalis, vñiuersitatem benefactoris peculiaris quorundam hominum orando pro quiblibet hominibus, & impetrando quadam peculiaria: vnde factum est, ut quilibet potuerit intercessionem, & operam ipsius peculiarium pro se postulare, vt dixit Martha Iohann. 11. Scio quia quicunque poposcere à Deo, dabit ubi Deu. quia enim, vt notat Chrysostomus. Homil. 6. fortè errat in eo, quod non altius sensibili de Christo, quam de pu-

ro homine, credens non nisi ope orationis posse mortuum excitare; tamen non eratbat in eo, quod polularer peculiarem operam, peculiaremque orationem pro se, qua faceret id, quod aliquo abique oratione facere potuisset.

Quod autem dicunt quidam, Christum in terris omnia compoisse cum Patre qua pertinebat ad nostram redemptions, vt deinceps non fuerit locus orationis, absque fundamento dicitur. Aut enim compositione hæc facta est ante mortem Christi, cum adhuc vineret in terris, & ita tolleretur oratio etiam in statua viae; aut facta fuit post mortem, sed hoc neque probari potest, nec est ratio, cui dicatur, in modo potius vt dicatur esse adhuc locum orationi: tum quia saluo valore, astimatione, & acceptatione meritorum Christi, & perseverante post ascensem in celum, non tollitur, sed viget adhuc in terris iugis necessitas diuinæ opis, & subsidij, propter quod oramus Deum, & Sancti oram pro nobis, quorum interuenient plerunque obincenimus huicmodi auxilia, quamquam non sine applicatione operum Christi; cur ergo non possit hoc ipsum facere Christus, ut homo, quod facimus nos & alij sancti homines? Præterea ostendimus superiā pertinere suo modo ad effectus prædestinationis orationes viuis pro aliquo ergo Christus pro variis hominibus, qui variis temporibus nascuntur, & implorant eius auxilium, non orti? & quare qui vivebant ætate Christi potuerunt frui ope orationis, quam ab ipso postularent, qui vero nascuntur post eius ascensionem, & implorant eius auxilium, non fruentur, cum non minus sit caput horum, quam illorum: Fortè dicunt Christum præuidit omnes postulatores consequentibus temporibus eius intercessionem, & orasse pro illis, dum vineret: at certè primum idem dicit posset de oratione, qua orabat in vita, quod non fuerit necessaria nisi in primo instanti Incarnationis, in quo nouit omnia futura. Deinde Christus agit, & egit ut homo, & vt creatura per humanitatem, non verò ut Deus; hic verò modus faciédi aliquid propter opus liberi arbitrij futurum, quo homo id mereatur, vel impetrat, est proprius filius Dic, quem tamen modum non nisi in conferenda gratia antiquis Patribus intuiti futurorum meritorum Christi, nouimus obseruare ob rationem superiā assignatam, quod non potuit expectari mors Christi: alias autem quicquid est faciendum propter orationes, vel merita liberi arbitrij, non facit in re, nisi posito merito, vel oratione, sicut nec decernit facere in æternitate ante præmissum orationis, &c.

Ad fundamenta contraria sententiaz dicendum est item Pactum ibi esse, declarare duo necessaria ad souendum in nobis spem auxiliorum, & rerum, quibus quotidie indigemus, quæque à Deo expectamus, & postulamus post mortem Christi, quorum primum est, opus Christi circa curandam salutem nostram non cito terminatum eius morte, vt videlicet nihil deinceps agat, curvè pro nobis, atque propterea non iam amplius proloci, & tempore sit recurrendi ad ipsum, sed ad solum Deum, ad ipsum verò solum quatenus Deus est; hoc enim est aperte falsum: & hoc est, quod vera re vult contraria sententia, dum negat Christum orare pro nobis, vt scilicet non recurramus amplius ad humanitatem Christi, & ad Christum, ut homo est, sed solùm ad Deum; neque enim in celo, ubi non est amplius locus meritis, sed solum orationi, possimus aliud poscere à Christo, nisi orationem: negare autem nobis recutire ad humanitatem Christi, pugnat cù pietate. Primum ergo quod docent Patres, est Christus adhuc fatigere pro salute nostra, idque orando. Secundum & potissimum fundamentum, est rationem orandi, qua maximè souetur spes, non esse

A talium, qualis est religiosus hominum, quorum vis exordiori posita est in sermone, citanti sanctiorum, qui vel non interponunt sua merita, vel si interponunt, ea non sunt instituti pro salute nostra, & fundantur in meritis Christi, sed est illa cadem, qua redempti sumus, posita in meritis Christi, vt sicut illa fuerint semel applicata pro omnibus, ita quotidie iuxta opportunitatem, & necessitatem applicantur pro singulis necessitatibus, non solum immediate, quod fit quando Deus auxilia, quæ Christus generavit meruit omnibus, dat hinc, & nunc hinc vel illi, verum medianæ oratione, vt ubi liberum est Deo applicare huic, vel illi homini, itemque huic, vel illi necessitatibus Ecclesiæ, Christus oratione sua obtinet, vt applicetur repræsentando merita ipsa; que sit, vt applicetur priuilegium, vt motuia ad impetrandum, quo modo ratio obtinendi nō solum sunt merita Christi, verum etiam bonitas concedentis, & largientis Dei, que solet esse ratio propria obtinendi, quando aliquid vi orationis obtinetur. Deinde verò ubi Christus exortatur, applicatur vt pretium à Deo, modo suprà explicato. Itaque non sicut Patronus mens negare, Christum proprio actu orate Deum, propriisque actu offerre suam humanitatem, & merita Deo in celo pro nobis, exdereque humanitatem eius ab omni cura, & officio circa nos; sed solum declarare quod dictum est. Hac eadem forte sicut mens Ruperti, qui reuera nimis videtur accedere ad contrariam sententiam, sed nobis interim sufficiunt alij Patres.

Ad fundamentum ex eo, quod dicitur, Data est mihi omnis potestia, &c. respondeo, cum haec potestate sit, quod passim oretur Deus pro rebus necessariis ad sarcinem, & adhibeat intercessiones sanctorum apud eundem, quod si potestas hic data Christo, intelligatur eis, que veretur circa auxilia omnia iam dicta, certè omnis recursus deberet esse ad humanitatem Christi; quare vt non disputemus hic quoque alia extendat potestas Christi quod hac auxilia, &c. illud certum est, ex loco Matthæi solum agi de vniuersalitate porcellatis ad id, quod præcipiebat, & instituebat, cuiusmodi est cœterius gentium ad fidem, & media faltis communia, que ordinabat, scilicet Sacra menta, præcepta, traditiones, &c. quæ debebant per Apostolos, eocumque successores pethei, & administrati. Quid verò tentiendum sit de illa conciunctione, facta à Christo cum Patre, suprà dictum est. Christofomus autem illo loco videtur etiam in hac vita excludere orationem Christi: argumentum enim videtur esse, si quod plus est, feliciter damnatos liberare, &c. scilicet est sine oratione; quomodo non fieri quod minus est; consequens enim hinc est, & illa maiora scilicet sine oratione, & quacunque minora, sive in hac, sive in alia vita, modo sine minorâ, fieri potuisse sine oratione, hoc autem falsum est. Dicendum est ergo, ipsum, sicut & alios plerosque Patres, solâ oratione necessitatibus, voluisse excludere à Christo; oratio enim est de rebus quibusdam leuioribus, quā sit liberare damnatos, &c. ait ergo, si hoc potuit, cur non illud? Volunt enim Patres reiectori Ariani, qui ex necessitate orationis probabant Christum non esse filium Dei, & neque ex natura humana neque ex alia natura habere posse facere quod vult; Patres yet cœtū docent personam Christi habere, unde possit, & non egat oratione, scilicet naturam diuinam. Ad secundum negandum est orationem illam in celo habere rationem metiti, nam ratio obtinendi ibi non est astimatione operis, comparati cum mercede, nec habet locum pactum, fine tacitum, sive expressum, etiâliâs quilibet actio Christi habet eiusmodi valorem, quoniam ibi non est locus meritos, sed est bonitas, & liberalitas largientis maximè & præcipie, itēque gratia

arque amicitia petentis in celo, et si hæc natura sua non requicatur, nam in terris Deus etiam peccatores audit, & est exemplum in Sanctis, qui intercedunt, & obtinent in patria, & tamen non merentur. Nec est ad rem discrimen, quod alignant, nempe quod Sancti non obtinuerint oratione, vel metitis in hac vita, quicquid obtineri potest; Christus autem obtinuerit, & compofuerit omnia cum Parce; hoc enim refutatum est, & vt detur, non tamen est ad rem ad declarandum, quomodo non mereantur Sancti in patria orando; & quomodo consequens est, Christum mereari, si oraret, solum enim declarata Sanctorum egere oratione in patria, non verò Christum.

Ad ultimum dicatur, Christum, cum sit persona diuina, subsistens in duabus naturis, pollicebus modis orari, scilicet ut Deum verbo, ruferrere nostri, & vt hominem, ora pro nobis. Ceterum orationes publicas Ecclesiæ communes, quæ inserviunt concepta verborum formula, expedit initium primo modo, pollicendo bona ab ipso Christo, non verò secundo modo, pollicendo intercessionem ad ea obtinenda. Ratio est, quia ex una parte primus modus orandi licet expressè solum poscat opus proprium Dei; virtuiter tamen hoc ipso, quòd orat Christum sub nomine Christi, id est, ut per sonam subsistente in duabus naturis; postular quicquid ipse potest, & quoconque modo, & per quamcumque naturam potest, ut videlicet si ad concedendum quod postulatur, expediat per naturam humanam orare Deum, seu scipium in natura diuina, intelligatur virtute eius orationis oratus, ut illam adhibeat, nec opus est alia peculiari postulatione huius intercessionis. Ex alia verò parte vitatur error hereticorum, habeturque maior ratio dignitatis Christi, quæ sane habenda est, cum agendo de ipso, & cum ipso, ut Deus est, salua manet confessio, fidelsque humanitatis eius, & obtinetur id, quod ab humilitate eius optamus. Et nihilominus nullum incommodum est in orationibus priuatis orare Christum, vt intercedat pro nobis.

Reliquum est hic docere, an oratio Christi semper fuerit exaudita, sed ex disputationibus habitis de voluntate Christi, & de disuersione eius, vt ratio, & vt natura, & de voluntate sensu, itenque disputationibus proximis satis constat quid sit dicendum.

Q V A E S T I O XXII.

De sacerdotio Christi.

A R T I C U L U S I.

Vtrum Christo conueniat esse Sacerdotem.

Ad primum sic proceditur. *Vides*, quid Christo non conuenias esse sacerdotem. *Sacerdos enim est minor Angelus*: unde dicitur *Zachar. 3*. Offendit mihi Deus sacerdotem magnum statim coram *Anglo Domino*. *Sed Christus est maior Angelus*: secundum illud *Hebr. prime*, *Tanio melior Angelus effellit*, quando differentiæ pro ilius nomen hereditauit. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

2. Præterea, ea quæ fuerint in veteri Testamento, fuerint figura Christi, secundum illud *Caleff. 2*. Quæ sunt umbra figurorum corpora autem Christi. Sed Christus non traxit carnis originem ex sacerdotibus veteris Legis, dicit enim *Apollonius ad Hebre. 7*. *Mangustum est quid ex India oris si Dominus nobis in quadratis nihil de sacerdotibus Moyses locutus est*. Ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

3. Praeterea, In veteri legi, que est figura Christi, non fuit

Adem legislator & sacerdos: unde dicit *Dominus ad Moysen* legislatorem *Exad. 28*. *Applica Aaron fratrem tuum*, ut sacerdotus fungatur mihi. *Cov. istius autem est laius nova legi*: secundum illud *Hes. 3:1*. *Dabo legem meam in cordibus eorum*. Ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

Sed contra est, quod dicitur *Ecleb. 4*. *Habemus Ponitissimum*, qui penetravit celos, *Iustum sicutum Dic.*

Respondeo dicendum, quia proprie officium sacerdotis est esse mediatores inter Deum & populum, in quantum filii et de una populo trahi. (unde dicitur sacerdos quasi filius dari) secundum illud *Malach. 2*. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, in quantum preci populus Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliquatenus satisfaciunt. *Vnde Apostolus dicit* ad *H. 6:3*. *Omnis Ponitex ex hominibus suscipiens, pro bonis suis coniunctus in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis*. Hoc autem maxime conuenit Christo: nam per ipsam diuinam dona bonis suis collatam, secundum illud *2. Pet. 1*. Per quem, scilicet Christum maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc officiam diuina confortes natura. *Ipsi etiam humanæ genitio Deo reconciliavit*: secundum illud *Coloss. 1*. *In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabuare, & per eum reconciliare omnia*. *Vnde Christus maxime conuenit sibi sacerdotem*.

Ad primum ergo dicendum, quod postulat hierarchica conuenit quidem *Angelis*, in quantum est ipsi sum meatus inter Deum & hominem, ut patet per *Dionysian lib. Cal. hier.* ita quid ipse sacerdos, in quantum est medium inter Deum & populum, *Angeli nomen habet*: secundum illud *Malach. 2*. *Angelus Domini exercituum est*. Christus autem maior *Angelis* fuit non solum secundum divinitatem: sed etiam secundum humanitatem, in quantum habuit plenitudinem gracie & gloria. *Vnde etiam excellenter modo hierarchiam seu sacerdotalem postulat pro Angelis habuit*: ut etiam quid ipse *Angeli* fuerint ministri sacerdotum eius: secundum illud *Matthei 4*. *Accerserunt Angelis & ministribus eius*, secundum tamen paffiblitas carnis, modico ab *Angeli minoribus* est, *vbi Apostolus dicit Ecleb. 2*. Et secundum hoc conformis fuit hominibus visitatoribus in sacerdotio constitutus.

Ad secundum dicendum, quod sicut *Damascenus* dicit in *3. lib. quod in omnibus est simile, idem utique erit, & non exemplum*. Quia igitur sacerdotium veteris legis erat figura sacerdotij Christi, nolam Christi nasci de stopre figura sacerdotum, ut ostenderemur non esse omnino idem. *Agardus* enim deferte sicut verum à figurali.

Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictum est, alii homines particulares habent qualiam gratiarum, sed Christus tanquam omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum. Et ideo quantum ad alios pertinetius est *Lector & aliis Sacerdoti*, alius *Rex*: sed bac omnia concurredit in Christo tanquam in fonte omnium gratiarum. *Vnde dicitur Ioseph. 3:3*. *Dominus index noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse venies & salvabis nos*.

AFFIRMAT S. Thom. ducto argumento à propria, receptissimâ apud omnes gentes notione de officio sacerdotis, quod est esse intermedium inter Deum, & homines, utriusque parti deseruens in iis, quibus secum inuicem communicant: neque villa sacerdotis, qua sacerdos, opera est, quæ alterutri parti erga aliam non deseruat. Quomodo verò hoc munus mediatoris per se ad Christum pertinet, partim supra in materia

de satisfactione, & merito Christi,

partim infra ita-

etabitur,

* *

DISPUTATIO XIX.

An Christus verè sit Sacerdos.

BEST VANDYM est, quodam recentiores septem officia sacerdotum recensere, qua offendunt; & Christum exercuisse, ut probauit esse sacerdotem, videlicet orare pro populo, offerte facta, esse doctorem populi, esse ducem diuinum exercitus. Deut. 10. Si exieris ad bellum, &c. appropinquabis sacerdoti ad populum, &c. esse duotrem ad delinquentem finem, esse iudicem, esse pastorem. Ceterum confat ratione S.Thomae, solum ea, quibus intermedius est inter Deum, & homines, constitueretur per se sacerdotem: hac enim ratione ad idem prbandum vtrius 5.Aug. lib.10. Cuit. cap.20. huiusmodi autem est orare, & offere facta; reliqua verò, vel huius pertinent, cuiusmodi est esse ducem diuinum exercitus; nullam enim aliam operari adhibet, ut sacerdos est, quam orationibus, & sacrificiis precati à Deo auxiliis ad pugnam: vel certè sunt annixa eius officia, cuiusmodi est, esse doctorem populi, duotrem ad delinquentem finem, iudicem, & pastorem; absque his enim rectè constituiretur sacerdos solum per ea, quibus intermedius est inter Deum, & homines, cuiusmodi est orare, & facta facere. Et tuns ex his duobus solum sacra facere per se integrè constituitur sacerdotem, orare verò ad ipsum pertinet, quatenus includunt eminenter, & virtute in actione sacrificandi: sacrificium enim efficacius imperat, quam oratio, quatenus à sacrificio distinguitur; atque ut distinguitur, fitque per se extra sacrificium, non eis propria sacerdotis, sed annexa, & quidem magis, quam alia iam dicta munera, quia ad quem pertinet id, quod maius est, pertinet & quod minus est in eodem genere; in genere autem impetrandi cum duo censentur, scilicet sacrificium, & oratio, maius est sacrificium; quare ad sacerdotem, cuius est sacrificare, pertinet & id, quod est minus, scilicet oratio, quamvis communissimum sit omnibus hominibus orare, nō item sacrificare; quare iultinus in dial. cum Tryph. dicit, Deum non accipere sacrificium, nisi à sacerdote.

Quād antea maximè proprium munus sacerdotis sit facta facere, ostendit Tridentinum sif.12. cap.1. his verbis: *Sacerdotem secundum ordinem Melchizedech et in aeternum constitutum declarans, corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patris oblinuit, ac sub carnem rerum symbolis, Apollinis, quas tunc nos Testamenti sacerdotes confidemus, ut sumerem tradidit, & eidem coram in sacerdotio successorum, ut offereant precipiti per hoc verba: Hoc facite in meam commemorationem, uti semper carbo-lica Ecclesiæ imitexis, & docui. Hec Trid. vbi vides agi ex instituto de constitutione sacerdotio Christi, simulque Apostolorum, & successorum, cùmque hieri tantum pet sacrificium, nulla hī facta mentione cuinquam alterius muneris. Citat August. lib.12. Cuit. cap.10. sed clariss lib.10. Cuit. cap.20. de Christo sacrificante ait: Per hoc et sacerdos est. Et epist. 49.9.3. haec etia templum, sacrificium, sacerdos, agnoscit, vt habentia mutuam consequentiam. Illud verum est, sacrificium propriè esse actum virtutis religionis resipientem excellētiam Dei, quam colat tanquam obiectum; tanquam materiam verò oblationem aliquis ei, qui per aliquam immunitatem offertur, eaque immunitati est protegatio, & agnitus supremi dominij Dei, id est, quo dominatur cuique creaturæ, sibique soli conuenit, ideoque non solum constat tali fine, verum etiam tali iam dicta materia. Ceterum quoniam multa sunt*

Aptaret hanc alia genera actionum resipientium eundem finem, idcirco obiectum formale, scilicet excellētiam diuinam, quam colat, & ex duabus dictis partibus, quibus constat sacrificium, magis præcipua est dicta hīs, inde factum est, ut etiam his actionibus sacrificij nomen tribuatur in Scripturis. 1.Petri 2. *Etsi tanquam Lepedes vini superadūcātū domus spirituales sacerdotum sanctum, offere iprimales hostias Deo acceptabiles per Iesum Christum, & infat: Vos autem genus electum, regale sacerdotum. Et Apoc. 5. *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Per hoc tamen non tollitur quin sacerdotium constitutur per se per sacrificium; sed solum habetur quod secundum latiōtem, strictrōēm acceptiōnē sacrificij, latius, vel strictrius accipiat, quod recte obliterauit S. Th. 2.2. q. 8.5. in corpore, in terra responsione ad 3. Hinc sequitur ad sacerdotiorum si latè sumptum nullam requiri institutionem, vel deputationem: nam sacrificium hīc latè sumptum ad omnes, & singulos pertinet, ut offrant illud sive pro se, sive pro aliis. At vtrō sacerdotiorum strictrius acceptum requirit certam aliquam institutionem, ut habetur ad Hebreos 1. *Omnis sacerdos ex hominibus assumptus pro hominibus constitutus in iis, que sunt ad Dextram, & offere dona, & sacrificia pro peccatis. Eaque institutio est diversa pro diversitate statuum, & legum, sive naturalis, vbi in mores inductum erat apud pletofique, ut sacerdotio pertinet ad primogenitos: sive Mosei, vbi erat hereditarium in tribu Leuiticum, sive in gratia, vbi confertens sacramento, & impulsione characteris, atque hoc sacerdotium non constat sacrificio latè sumpto, sed iam dieo magis proprio, & speciali, idque prout offertur à sacerdotibus ita institutis, est publicum non solum pro offereente, verum etiam pro omnibus; quamvis enim possit offerri determinatè pro aliquo, ut offerebatur à lob, de quo dicitur cap. 1. *Confusigenque dilucido offerebat holocausta pro singulis. Tamen officium sacerdotis sic instituti inspe natura est publicum, & ex vi huius communis officii potest sacrificare determinatè pro singulis. Hoc, inquam, habet sacerdotium sic institutum, ut nō dicatur interim, an & quomodo, saltem in lege natura, poterit sacrificium propriè dictum offerri ab homine non sic deputato ex officio, ac proinde non sacerdote; atque hæc colligere licet ex S. Thoma loco cit. & præsentim art. 4. & 3.****

D Ian verò quod rem nostram attinet, quod Christus fuerit sacerdos, nec sanè solum latiōni acceptiōne, sed maximè propriè & peculiari, perspicue habetur auctoritate Scripturæ, Conciliorum, & Patrum; primum quidem affirmantum, esse sacerdotem secundum peculiariam sacerdotis notiōnem; secundò verò tribuentum ipsi propria actionem sacrificij. Primum habetur ex Psalmo 109. quem esse de Christo de fide est Matth. 22. & 1. ad Corin., 15. & ad Hebreos 1. & 10. Iamque erat solemnis, & passim etiam vulgo recepta acceptio huius Psalmi pro Christo. Hinc enim turba Ioan. 12. protulit illa verba: *Nos audiimus ex lege, quia Christus manet in aeternum. Quod eris expressius tradit Apost. ad Hebreos 5.6. & 7. accipiens de Christo illud dictum Psalmi, Tu es sacerdos in eum secundum ordinem Melchizedechi. Idem docet Trident. sif. 12. cap. 1. & 2. August. & Patres iam citandi.*

Ian quid functus sit proprio munere sacerdotis sacrificando scipiuū primum quidem in Eucharistia, tam per scipiuū in nocte cena, quam subinde per alios sacerdotes, docet ex instituto Trident. loco cit. Augustinus lib.10. Cuit. cap.20. Cyprian. lib.2. epist.3. & passim Patres, qui citantur in materia de Eucharistia. Dicinde verò in arca crucis id fecisse, latè docet Apost. 10a epist. ad Hebr. & Christus Ioan. 17. *Tu sis sancta*

sanguis meipsum, id est, sacrificio, ut exponunt Cyrill. Chrysost. & paulum omnes. Et quidem quomodo sacrificium: si scimus in Eucharistia, non maiorem habet difficultatem, quam quomodo sacrificient ipsum alij sacerdotes, dum ponunt aliquam actionem, & mutationem, qua mutetur panis in carnem Christi, succedatque caro loco panis, que actio hi a Christo tecundum modum, quo ponunt fieri ab aliis sacerdotibus in materia de Eucharistia; in qua immutatio per leponi rationem sacrificii Eucharistiae, prior est fententia. Quomodo vero sacrificaverit scismum in cruce, ubi nihil egit in magna illa immutatio, quae constat illud sacrificium, sed potius passus est; non caret difficultate.

Reipondens Suar. disp. 46. fol. 1. & Valsq. disp. 83. cap. 5. num. 37. & alij, ad ministerium sacerdotij non requiri per se actionem physicam, sed operationem moralem, quae res physica ab alio immutata offeratur in enuntiis, & obsequio Dei: & quidem recte, & ad mentem S. Iohann. 6. 2. ad 1. Verum statim obiectatur, ea ratione etiam Martyres seipso sacrificare, quippe qui sui propter occisionem possunt offere, & offerunt in cultum & obsequio. Profiteruntur duas differentias Caetani ex tentaculo 3. inter Christum & Martyres. Prima est pens actus voluntatis, quod scilicet in Martyribus fuerit tantum acceptatio occisionis, quia non poterant impeditre Tyrannos, & carnifices, ne occiderent, neque poterant iam capti subtrahere scelere a potestate iporum; ideo solum ipsis establebat acceptatio patientie: Christus autem poterat non solum operari, vt non caperetur, verum etiam ut capiatur non posset retineri, & retentus non occidit; propria voluntas ipsius fuit oblatio potius, quam acceptatio. Sed hanc differentiam non satisficit, primò quia non plus voluntarii requiruntur ad virtutem religionis, quam ad alias virtutes, si solum spectemus id, quod requiritur ex parte voluntatis ad bonitatem actus virtutis. Atqui ad hoc, ut mors, & passio sit obiectum virtutis charitatis, fortitudinis, patientiae, humilitatis, iustitiae, &c. non requiruntur, vt sit in potestate eius, qui patitur, satis est acceptatio, relatio voluntatis, relatio in finem eius virtutis: ergo similiter idem voluntarii satis est potest ad hoc, vt oblatio eiusdem rei in cultum, & obsequium Dei sit actus religionis, & proinde sacrificium, quod per se constant actione immutante, & obiecto seu fine religionis. Deinde quia constat quosdam Martyres sponte sese cœdi oblitus, vel inducere non fugiendo, nec abscondendo seipso, cum posse, hac enim moraliter cœnitur oblatio, vel etiam directe sistebo se coram Tyrannis, quod fecerunt Sebastianus, Marcellinus, & alij.

Secunda differentia est, quod sanguis Christi ex virtute, quam recipit ab unione cum Vero, est metitorius, & reconciliator non Deo, non item sanguis Martyrum. Reiciuntur hanc differentiam quidam ex argumento, quod sacrificium non solum sit ad placandum Deo, verum etiam ad gratiarum actionem. Sed non recte, nam si fiat vis in virtute, quam habeat sanguis per se; certe neutrum habet sanguis Martyrum, & utrinque habet sanguis Christi. Si vero fiat vis in ipsa passione immutacionis, & in oblatione, certe non minus apta est ad reconciliationem, quam ad gratiarum actionem: & in legi veteri instituta erant sacrificia non solum actionis gratiarum, verum etiam propitiacionis pro peccatis in fangiue animalium. Alter reicuntur hanc differentiam, quod scilicet sacrificium Christi ex dignitate sanguinis solum habet valorem & pretium supra omnia sacrificia; non vero rationem sacrificij per se, hanc enim habet ratione communis alius sacrificii, quae constant sanguine: potest ergo etiam san-

A quis Martyrum, nisi quid obstaret, esse materia sacrificij.

Tertiam differentiam assignant alij, scilicet mortem Martyrum non fusile sacrificium, quia non fuit Deo oblati cultu religiosum ad profundum ipsum esse auctorem mortis, & vita, sed tantum virtute fortitudinis, & charitatis, ne contra fidem, & legem Dei aliquid committerent: Christus autem obtulit vitam suam Deo in cultu religiosum, reveritus ipsum ut auctorem vita, & mortis, qui ob peccata hominum placandus esset; qua ratione fuit vere sacrificium, quod est opus non charitatis, vel fortitudinis, sed religionis. Addunt quidem quanvis daretur, mortem Martyrum esse sacrificium propriæ dictum, tamen ipsi non essent sacerdotes, quia ad sacerdotiorum B requiritur publica institutio, qualem non habebant Martyres, non vero satis est verum, propriumque sacrificium: nam certe multa sacrificia priuatum offerebatur in statu legis natura quibusdam hominibus, qui tamen, quia cœabant publica institutione, sacerdotes non erant. Hæc illi. Sed de hoc recēdo a Martyris dicendi sufficiunt sacerdotes propriæ, vel solum ratione communis, & latiora suprà explicata iam, hic non disputatur; sed solum dubium est, an oblatio mortis ipsorum fuerit verum sacrificium, cui sancitatio, & obiectio non satisficit haec responso, nisi quid addatur: nam aut differentia hæc, quod mors Martyrum non sit oblatio cultu, & virtute religionis, sed ad finem aliarum virtutum, mors autem Christi cultu religionis, perit ab intentione Christi, & Martyrum, & ita sumitur a facto ipso, quod habuerint intentionem Christus & Martyres; sed hinc nihil certi potest statu, quandoquidem potuerunt Martyres eandem intentionem habere, quam Christus habuit; aut petitur aliunde, vel à voluntate Dei, vel à re ipsa, scilicet morte Christi, & Martyrum; sed in re ipsa non est vnum discrimen, quo mors vnius hominum sit per se materia sacrificij, non item alterius, & Christus, vt iam dicitur, fuit materia sacrificij, quatenus homo est. Voluntas vero Dei, neque prohibet offerere mortem Martyrum in obsequium unum, & protestationem excellenter; neque operatur, vt oblatio sic facta non trahat speciem virtutis religionis ab eo fine his autem talis, id est, cultus Dei appositus tali immutacioni creaturae, constituit sub virtute religionis talcm speciem, scilicet sacrificij.

Dicendum ergo videtur, mortem, & passionem Martyrum potuisse recipere, & receperisse quidem bonitatem virtutis religionis; verum bonitatem ratione nique talum, id est, sacrificij sub religione, neque accepisse, neque potuisse accipere, quam tamen potuit accipere, & accipere mors Christi. Declaratur, & simul probatur, nam sola relatio in finem, & obiectum aliquius virtutis communissima, tribuit quidem aucti existentia in aliqua determinata specie virtutis, bonitatem illius communis virtutis, non tamen tribuit aliquam determinatam speciem sub illa; sic actus iustitiae, vel temperantiae elicitus ab autem bonitatis diuinæ ex charitate, accipit bonitatem charitatis, nullam tamen determinatam speciem sub illa. Similiter quibus actus virtutis elicitus in honore excellenter diuinæ affectu religiosus, recipit bonitatem huius, nullam tamen speciem sub illa. Iam vero mors Martyrum acceptata fuit, & oblati in excellenter diuinæ honorem affectu religiosus, tantum ratione generali, quae possunt referri in illam oiam actus boni in aliqua specie virtutum extra sacrificium. Fuit enim mors illorum in specie fortitudinis, patientie, &c. & in his bonitatibus coluerunt, Dei excellenter. In hac vero specie peculiari religionis, quæ est sacrificij, neque coluerunt, neque potuerunt colere Deum, per

per mortem suam. Ratio est, quia, ut beret docet S. Thomas 2.1.9.5. art. 3. adus, qui propriè dicuntur sacrificia, sunt, qui non habent ex alio laudem, nisi quia sunt propter reverentiam diuinam. At certè mox aliorum hominum extra Christum, si non habet ex alio laudem, videlicet ex patientia, fortitudine, &c. non potest propter solam reverentiam diuinam offerri, & inferri, nisi Deo-lingulariter volente, & præcipiente, bene potest offerti, & offeretur, in lege statutare mors animalium, & consumptio aliarum terum: quia omnium retum, & animalium dominium est penes nos, vita vero hominum tantum penes Deum: qui quidem in uniuersum statuit quoque & quatenus exponeenda esset vita hominum, videlicet ut propter solam reverentiam diuinam non admittatur motus, sed solum ad vitandam eius irreverentiam & iniuriam per peccatum contraria fidem, vel aliam virtutem, ita ut habeat aliunde laudem, & non solum ex reverentia diuina: non ergo restat locus sacrificii, quod per se solum ex hoc laudem habeat, sive addatur laus ex alia virtute, sive non. Quare si mors habet laudem solum ex alia virtute, & referratur in honorem Dei, propter eius excellentię atcepit bonitatem ab illa virtute, immulque bonitatem religiosis ex tali relatione, non vero bonitatem in ratione sacrificij. Aliquando vero Deus statuit admitti mortem propter solam reverentiam diuinam, ut ab Isaac Genes.2. vbi Abraham consequitus est meritum sacrificii, quia habuit in voluntate actionis bonum; quem, nisi posito mandato diuino, habere non licuisse. Atque huiusmodi fuit occidio Christi; cum enim vellat relaciōni honore Deo sublatum peccato hominum, nec fuerit contentus dignitate cuiuscumque alterius actionis, que superaret iniuriam, sed voluerit praeterea, quad fieri potuit, qualitate ipsa, & quantitate operis id praefare, maximè autem omnium fuerit apud ad id praestandum mors eius; proprieſ facta fuit sibi potestas à Deo admittendi mortem propter solum hunc finem, id est, reverentia & honoris diuini p̄ se, quicquid si de aliis virtutibus concomitantibus, quod est accepit poteſtatem ad sacrificandum feſipsum. Atque hoc habetur ad Hebreos 10. *Imposſibile est jangue horum, & auaritia afferi peccata, adeo ingrediens in mundum dico; Holismus, & oblationem noluisse,* (intellige pecudum, &c.) *corpus autem apostoli mihi (nempe ad singulare & excellentiū sacrificiū).* Hoc ipsum testatur Ioan. 10. *Ego pono animam meam, ut uerum suam eam, nemo tollit eam a me* (ut tollebat alii Martyribus) *sed ego pono eam a meipso, & potestatem habeo ponandi eam, & potestatem habeo uerum sumendum eam: hoc mandatum accepta a Patre meo, tale mandatum non acciperunt absolūte, ut Christus, sed solum ubi uerba se obtulisset occasio tuendi fidem, &c. ideo non ducebatur Christus necessitate ad mortendum, qua Martires ducebantur.*

DISPUTATIO. XX.

An Christus sit sacerdos ut Deus; an ut homo

 **V**o errores recentiorum hereticorum circumferuntur. Primum affirmat, solam humanam naturam Christi fungi officio sacerdotis, & mediatoris, non solum ut principium formale operandi, id est, ut quo, verum ut id, quod per se operatur, ideoque suppositum diuinum non concurreat ad operandum. Ita sentire Franciscum Stancarum, videtur deduci ex quibusdam

A eius locis, quæ confert nosq[ue] Bellarmineus *ibid.* & *Christo mediatore, cap. 1.* tameth non audet omnino affirmare, ipsum in ea sententia fuisse. Dicit autem hic error a sententia quorundam recentiorum, dicentes, humana uita in Christo non solum esse id, quo, verum etiā id, quod operatus quid si dicant, dignitatem, quā habet natura humana ad hoc, ut eius opera & sacrificia sint valoris infiniti, prouinciat à Diuinitate ut formari, illi autē heretici ait, duo præstari humanitatē. Primum est ordinatio, & acceptatio operum & sacrificij ipsius, quæ si à tota Trinitate, & hoc refert Bellarmineus, qui sanè modus diciendi non est dissimilis illi, quem in materia de satisfactione retulivis, ex quibusdam Theologis agnolentibus valorem operum Christi tantum in extrinseca acceptatione. Sed cunctum est confortatio, & vires communicatio humanitatis ad perfendendos labores passionis, & mortis. In hac sententia id, quod dicitur Bellarmine, est quod affinet, humanitatem per se operari, unde inferri potest existere, & proinde esse suppositum. Est enim propria notio suppositi per se existere, & essent ergo duo supposita, quod pertinet ad extremitatem Nestori. Ceterū dicti recentiores Theologi negant, consequens esse, ut natura, quæ operatur ut quod, si suppositum, sicut alibi notauimus, ideoque ex hoc capite in hac sententia non agnolitur error, taneth recipienda noua est, sed merito refutanda, & à nobis supradicta refutata est. Non aliter ergo potest erroris insimulare, nisi operari per se tribuant humanitati eo sensu, & perfectione, quæ tribuuntur suppositis; sic enim cum Nestorio sentire. Num vero sit hic corrum sensus, incertum est, ut testatur Bellarm. Quod si hic sit sensus, primus faris refutatur iſdem argumentis, quibus dicta sententia Catholicorum, deinde quibusdam Scriptura locis tribuentibus Deo, sub nomine Dei hoc sacrificium, Act. 20. *Attende uobis, & veniente gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quando acquisiſimus sanguinem suo.* His Deus sacrificat fundendo sanguinem suum. I. Corin. 11. dicitur Dominus gloria crucifixus; huc pertinent, quæ supra q. 2. circa art. 2. proutulimus ad probandum eidem per longa Verbi tribu in Scripturis opera diuina, & humana.

Secundus error est, Christum esse sacerdotem secundum vitramque naturam, diuinam scilicet, & humanam, non solum communicatione nominis, & idiomatis, secundum quam id, quod est proprium vniuersi nature, prædicatur de communis supposito sub nomine alterius naturæ, verū recipia, quod scilicet vitram natura sit principium formale operum sacerdotij, & suppositum per vitramque naturam operetur, cum discernire ramen, ut natura diuina sacrificet humanam, & per humanam sacrificet. Hic est error Stanislai Starnitii, quem refert Bellarm. supradicto ex Stanisla. Se fuit antiquior Arius, teste Eusebio *ibid. 10. de confess. 1.* qui dicebat, Verbum, ut Pontificem corpus humanum instar agni de nostro grege, sumphile. Id est ferè error est Calvini apud Bellarmineum *cap. 1.* affirmantis Christum secundum vitramque naturam, ut sacerdotem, & mediatorem, & proficitis se in hoc dissentire a Catholicis, qui solum ratione suppositi concedunt, id utrique tribu, non ratione principij formalis, & distinguenter opera sacerdotis, ut quedam sint diuinatis, quedam humanitatis.

Contra hos errores communis & catholica sententia Patrum, & Theologorum est, Christum tantum secundum humanitatem tanquam principium formale actionis sacrificandi sacerdotem effici, ideoque esse sacerdotem quatenus homo est, aut certè quatenus est homo Deus; prout Deus denotat suppositum diuinum; unde sacerdotiū Christi habet aliquid praestantius in genere & officio sacerdotij, quod non habent

beat alij sacerdotes à supposito pote humanae, & creto, siue Christus singulariter sacerdos pte aliis; id autem est valor sacrificij. Hæc assertio quad potestiorum partem, & sensum, quo etiam esse suppositi diuinum concurrit ad sacerdotium Christi, satis explicata est in materia de satisfactione, & merito Christi: sacrificare enim est vna ex actionibus, quibus Christus satisfecit, eaque praepiuia. Prima vero pars probata est primùm in viuierum supradicatum, cùm diluparemus, quid conferat suppositum diuinum actionibus & operibus, quibus Christus satisfaciebat, & meabantur. Ostium enim est supradicatum diuinum nihil physicum, præter id quod haberent in supposito creato, sed tantum aliquid morale conferre, idcoque solum per naturam humanam, tanquam principium formale operati. Secundò probati potest argumentis, quibus ostenditur, Christum esse mediatorem secundum naturam humanam, que argumenta latè tradit Bellar. lib.5. de Christo, cap.3.4. & 5. Demum in specie de sacerdotio, & sacrificio probatur primò auctoritate Patrum. Cyrillus Alexandr., prior lib. de Re-gina, longius à fine sic habet: *Vnde igitur est Christus, & filius, &c. appellatus autem est Pontifex & minister proper humanitatem.* Theodoretus de felicis questionib. in 1. Regum q.10. citans illud 1.Reg.2. *Sustinet mibi sacerdotem fidem, qui faciet omnia qua sunt in corde meo, sic habebit: Hec animus nullus quidem homini conuenient, sed soli Domino nostro Iesu Christo, qui quod attinet ad humum vitam, nominatus fuit nobis Pontifex.* Idem in dialogo immutabilis air: *Christus quod ad humanitatem animi sacerdos appellatus est.* Augustinus lib.1. de confess. Euarg. cap.3. air: *Christus secundum hominem & rex, & sacerdos effectus est.* Probatur præterea ratione, quia esse sacerdotem, & sacrificare pertinet ad inferiorem, & subditum respectu superioris; si ergo Christus est sacerdos, & sacrificat secundum diuinitatem, non est æqualis, & consubstantialis ei, cui sacrificat, sed omnino inferior, quia est hæresis Atri, quam in re proposita bene moner cauendum Cyrilus in Apolog. pro 12. capitibus contra Orientales contra 10. caput hoc modo: *Si Deus Verbum de sacerdoti, cui, vel quid Deo sum ministerium offerunt?* Et statim respondet: *Quando factus est homo vocatus est Pontifex, non quid majoris Dei offerens sacrificium, sed sibi & Patri.* Audies quid dictum est sacerdos proper humanitatem credes ne se de quomodo non admirabis ei quod non secundum sacerdotem motu alteri sacerdoti sacrifici modum, sed sibi & patri, & duci. Hinc oritur alia ratio: nam si Christus secundum viamque naturam est sacerdos, & sacrificat, id pœstat vna communia operatione, aut distinctis, nam primum, quia hoc est sentire cum Monothelitis assertoribus vna operationem duarum naturarum, vel cum Eutychete confundente non solum operationes, verum etiam naturas: si secundum, certè operatio, quam assignant diuinitati, aut est immediate ad sacrificandum Deo, & recurrat præcedens argumentum, quod est facere Christum, ut Deus est, inferiorem; aut circa humanitatem adhibendo illam non solum ut victimam sacrificatam, verum etiam vi instrumento sacrificandi; & sancte his viis instrumenti, si sit solum moralis, non multiplicat actiones sacrificandi, est enim solum præceptum, vel suadit, &c. si sit physicus, certè præterquam quod humanitas non potest esse instrumentum actionis physicae, ut ostendit est circa quest. 13. adhuc eo concessio, sequitur idem, scilicet Christum, ut Deus est, esse inferiorem, quia actio tributum principaliter agenti magis, quam instrumento.

Obicitur Cyrilus Hieros. ezech.10. vbi ait: *Christi sumus sacerdos immunitalis, & sacerdotium, quod nec à tempore cepit, nec successorem alium habebit sacerdoti.* Respondet post diei iuxta quosdam Cyrrillum loquu-

A tum de sacerdotio secundum diuinam præordinationem, que fuit æternæ. Melius dicitur solum voluntate significante sacerdotium fuisse eorum incarnationis, & Christo homini, vt non prius fuerit conceptus homo, quād fuerit sacerdos, neque id habuerit ex aliis quæ superueniente institutione, aut electione, aut ritu, & confutudine.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus fuerit sacerdos & hostia.

Ad s. cum sicut sic procedatur. Vident quid ipse Christus non fuerit simul sacerdos & hostia. Sacerdotus enim est bofiam occidere. Sed Christus non seipsum occidit. Ergo ipse non fuit simul sacerdos & hostia.

B 2. Praeterea, Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudeorum, quod erat à Deo influatum, quād sacerdotio Genitium, quo demones colebantur. In veteri autem lege nūquād homo in sacrificiis offeratur: quod maximè reprehendetur in sacrificiis Genitium: secundum illud Psal. 105. *Effundunt sanguinem innocentium, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificaverunt fidelibus Chananae.* Ergo in sacerdotio Christi non debuit esse homo Christus hostia.

C 3. Praeterea. Omnis hostia ex hoc quod Deo offeratur, Deo sacrificatur. Sed ipsa Christi humanitas a principio fuit sanctificata, & Deo omnia. Ergo non convenienter potest dici, quod Christus secundum quod homo fuit hostia.

D Sed contra est, quod Apol. dicit ad Epis. 5. *Christus dilexit nos, & tradidit seneis suis pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.*

Respondet, dicendum, quod sicut Aug. dicit in 10. de Civit. Dei, *omne sacrificium visibile, inservit sacrificiis sacramentum, id est, sacram signum est.* Inservit autem sacrificium est quo homo Deo spiritum suum offerit: secundum illud Psl. 50. *Sacrificium Deo spiritu contributum.* Et ideo omne illud, quod Deo exhibetur, ad hoc quod spiritus hominis feratur in Deum potest dici sacrificium.

Judice igitur homo sacrificio proper trax. *Vno quidem modo ad remissione peccati, per quod a Deo auerteratur, & ideo Apost. dicit ad Heb. 5. quod ad sacerdotem pertinet, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Secundo, ut vobis in slaustraria confessio, semper Deo inherens: in quo tunc pax & salutis confitit. *Vnde in veteri lege immolabatur hostia pacifica pro offertenrum salutem: ut habeatur Lant. 5. Tertio ad hoc, quod spiritus hominis perfidie Deo omittatur: quod maximè erit in gloria.*

D *Vnde in veteri lege offerebatur holocaustum quasi totum in se: ut dicitur Lant. 1. Hoc autem per humanitatem Christi nobis pronouerentur nam primum quidam nostra peccata delera sunt: secundum illud Rom. 4. tradidit est proper delicta nostra.* Secundo gratiam nos salvantem per ipsum accepimus: secundum illud Heb. 5. *Factus est omnibus obtemperans sibi causa salutis eterna.* Tertio per ipsius perficiendum gloria adeptus sumus. *Hebr. 1. o. Habeamus fiduciam per sanguinem eius in trentum Sanctorum, scilicet in gloriam caligem.* Et ideo ipse Christus inquantum homo non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfidie, solum existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

E Ad primum ergo dicendum, quod Christus non se occidit, sed seipsum voluntariè morti exposuit: secundum illud Isa. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit:* & ideo dicitur seipsum obnubile.

Ad secundum dicendum quod hominis Christi occiso potest ad duplum voluntariè comparari. I' modo ad voluntariè occidendum. Et si non habet rationabilem hostiam, non enim dicuntur occisores Christi hostiam Deo obnubilare, sed graviter deliquerit. Et huius peccati similitudine gerbanti impia Genitium sacrificia,

sacrificia, quibus homines idolis immolabantur. At vero posse considerare secundum Christi per comparationem ad voluntatem patrem, qui voluntarie se obnubit passioni. Et ex hac parte habet rationem hostia, in quo non conuenit cum sacrificio Gentilium.

Ad tertium dicendum quod sanctitas humanitatis Christi a principio non impedit, quia ipsam est humana natura, quae in passione oblatas est Deo, sanctificata non modo fuerit, sed et in hostia adhuc iure exhibita. Acquisitum enim a deum homini sanctificationem non ex antiqua charitate & gratia unionis sanctificante eadem absolvitur.

AFFIRMAT S. Thomas, eiisque conclusio cum rationibus perspicua est, pertinetque ad fidem catholicam ad Eph. 5. Tradidit semper suum pro nobis oblationem & hostiam. Idem habetur ad Hebreos 9. & 10. & in Concil. Alexandr. in epist. qua est 10. inter epistolam Cyrilli, Arathematismo 2. recipitur in Concilio Ephesino. Amb. in 1. comment. in Lucano. Idem, inquit, & videlicet est & sacerdos. & in cap. 8. Idem sacerdos & sacrificium. Nazianz. orat. 31. & 36. & in carmine 9. Mortalis Deus & vultus pura sacerdos. Athan. lib. de Incarnatione. Verbi, videlicet aduentum Christi, inquit, corporis suum Patris sacrificans. Epiph. hexaet. 55. Et primus, inquit, ipsius oblationis & flatum: ipse victimam, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse alter, &c. Theodor. in dialogo Immunitatis. At Non aliam hostiam quam suum corpus oblinuit. Vbi notandum est, Partes non solum affirmatores corpus Christi, aut humanitatem fuisse victimam, verum ipsumsum Christum, tamecum non ut Deus, sed ut homo est, seu secundum naturam huminam, ut supra explicatum est, quod etiam vocat verbum illud Apostoli, tradidit semper suum.

ARTICULUS III.

Vtrum effectus sacerdotij Christi sit peccatorum expiatio.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod effectus sacerdotij Christi non sit expiatio peccatorum. Solius enim Dei est peccata delectus, secundum illud Ioseph. 43. Ego sum qui deles iniquitates tuas proprie me. Sed Christus est sacerdos, secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Ergo sacerdotium Christi non est expiatio peccatorum.

2. Præterea, Apost. dicit Heb. 10. quod baptis veteris Testamens non poterant perfectos facere: aliqui confessi offerunt, eo quod nullam habent conscientiam peccati, videlicet sufficientem semel mundari, sed in ipsa commemoratione peccatorum per singulos annos fit. Sed similes sub sacerdotio Christi su commemoratio peccatorum, cum dicitur: Dimittite nobis debita nostra, Matth. 6. offertur omnime consuefactum in Ecclesia. unde & ibidem dicitur: Panem nostrum quotidiam da nobis hodie. Ergo per sacerdotium Christi non expiantur peccata.

3. Præterea: In veteri lege maxime innobilabatur heretici pro peccato principis, vel capita pro peccato alienus de populo, vel viriles pro peccato sacerdotum, ut patet Levit. 4. Sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hier. 11. Ego quasi ovis mansuetus, qui portatur ad viellam. Ergo videatur, quod eius sacerdotium non sit expiatio peccatorum.

Sed contra est, quod Apost. dicit Heb. 9. Sanctus Christus, qui per Spiritum sanctorum seipsum obdedit immaculatum Deo commendat conscientiam nostram ab operibus mortis, ad fernendum Deum omninem. Opera autem mortina dicentur peccato. Ergo sacerdotium Christi habet virtutem emundandam de peccatis.

Respondeo dicendum, quod ad peccatorum perfectam emundationem duo requiriuntur, secundum quod duo sunt in peccato, scilicet in culpa & reatu pena. Moxa quidem culpa & delectus per gratiam, quia cor peccatoris convertitur in Deum, reatus autem pena totaliter tollitur per hoc, quod homo Deo satisfaciit. Virtusque animi horum effectus sunt. Ioh. Ragus in 3.p.D.Th. tract. post.

rationem Christi. Nam virtus ipsius gratiarum est datur, quia certa ratio conseruat ad Deum: secundum illud Rom. 3. Injustitia gratia per gratiam ipsius, per redemptiōnem, que est in Christo Iesu: quem proposuit Dei propitiatorens per fidem in sanguine ipsius. Ipse etiam pro nobis plenarie factus, in quantum ipse languores nostros tudit, & dolores nostros ipse portavit. Unde patet, quod Christi sacerdotium habet plenam vim expandi peccata.

Ad primum ergo dicendum, quod effectus Christi non fuerit sacerdos secundum quod Deus, sed secundum quod homo: unum tamen & idem sacerdos & Deus. Unde in synod. Ephes. legitur. Si quis Pontificem & Apostolum nostrum factum dicunt, ipsam ex Deo Verbum, quando factum est ea factio, & secundum nos homo, sed tamquam alterum preter eum seorsum hominem ex muliere: anathema sit. Et ideo in quantum eius humanitatis operabatur in virtute divinitatis, illud sacrificium era efficacissimum ad delenda peccata. Propter quod dicit in 4. de Trin. quoniam quatuor confundantur in omni sacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse unus versusque Mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneat, cui offeratur: unum in se faceret, pro quibus offerebat: unus ipse esset, qui offerebat & quod offerebat.

Ad secundum dicendum, quod peccata non commemorantur in nova lege, propter inefficiaciam sacerdotij Christi, quasi per ipsum non sufficienter expientur peccata: sed commemorantur quantum ad illos, qui veluti sacrificij nolunt esse participes (scilicet sani infideles) pro quorum peccatis oramus, & conuertimur: vel etiam quantum ad illos, qui post participationem huius sacrificij, ab eo deviant, qualiterunque peccando. Sacrificium autem quod queritur in Ecclesia offeratur, non est illud a sacrificio, quod ipse Christus oblata, sed eius commemoratione, unde Ang. dicit in 10. de Cuius. Dei. Sacerdos ipse Christus offerens, ipse & oblatio cuius rei sacramentum, quotidianum est, velut Ecclesia sacrificium.

Ad tertium dicendum, quod sicut Origen. dicit super Ioan. Lxx diversa animalia in veteri lege offerentur, quotidianum tamen sacrificium, quod offerebatur mane & vesere, erat agnus: ut habeat Num. 18. Unde significabatur, quod oblatio agnus, id est Christi, efficit sacrificium consummatum: omnium adoracionis. Et ideo Ioan. 1. dicitur: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

AFFIRMAT S. Thom. peccata hoc sacrificio expiari, alingnatumque duo mala, quae sunt in peccato, scilicet culpe, & poena, quibus alignat duo bona ex parte sacrificij, ad ea tollenda mala, scilicet gratiam, qua conuertantur, & satisfactionem pro peccata per dolores pro nobis assumptos. Ceterum cum id, quod est præcipuum in peccato, sit culpa; ad quam tollendam duo requiruntur, unum ex parte nostra, quod est conuercio, alterum ex parte Dei; quod est remissio. S. Thomas pro effectu sacrificij solum alignauit primum, id est, id, quod requiritur ex parte nostra, videlicet auxilium, nihil autem dicit de secundo, cum tamens sacrificium pro peccato maximè recipiat Deum placandum, & veniam impetrandum; in quo videri posset fauere sententia recentiorum, quam supra reiecit in materia de satisfactione, & merito Christi agnoscendum opus satisfactionis, & redempcionis Christi tantum in eo, quod acquisiuit nobis auxilio gratia ad conuercionem. Dicendum est, quod quemadmodum, ut notat hic Caetanus, non statuit S. Thomas, expiationem peccatorum esse solum sacerdotio Christi, neque solam expiationem peccati esse officium sacerdotij Christi, habet enim alias effectus præter hunc: ita per hos quod dicit sacerdotium Christi tollere culpam, obtinendo nobis gratiam, qua conuertantur, non instituit dicere nihil aliud operari hoc, ut tollat maculam, operatur enim reputationem iniurie divinæ, & impetracionem venie; sed solum hunc effectum, scilicet collationem gratiae explicauit, quia voluntate H. docere

dovere quemadmodum sit à fæcero doto Christi id, quod requiritur ex parte liberi arbitrij ad delendam culpam, scilicet conuersio, quæ est gratia effectus. Confirmatur hic sensus, quia non solum gratia ad conuerzionem, verum etiam gratia sanctificans, e-jùque habitus collunt culpam, & quidem maximè, & tamen S. Thomas nihil hic de gratia habituali. Præterea sacrificium Christi non solum adulis, ve- rūm infantibus tollit peccatum, & tamen efficiens, quem tribuit S. Thom, fæcero doto Christi ad expianda peccata, solum conuenit peccatis adulorum. Adeo postremò, quod causa illa, quam S. Th. applicat sublatione peccata, que causa est dolor, & supplicium, quibus constat sacrificium Christi, non ponitur solum ut conferens sublationem peccata, siquidem dubium non est; non minus ad culpam, quam ad peccatum tollendi profuisse, sed ponitur ut causa vniuersalitatis quæ tollit hanc ratione efficaci, quam habet a fæcero doto Christi ad tollendum vtracne. Itaque S. Thomas explicat unum, aut alterum effectum iuxta propositum intentioni suæ, & non excludit alios.

ARTICVLVS I V.

Vtrum effectus fæcero doto Christi non solum ad alios pertinuerit, sed etiam ad ipsum.

Ad quartum sic procedimus. Videatur, quod effectus fæcero doto Christi non solum perimitur ad alios, sed etiam ad ipsum. Ad officium enim fæcero doto perimitur, pro populo orare: secundum illud 2. Machab. 1. Orationem faciebam fæcero doto, dum coquimur sacrificium. Sed Christus non salvere pro aliis oravit, sed etiam pro seipso: secundum quod supra dictum est, sicut expressè dicitur Heb. 5. quod in diebus carnis sue, precis supplicationis que ad Deum, qui posset ullum salutem facere à morte, cum clamore valido & lacrimo obulit. Ergo fæcero doto Christi effectum habuit non solum in aliis, sed etiam in se ipso.

2. Praeterea, Christus sacrificium obulit in sua passione. Sed per passionem suam non solum aliis meruit, sed etiam sibi: ut supra habuimus est. Ergo fæcero doto Christi non solum habuit effectum in aliis, sed etiam in seipso.

3. Praeterea, Sacerdotus veteris legi fuit figura fæcero doto Christi. Sed fæcero doto veteris legi non solum pro aliis, sed etiam pro seipso sacrificium offerebat. Dicitur enim Lxvii. 16. quod Ponitex ingreditur Sanctorium, ut regat pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso clero filiorum Israël. Ergo etiam fæcero doto Christi non solum in aliis, sed in seipso effectum habuit.

Sed contra est, quod in Ephesina synodo legitur: Si quis dicit Christum pro se obulisse oblationem, non magis pro nobis solum (non enim indiguit sacrificio, qui precatum nesci) anathema sit. Sed in sacrificio offendo, prout sicut fæcero doto consitit officium. Ergo fæcero doto Christi non habuit effectum in ipso Christo.

Respondeo dicendum, quod sicut dictum est, fæcero doto constituit medium inter Deum & populum. Ille autem indiget medio ad Deum qui per seipsum accedere ad Deum non possit. Et talis fæcero doto habuit effectum, fæcero doto participans. Hoc autem Christo non competit: dicit enim Apol. ad Heb. 7. Accedens per fæcero doto ad Deum, semper vi-vans ad interpellandum pro nobis. Eido Christo non communi effectum fæcero doto in se fæcero doto, sed potius ipsum aliis communicare. Primum enim agens in qualibet genere, ita est influens, quod non est recipiens in genere illo: sicut sol illuminans, sed non illuminantur: & ignis calcans, sed non calcans. Christus autem est fons uiri fæcero doto, nam fæcero doto legalis erat figura ipsius: fæcero doto autem noua legis in persona ipsius operatur, secundum illud 2. ad Cor. 2. Nam & ego quod donavi proprie vos in persona Christi. Eido vero non competit Christo effectum fæcero doto recuperare.

Ad primum ergo dicendum, quod oratio esti conueniat fæcero doto: non tamen est coram officio proprio. Cuiilibet enim conuenit & pro se & pro aliis orare: secundum illud Iacob.

A d. Oratio pro inuictu sicut etiam. Eo si posset nisi, quod oratio qua Christus pro se orauit, non erat actus fæcero doto eius. Sed hac responsio videtur excludi per hoc, quod Apol. Heb. 7. cuncti dixerunt: Tu es fæcero doto in auctum secundum ordinem Melchisedec, subdus: Qui in diebus carnis sue preces, &c. supra. Et ita videtur quod oratio qua Christus orauit, ad eum fæcero doto pertinet. Eido oportet dicere, quod alii fæcero doto effectum fæcero doto sicut participant: non iniquitatem fæcero doto, sed iniquitatem peccatores, ut infra dicatur, Christum autem, simpliciter loquendo, peccatum non habuit. Habet tamen similitudinem peccati in carne: ut dicitur Rom. 3. 24. Eido non simpliciter dicendum est, quod ipse effectum fæcero doto participantur, sed secundum quod, scilicet secundum prefabilitatem carnis. Vnde signanter dicit: Qui posset illum secundum facere à morte.

B Ad secundum dicendum, quod in oblatione sacrificij cuiuscumque fæcero doto, duo possunt considerari, scilicet ipsum sacrificium oblatum, & deusus offeringe. Proprius autem effectus fæcero doto est id, quod secundum ex ipso sacrificio. Christus autem confessus est per suam passionem, gloriam resurrectionis, non quasi ex vi sacrificij quod offeringer per modum sacrifici. Etionis: sed ex ipsa deuotio, qua secundum charita-tem humiliter passionem sustinuit.

Ad tertium dicendum, quod figura non potest adquare veritatem. Vnde fæcero doto veteris legi non poterat ad hanc perfectionem pertinere, ut sacrificio fæcero doto non indigeret: sed Christus non indiguit: unde non est simili ratio ne de viroque. Et hoc est quod Apostolus dicit. Lex homines coniuncti fæcero doto confirmant habentes: sermo autem iuris iurandi, qui post legem est, fiduciam in aeternum perfectum.

C OBSERVANDVM est, responsum sancti Thomae fundati in triplex suppositione, quarum vnam non explicat hic, sed articulo praecedenti, quod videlicet cum plures effectus sacrificij numerari possint, præcipius tamen, maximeque proprius sit reconciliatio hominis cum Deo per expiationem peccati. Secundum explicat in responsione ad primum, ea est, quod fæcero doto possit operari duobus modis, id est, formaliter, vt fæcero doto est, & materialiter, vt est talis, nempe peccator, vel iustus. Tertiam explicat in corpore articuli, quod scilicet effectus fæcero doto non pertinet formaliter ad fæcero doto vt fæcero doto est, sed aut nullo modo, aut materialiter, vt est talis, scilicet peccator. Probat, quia effectus fæcero doto est adhibere medium, quo per accessum ad Deum coniungat Deo hominem separatum, & non valentem accedere; ergo hic effectus, qui est coniungi per alium Deo, non pertinet ad ipsum vt fæcero doto est. Ex hoc conclusio ipsius est, effectum fæcero doto Christi ad Christum ipsum non pertinet. Ratio, quia id probat, non solum est, quia est fæcero doto, cuius est accedere per semetipsum ad Deum, hac enim ratio solum probat, quod formaliter, vt fæcero doto est, non participe effectum sacrificij, non verò simpliciter, & absoluè, cum possit fæcero doto esse peccator, & indigere hoc effectu, vt habetur in responsione ad primum. Fundatur ergo in eo, quod Christus per seipsum accedit ad Deum, id est, quod conueniat illi per se, ratione sua individuali accedere ad Deum, prout accedere per se excludit non solum alii personam medium, quomodo etiam alii fæcero doto peccatores accedunt per se, & soli non fæcero doto accedunt per alium; verum etiam excludit conditionem, & rationem extrinsecam superadditam personam, & individuali, quomodo fæcero doto alii non accedunt per se, sed per superadditam rationem fæcero doto, quia non est illi personalis iustitia, sanctitas, immunitasque à peccato; nec est illis personale fæcero doto, id est, conueniens per se ratione individuali persona. Accedit autem solus Christus per se, quia ipsi fæcero doto est iustitia personalis, & sanctitas, itemque

E illi per se, ratione sua individuali accedere ad Deum, prout accedere per se excludit non solum alii personam medium, quomodo etiam alii fæcero doto peccatores accedunt per se, & soli non fæcero doto accedunt per alium; verum etiam excludit conditionem, & rationem extrinsecam superadditam personam, & individuali, quomodo fæcero doto alii non accedunt per se, sed per superadditam rationem fæcero doto, quia non est illi personalis iustitia, sanctitas, immunitasque à peccato; nec est illis personale fæcero doto, id est, conueniens per se ratione individuali persona. Accedit autem solus Christus per se, quia ipsi fæcero doto est iustitia personalis, & sanctitas, itemque

que ipsum sacerdotum ex vniione personali, quam A habet à Verbo, & diuinitate, cui eius humanus vniuit: est ergo Christus primum accedens, quod omnibus modis, & omni sensu accedit per seipsum ad Deum. Alij verò accedunt per ipsum, quia iustificatio aliorum etiam sacerdotum, & sanctitas sacerdotij, per quem accedunt ad Deum, prouenit ab eo, qui per seipsum personaliter accedit ad Deum, id est, à Christo. Declarat hoc sanctus Thomas alijs exemplis primi agentis in qualibet genere, solis, signis, &c. qui à nullo recipiunt id, quod communificant aliis. Igitur sancti Thomæ conclusio procedit de effectu maximè proprio sacerdotij, scilicet remissione peccati, dum negat Christo effectum sui sacerdotij. Hoc ipsum definitur in Epist. Concl. Alex. que est tñ. inter epist. Cyrilli: *Si quis, Christianum tuum pro seipso oblationem, & non magis pro nobis oblusive, dicit (non enim opus habuit oblatione, qui peccatum non nouit) anathema sit.* Et Apost. ad Heb. 7: *Talis deceras, ut effectu nobis Ponifex sanctius innocentis, &c. qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum reliqui sacerdotes primum pro suis, deinde pro populi delictis hostias offerre.* Nihilominus cum præter hunc maximè proprium effectum sacerdotij, existant quidam alij minus proprii, ut supra notauimus; restat præterea dis-

B

dixisse: *Alii sacerdotes participant effectum sacerdotij, non vi sacerdotis, sed vi peccatoris. subdit: Christus autem, simplieri loquendo, peccatum non habuit, sed similitudinem peccati in carne, & ideo non simplieri effectum sacerdotij participavit, sed secundum quidam, scilicet secundum passibiliter carnis, unde signanter dicit, qui posse illum salutem facere à morte.* Hac S. Thomas. Senlus ergo est, Christum participantem effectum sacerdotij secundum illam similitudinem, qua erat in ipso, videlicet secundum mortalitatem, que est propria carnis peccati, à qua morte, & mortalitate liberatus est per resurrectionem. Nihilominus hunc effectum sacerdotij, S. Thom. hic docet, Christum obtinuisse non per actum principalem illius, id est, per sacrificium, sed per orationem.

Dubium ergo est de bonis, quæ pertinent ad gloriam Dei, an fuetum effectus sacerdotij, & an secundum actum principalem, id est, sacrificium, vel secundum minus principalem, id est, orationem. Quidam putant fuisse solùm secundum actum minus principalem, id est, sacrificium. Fundamentum ipsorum, est quia natura, & essentia sacrificij pendet ex intentione ministri, & sacerdotis; si enim mors hominis offeratur affectu fortitudinis, vel charitatis, non est sacrificium; si verò ut recognoscatur Deus vt auctor mortis, & vita, est sacrificium. Omne autem sacrificium, quo protestamus Deum vt auctorem vita & mortis, vna ex duabus causulis offeretur, inquit, scilicet vel ad reconciliandum hominem Deo, vel ad agendas gratias pro beneficiis; & huic reducunt alias qualius causas, v. g. victoriae obtinendæ; volunt enim heri sacrificium ad expianda peccata, quæ impediunt beneficium victoriae. Ex his duabus causulis posterior, scilicet actio gratiarum, ad gloriam Dei pertinet. Hanc autem non fuisse effectum sacrificij, probant, quia intentio Christi assumendi carnem, cùmque immorlandi, non fuit ad agendas Deo gratias pro eadem carne assumpta, neque illius homo haec tenet ad hunc finem obruit seipsum Deo; intentio autem requiritur ad essentiam sacrificij: verum hæc ratio ydori naque deficiunt; primum enim rationem, cùm mors Christi sit sacrificium, non verò mors Martyrum; nos petunt, nisi ab intentione, quam de facto habuit Christus differentiam ab ea, quam habuerint Martyres, quam differentiam lupi reculemus, ostendimus, quæ non peti nisi ex natura rei, & actus, qui suapte natura, quatenus est actus sacrificij, non habebat laudem aliud, quām ex eo, quod sit sacrificium, & possit hinc solū habere, eiusmodi non est mors hominis, ne proinde Christi per se vniuersi Deo volente. Hinc sit secundum ut ex quo Deus voluit, mortem Christi offere in sacrificium, quanvis primarius eius finis fuit expiatio peccatorum, nihilominus facta fuit potestas offerendi ob quæcumque causas, quibus offerti potest, id est, etiam propter gratiarum actiones, quia ratio cur non posset mors Christi habere rationem sacrificij iniunctu Dei, solū pentebrabat ab eo, quod non est et penes homines potestas occidendi hominem in cultum Dei, neque offerendi se ad ilam solū ob cultum Dei. Ex quo verò decretum est à Deo, offerti in talen cultum, pentebrabit etiam sumul potestas offerendi illam, & applicandi propter alios fines, propter quos potest sacrificium offerti, & applicari, nimirum sine in peccati expiationem, sine in gratiarum actiones; atque ita actionem gratiarum Deo pro beneficiis humanitati Christi, vel aliis collatis, fuisse sacrificij effectum, et minus principalem ipsius Christi, bene docet Suarez hic in expositione articuli, & alij.

C

VIVISMODI effectus sunt duplicit genitivi, quidam qui pertinent ad bonum, & utilitatem Christi per se proximè, eti ratione generali gloriam Dei resplicant. Quidam, qui pro se proximè ratione speciali pertinent ad gloriam Dei, ut actio gratiarum, & cultus diuinæ excellentiæ.

D

Dicendum igitur primum bona, quæ pertinent ad utilitatem Christi, fuisse effectum ipsius sacerdotij Christi, non tamen sacrificij. Prima pars probatur, quia orare pertinet ad officium sacerdotij, tametsi non principium; Christus autem pro seipso orauit non solù ratione communī, qua quicunque potest pro seipso orare, verammetum quatenus sacerdos est, ut bene probat S. Thomas in hoc art. 4. ad 1. ex cap. 5. ad Hebrews, ubi de Christo sacerdote secundum ordinem Melchisidech ait: *Qui in diebus carnis sua preces, &c.* Alibi etiam Jean. 14. ait: *Pater veni hora, clarifica filium tuum, &c.*

Secunda pars est eiusdem sancti Thomæ ibidem ad secundum, ubi docet, gloriam resurrectiōis Christum non obtinuisse ex vi sacrificij, sed ex ipsa deuotione, qua secundum charitatem humiliter passionem sustinuit, quod est obtinere ex vi meriti deuotionis, & charitatis. Constat ergo bona, quæ pertinent ad utilitatem propriam Christum obtinuisse, ut vt sacerdotem ex vi orationis, quæ censem in officio sacerdotij: tum verò vt operantem opera meritoria, scilicet quilibet homo iustus. Cur autem dicat sanctus Thomas ad 1. Chistum participale effectum sacerdotij sui secundum quid, non verò simplieriter, quidam recentiores rationem assignant, quia oratio est actus minus principalis sacerdotij comparatione sacrificij, quod est actus principalis: Christus autem vt sacerdos pro se solū adhibuit actum minus principale. Verum hoc discrimen solū est penes actus sacerdotij, sed S. Thom. assignat illud penes effectum, & quidam principalē qui est expiatio peccati, cùm enim

Iof. Regus in 3.p. D. Th. strati. post.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacerdotium Christi permaneat
in eternum.

Ad quintum sic proceditur. Vnde, quod sacerdotium Christi non permaneat in eternum. Quia (ut dicitur ap.) illi soli officii sacerdotij indigent, qui habent infirmatum peccati: que per sacerdotium sacrificium expiari possit. Sed hoc non erit in eternum: quia in sanctis nulla erit infirmatio: secundum illud Ies. 60. Populus tuus omnes iusti. Peccatum autem infirmatio inexcusat erit: quia in inferno nulla est redempcio. Ergo sacerdotium Christi frustra permaneat in eternum.

2. Praeterea, Sacerdotium Christi principi manifestatum est in eius passione & morte: quando per proprium sanguinem introiit in sancta: ut dicunt Hebr. 9. Sed passio & mortis Christi non erit in eternum: secundum illud Rom. 6. Christus resurgent a mortuis, iam non moritur. Ergo sacerdotium Christi non erit in eternum.

3. Praeterea, Christus est sacerdos non secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Sed Christus quandoque non fuit homo, scilicet in triduo mortis. Ergo sacerdotium Christi non est in eternum.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in eternum.

Rispondendo dicendum, quod in officio sacerdotis deo possunt confiterari. Primo quidem ipsa oblatione sacrificij. Secundo, ipsa sacrificij consummatio. Quae quidem consitit in hoc, quod illi, pro quibus sacrificium offeratur, finem sacrificij consequuntur. Tertius autem sacrificij, quod Christus obtulit, non fuerunt bona temporalia, sed eterna, que per eius mortem adquisimus (vnde dicunt Hebr. 9. quod Christus est assidens Pontifex figurorum bonorum) ratione cuius Christi sacerdotium dicunt esse eternum.

Et hoc quidem consummatio sacrificij Christi, prefiguratur in hoc ipso, quod Pontifex legalis fons in anno cum sanguine hunc & viatici intrabat in Sancta Sanctorum; ut dicitur Levit. 16. cum tamen bircum & viaticum non iniuriantur in Sancta Sanctorum, sed extra. Et similiter Christus in Sancta Sanctorum, id est in ipsum calum intravit: & nobis viam pacem intrandi, per viatuum sanguinis sui, quem probabat in terra effudit.

Ad primum ergo dicendum, quod Sancti qui erunt in patria, non indigebunt ulteriori expiari per sacerdotium Christi: sed expiati iam indigebunt consummari per ipsum Christum à quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apoc. 21. quod claritas Dei illuminat illas felices civitatem Sanctorum, & lucerna eius est agnus.

Ad secundum dicendum, quod licet passio & mortis Christi de cetero non sit iteranda, tamen virtus illius hostie fons oblationis permanet in eternum: quia ut dicunt ad Hebr. 10. una oblatione consummata in eternum sanctificata: Et per hos patres eum respingo.

Ad tertium, omnia autem huius ablationis figurabatur in legge, per quod fons in anno legali Pontifex cum viatico oblatione sanguinis intrabat in Sancta, ut dicunt Levit. 16. Sed describatur figura à veritate in hoc, quod illa hostia non habebat semper in virtutem, & ideo annuatim illa hostia retribueretur.

CONCLVSIQ; affirmat, eius ratio infra examinabitur.

DISPVNTATIO XXII.

Quo sensu & ratione sacerdotium Christi
sit eternum.

Sed eternum Christi sacerdotium de fide est, ex Psal. 109. Tu es sacerdos in eternum, & ex Apolo. ad Hebr. 7. semper in habet sacerdotium. Vnde vero, & quo sensu dica-

A tur eternum, cum ex variis capitibus haec eternitas accipi possit, incertum est, & variis modis exportatur.

Primus modus est quorundam recentiorum, qui eternitatem vel defectum eternitatis sacerdotij argumentant in eo, quod sit vel substantiale, seu essentiale, vel non substantiale, sed accidentale; cum enim per se ordinetur ad ministerium, cessante omnino ministerio, cessare debet, vbi est accidente, vi posse superadditum natura, & persona. Vbi vero est essentiale, seu substantiale, non debet cessare, dum non cessat essentia, & persona. Nam vero sacerdotium conuenit Christo ratione uniuersi hypotheticæ, qua est substantialis persona Christi; reliqua autem personis est superadditum ex vi ordinis, & deputacionis ad ministerium: hoc autem ministerium omnino cessabit aliquando in fine mundi; quare cessabit sacerdotium aliorum, non item Christi: etenim, ut supponunt, sacerdotium non est purum ministerium, sed potestas sacrificandi, quaestio, cessante ministerio tantum, manet, manente persona, cui est substantialis, scilicet Christo, ac protinde in ipso eternum. Hic sensus, & modus dicendi, quod scilicet in dicto loco Ps. 109. folium sermo si de potestate Christi substantialis, & nihil notetur aliud in his verbis: Tu es sacerdos in eternum, neque ob alium finem proficerant, nisi vt notetur eternitas sacerdotij, quam Christus habet ab unione hypotheticæ; hic, inquam, sensus nullo modo placet. Primum quia illa verba praecedentia: Intrauit Dominus, & non paucis ibi. Tu es sacerdos in eternum. Non respiciunt unione hypotheticæ, vt scilicet nihil aliud iuret, nisi non solutum se habeat unione, & quod futurum non sit, ut peneat huius unione; vt quid enim proficeretur hoc iuramentum? & quid singulare promitteret de sacerdotio? & cur hoc dicaret de sacerdotio potius, quam de ipsa ratione per se, aut de alia quapiam propriae, & attributis, quae coelestuantur unione, cuiusmodi inter alia est esse regem? & sane eius regnum predicitur forte eternum in Scripturis Lvc. 3. Daniel. 2. non tam cum hoc iuramento, & promissione non penitendi; et si attenta eternitate, qua attribuitur regnum Christi in Scripturis, & in reipublica ratio cur adhiberetur hoc iuramentum; quia videlicet subiectio personalis, & praesentia regia Christi erit eterna post finem mundi tempore habens subditos; quibus constat regnum, non similiter autem sacerdotium. Deinde quia Patres, quos infra citabo, passim sentiunt haec vocem: Non penitabit rum, significari non quidem peneitentiam facti, que non cadat in Deum, sed ex elevatione mutationis illius, quam Deus fecerat circa sacerdotium Aaron: ergo significatur mutationis, quae similiter potuerit fieri per se in sacerdotio Christi, & tantum in sacerdotio; sicut in Aaron fuit facta per se in sacerdotio, & tantum in sacerdotio. At certe iuxta hunc sensum recentiorum, neque potuerit fieri tantum in sacerdotio, neque per se in sacerdotio, sed tantum in ratione per se, per accidentem vero, vel consequenter in sacerdotio. Denique aliud est loqui de eternitate, aliud autem de fundamento, & ratione eternitatis; certe in locis citatis Psalmi, & epistola ad Hebreos sermo est de eternitate ipsa, dicitur enim sacerdotium Christi esse eternum, non autem de fundamento. Oportet ergo exponere quomodo intelligant esse eternum, num impliciter, quia careat ratione, an vero per statu huius vita; quia videlicet, hac durante, non finietur vbi vero hoc statutum fuerit, tunc erit locus indagandæ radici, & fundamento, an sit unio hypotheticæ, vel decreatum diuinum, &c. sunt ergo duo alii modi.



Primus est, Scripturas dictas tribueat sacerdotio A Christi eternitatem simpliciter, non ratione potestar iohannes, quam habet ex vi vnonis, ut dicit len-
tontia iam testata, sed ratione effectus eterni con-
sequens ex eius sacerdotio, qui effectus sunt bona
eterna: est sententia Iohannes in articulo 5.
cundemque modum inter ceteros probar Bellarm. & ali quidam interpretes *Psalmus* 109. Sed à quibusdam recentioribus refutatur co argumento, quod si sacrificia vetera habuissent aliquem perpetuum effectum per modum factientium, leu per modum imperationis, vt vere habuerunt, quia non ratè imperabat à Deo Spíitu gratia, nihilominus dici non posset sacerdotium Christi. Similiter, inquit, sacerdotium Leuiricum eternum, sicut dicitur Euangelicum, & sacerdotes Euangeli aliquem effectum eternum, id est, gratiam, efficiunt, & tamen non dicuntur sacerdotes eterni. Sed hoc argumentum non bene procedit contra dictum modum factienti Thom. Quamvis enim non solum Christus operetur propter bona eterna, nec tolunt eius sacrificium ut eorum causa, verummetu opertentur alii sacerdotes, cum veterum nosse legis: nihilominus est ratio, cur hic effectus eternus, scilicet bona eterna soli Christi suipliciter tribuantur, & solus ipse dicatur sacerdos in eternum, non sic autem alii sacerdotes. Ratio autem primò est, quia ex 1. *Ephes. capite 1.* finis ultimus respondet primo agenti, ipsique tanquam proprius tribuitur, ceteris autem subordinatis agentibus tribuitur fines subordinati. Nam bona eterna re ipsa obiecta, ita ut non possint beat illis excide-re, sunt proprii sui Christi, qui est primum agens, & caput, & princeps in ordine redemptoris, vbi reliqui sacerdotes sunt agentia subordinata, & veluti inlustrant: ergo Christo tribuitur hic effectus ultimus, sicut victoria Duci, etiamque multi pu-gantes existissent. Deinde sacerdotes subordinati non possunt respicere hunc finem, scilicet bona eterna in te adquædat, sed quoad quoddam effectus, qui conferunt ad illum, cuiusmodi est imperatio huius, vel illius auxiliis, &c. non enim possunt opera illorum paxitate omnia, quæ requiruntur pro omni tempore, & opportunitate, seu necessitate: Christus autem per suum sacrificium respicit hunc finem adquædat, quia meruit nobis omnem gratiam, sive actuali, sive libitinali, sive sufficienti, sive ef-ficacem, vt diximus circa questi. 18. Denum illud ipsum, quod præstare alii sacerdotes per sua sacrificia, præstar Christus per suum magis, quam ipsi, quia totam virtutem ad impetrandum, &c. habent a Christo. Merito igitur hic effectus, qui sunt bona temporalia, & eterna, tribuitur nominatio, & singulariter Christo, non similiter aliis sacerdotibus, & inanceribus his bonis in omni eternitate, ipse dicitur sacerdos in eternum: non enim sufficit utcunq; & quoconq; modo ea bona fuisse effectum aliquo sacerdotum, ut dicantur simpliciter sacerdotes in eternum, nisi sine effectus adquædat, & proprius ipse. Et in eo, quod sunt finis, & terminus ultimus. Atque hoc praecipue habetur ex Concilio Tridentino *scilicet* 22. cap. 1. vbi docet, institutum esse à Christo sacrificium invenitum Eucharistie, ut per ipsum deriuaretur virtus sacrificij etenit Crucis ad remissionem peccatorum, illudque representaretur, &c. & cap. 2. docet sacrificium Eucharistie propria-torium esse, & per illud consequi nos misericordiam, & gratiam ex ratione quod in hoc inctu-
te continetur, & immoletur ille idem Christus, qui in ará Crucis seni seipsum cruentu obtulit. Igitur est bonus hic modus factienti Thomae, etiū suppetat aliis sequens modus, nū enim prohibet plu-

tibus rationibus eternum dici sacerdotium Christi.

Alter ergo modus est, sacerdotium Christi dici eternum pro statu huius vita, quod seicitur, durante mundo, non finietur; ut vero præterea poslit dici simpliciter eternum pro tota eternitate, quidam non explicant. Bellarm. vered in *Psalm. 109.* & alii ex-plicant, ut dicatur utroque modo. Hic modus est communius Patrum dicentium, sacerdotium Christi dici eternum comparatione sacerdotij Aaron, quod non mutetur in aliud sacerdotium, & celst sacerdotium Aaron. Ambrosius, seu quicunque fuit auctor comment. epist. ad Hebreos in cap. 7. Non erat finem, inquit, sacerdos noster, sicut legalis Augustinus lib. 1. contra aduersarium legis, & Propheta-
rum, cap. 20. tractans illud *Psalm. 109.* *Iurauit Dominus,* &c. sic habet: *Quoniam non panabit significatio est,* quia hoc sacerdotium non mutabit, mutabu gruppe sacerdotium secundum ordinem Aaron. Leo Papa *scilicet* 2. de an-niversario assumptionis fidei ad panificatum, sic habet: *Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchizedechi, i: est, non secundum ordinem Aaron, cuius sacerdotium per propaginem sui semini current, temporalis ministeri sunt.* &c. Pratinus in commentar. cap. 5. ad *Hebreos*, cum divi-sit, Chitum in ordine sacerdotij Melchizedech factum esse sacerdotem non temporalem, sed eternum, paulo infra iubidit: *Unde patet sacerdotium pecu-dum permanegit sui ordinis Aaron, & illud manere posuit, quod fuit ordinis Melchizedech, quia Christus corroboravit, & Ecclesiam tenere docuit.* OEcumenius in commentar. cap. 5. ad *Hebreos* de Melchizedech loquens sic fatus: *Non ad ipsam tantum, quia à Deo semel facta est, houstum, & obla-tione dixit in eternum, sed ad nostram servitum sacerdotes insufficiens, per quos Christus sacrificat, & sacrificatur, qui in meo filio uno communio, ac cena sacerdotum huius i: didicit formulam.* Theophylactus in cap. 5. ad *Hebreos*, explicans illud: *Tu es sacerdos in eternum, &c.* *Aproposito inquit, de Christo dicitur eis, confortat, & infusa: In eternum dico, quia quoniam efficiens in perpetuam, efficiens per Dei ministros oblationem, Christum Domum & Ponitum habem, & sacrificium, qui ipsam noctis ob gratiam fundit, sanguis, & tributus.* Anfelinus in idem cap. ad *Hebreos*: *Tu es sacerdos, inquit, id est, sacerdos datus per te & in eternum, scilicet quando durabit hoc seculum, quia non transibit sacerdotium Christi, ut dura tuccendit.* Sicut transiit Luminaria.

Denum idem habetur ex quibusdam verbis Apostoli ad *Hebreos* 7. Vnde recentiores, quibus duplicit hæc sententia, conantur aduersus illam argumentum confitentes. Sunt autem haec: *Ei alii quodam place falli sunt sacerdotes: dicens quia morte prohibetur ut permane-hic autem ea quod maneat in eternum, sequitur habebit sacerdotum.* Quo loco sermoni in elle de illa sacerdotio, cuiusque perennitate in hac vita, constat ex eo, quod sermo sic de ea perennitate, quia cum non possit obtineri per continuationem vnius, & cùdem, obtinetur per successionem plurium. Huiusmodi autem perennitas est, quæ habetur, durante mundo, in hac vita. Hinc autem consequens est, ut eadem loquatur Apostolus cum subdit: *Hic autem eo quod maneat in eternum, sempiternum habebit sacerdotium.* Vbi notandum est, rationem hanc Apol. eo quod me-
nat in eternum, non fundari solum in immortalitate, quoniam Christus mortuus fuit in hac vita, sicut mori-
runtur alii sacerdotes, & in alia vita habet communem cum illis immortalitatem; sed fundatur in par-ticulari conditione, privilegio, & excellenti Christi supra alios; cum enim ipse sit caput, & princeps in genere sacerdotij, ex cuius videlicet sacerdotio vir-tutem habent reliqua, quique in omnibus sacerdotiis sacrificia, eius sacerdotium ex conditione sua non est restictum tempore, quo Christus vixit

in mundo, proinde nec terminatur morte, sed perfec-
tus idem in vita, & post mortem. Quare vēta il-
la: eo quid maneat in eternum, afluxit Apostolus ex illo
Psalmi 109. quem proximē citauerat, scilicet: in es
sacerdos in eternum, ut sit sensus: *Hic autem eo quid su
sacerdos in eternum, sempiternus habet sacerdotium, id est,*
quod non intercumpit, nec habet successorem.
*Alij vero plures scilicet sibi sacerdotes, eo quid morte prohibe
tūs permanens, intellige non solū in vita, quomo
do etiam Christus prohibitus est permanere, verū
mētiā in eodem statu, dignitate, officiōque sacer
dotis, vt possent vel per se, vel per alios sacrificare,
relinquendo virtutem alii, hanc enim solū Christus
teliqūs, & aliis tribuit. Hoc ipsum confirmant
verba sequentia: *Vnde & sacerdos perpetuus posset, ac
cedentes per semper ipsam ad Deum semper vivē ad inter
pellandum pro nobis.* Vbi illa particula, *vnde*, nequit ver
ba, vt consequentia, quod videlicet quia sempiter
num habet sacerdotium potest salutare in perpe
tuum. Hæc perpetuitas non potest intelligi, nisi de
tempore huius vite, vt patet: similitudine verba se
quentia, *ad interpellandum pro nobis*, siue enim hæc in
terpellatio sit oratio, vt fuit nostra sententia, siue sola
oblatio, & commemoratio meritorum, vt
sentient recentiores, de quibus questione prece
denti; sane constat solū habere locum in hac vi
ta. Fauet vox Graeca ἀπελθω, quam tribuit Apo
stolus hīc sacerdotio, propriè enim significat carentes
progressu continuato, & successu, seu successione:
& vt dicit posse virupari etiam pro eo quod caret
fine, tamen addita præcedentibus verbis, vbi dici
tur: *Plures scilicet sibi sacerdotes, id est quod morte prohibe
tūs permanens, accipienda est in priore sensu.* Ponit
enim Apostolus perpetuitatem sacerdotij aliorum
per successionem, & perpetuitatem sacerdotij Chri
sti, quam illi opponit, notata voce ἀπελθω; signifi
cat ergo finis successionis. Idem est sensus Patrum, &
interpretum huius loci, quos suprà ciruimus, quó
que pro intelligentia huius loci ipsi citant. Sed vt
probè intelligantur, obseruandum est, rectitudinem
sacerdotij suprà explicatum, nempe pro statu huius
vite, requiriēt immortalitatem in hac vita, saltem
visque ad finem mundi; atque propterea si alii sacer
dotes viuerēt visque ad finem mundi, clement sacer
dotes in eternum modo dicit: quia ramen sunt morta
les, non possunt eo visque viuerē, quod bene notat
ille modus loquendus Apostoli: *Id est quod morte prohibe
tūs permanens, supple visque ad finem mundi;*
si enim possent permanere, non essent plures, scilicet
secundum successionem, & habentem sempiter
num sacerdotium: Christus autem eo quod maneat,
scilicet ex eo quid sit immortalis manens in tota æ
ternitate, habet ex consequenti, quod non prohibe
tūs permanere visque ad finem mundi in officio,
& dignitate sacerdotali in hac vita, quia, etiam post
mortem est sacerdos, quomodo, id est, post mortem,
non possunt cūcīcī alii sacerdotes; ideo sempiter
num habet sacerdotium. Itaque in vita, in qua sunt sacer
dotes alii, non possunt manere visque ad finem mun
di, quia in ea vita sunt mortales: Christus autem, in
vita, in qua est sacerdos, non prohibet manere vis
que ad finem mundi, quia etiam in statu immortalitatis
est sacerdos pro hac vita; proinde in hac vita
habet sempiternum sacerdotium. Atque hoc elegan
ter expressit Chrysost. in hunc locum Pauli his ver
bis: *Dua possunt differre, quia non habet finem sicut lega
lis (scilicet sacerdos) hoc autem facit ex persona media
toris Christi secundum virtutem vita insolubilis: facit autem
hoc etiam ex iurecurando, quod sursum. Sanè hoc iura
mentum non potest fieri, nisi pro statu huius vite,
quæ subiicit mutationibus, & post pauca subdit:**

A facit autem hoc & ex Pontifice; quomodo? quia unus est,
non unus esset, nisi esset immortalis; siens enim multis sacer
dotiis, quia mortali sunt, sic una quia immortalis. Hac ergo
est doctrina, quam modò tradidimus; etenim im
mortalitas non potest fundare aliam unitatem sacer
dotij, nisi quae excludat pluralitatem, quæ habetur
per successionem; alias enim per se non opponitur
pluralitati. Idem habet Theoph. & OEcumen. su
præ citati.

ARTICULUS VI.

Verum sacerdotium Christi fuerit secun
dum ordinem Melchisedech.

AD sextum sic procedit. Videat, quod sacerdotium
Christi non fuerit secundum ordinem Melchisedech. Christus enim est fons tuus sacerdotij, tangunt principali
sacerdos. Sed illud quod est principale, non sequitur ordinem alterum, sed alia sequentur ordinem ipsius. Ergo Christus non debet dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

2. Præterea, Sacerdotium veteris legis, propinquum fuit
sacerdotio Christi, quæ sacerdotium quod fuit ante legem.
Sed sacramentaria expressio significabat Christum, quan
to propinquiora fuerunt Christo: vt patet ex his, quæ in Se
cunda parte dila sunt. Ergo sacerdotium Christi magis de
bet denominari secundum sacerdotium legale, quam secundum
sacerdotium Melchisedech: quod fuit ante legem.

3. Præterea, Heb. 7. dicitur, quod est Reg pacis, sine pa
tre, sine matre, sine genealogia, neque numerum diem, ne
que finem vita habens. Quæ quidem conuenit filio filio Dti.
Ergo non debet dici Christus sacerdos, secundum ordinem
Melchisedech, tangunt enim aliam alterius, sea secundum or
dinem sui spissi.

Sed etiam est, quod dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in
eternum, secundum ordinem Melchisedech.

Respondens dicendum, quid secundum figura dictum est legale
sacerdotium fuit figura sacerdotij Christi, non quidem quasi
adequatis veritatem, sed qualiter ab ea deficiens. Tum quia
sacerdotium legale non mandabat peccata: tum etiam quia
non eras eternum, scilicet sacerdotium Christi. Ipsa autem ex
cellētia sacerdotij Christi ad sacerdotium Léoniticum fuit fi
gurata in sacerdotio Melchisedech, qui ab Abraham decimā
sumpsit, in cuius lumbis decimā est quodammodo ipsi sa
cerdos legalis: Ei ito sacerdotium Christi dicitur esse secun
dum ordinem Melchisedech, proprie excellētiam veri sacer
dotij ad figuram sacerdotium legi.

Ad primum ergo dicendum, quid Christi non dicitur esse
secundum ordinem Melchisedech, quasi principalioris sacer
dotii, sed quasi prefigurantis & excellētiam sacerdotij Christi
ad sacerdotium Leoniticum.

Ad secundum dicendum, quid in sacerdotio Christi duo
possumus considerari: scilicet ipsa oblatio Christi & participa
tio. Quantum ad ipsam oblationem, expressio figura sacer
dotium Christi sacerdotium legale per largitionem est, forem,
quoniam sacerdotium Melchisedech, in quo fungi non effundie
batur, sed quantum ad participationem huius sacrificij & eius
effectionis (in que precipue attenditur excellētia sacerdotij
Christi ad sacerdotium legale) expressio prefiguratur per
sacerdotium Melchisedech, qui offerebat panem & vīnum, i
gnificans (vt Aug. dicit) Ecclesiasticam unitatem, quam
confundit participatio sacrificij Christi. Unde etiam in noua
lege verum Christi sacrificium communicatur fidelibus sub
specie panis & vīni.

Ad tertium dicendum, quid Melchisedech, dictum est sine
patre, & sine matre, & sine genealogia, & quod non habet ini
tium diem neque finem: non quia ista non habuerit, sed quia
in Scriptura sacra ista de eo non legitur. Et per hoc si non
(vt Apostolus ibidem dicit) affirmatur sacerdos filio Dei: qui in
terris est sine patre, & in celis sine matre, & sine genealogia: secun

secundum illud Igitur 33. Generationem eius quis enarrabit, & secundum dissimilitatem neque principium neque finem habet diuinum.

R E S P O N S I O S.Thomae est comparativa sacerdotij Levitici, & sacerdotij Melchisedech in hoc, quod respiciunt à sacerdotio Christi; quare hæc quæstio, seu propositio articuli intelligitur accipi à S.Thom. comparatiuè; supponit enim, sacerdotium Christi cum utroque similitudinem habere, & disputat ad utrum ordinem eorum pertineat, Leviticum, an Melchisedech? Propterea obseruandum est, distinguere à sancto Thom. representantem, & esse secundum ordinem; representantem enim tantum significat similitudinem, ordo vero denotat gradum, & similitudinem secundum gradum; sic distinguimus ordinem specierum materialium, & immaterialium, id est gradus. Porro secundum gradus differunt sacerdotium Melchisedech, & sacerdotium Leviticum, quamvis utrumque representat sacerdotium Christi, & ideo querit S.Thom. ad utrum horum pertineat. Conclusio est pertinere ad ordinem Melchisedech. Probatur, ad illum ordinem pertinet, qui representant ordinem, & gradum, quem habet sacerdotium Christi in genere, & ratione sacerdotij; talis autem est ordo Melchisedech, non vero Leviticum; ergo ad illum pertinet. Minorem probat. Nam tria spectantur in sacerdotio Christi, scilicet excellētia secundum se, excellentia secundum effectum, & oblatio ipsa, seu forma oblationis; sacerdotium Leviticum representat oblationem, seu secundum oblationem Christi melius, quam sacerdotium Melchisedech, quia sacerdotium illius est cruentum, quale fuit Christi, huic autem invenientur excellentiam verò tam secundum se, quam secundum effectum melius representat sacerdotium Melchisedech; secundum se quidem, quia proponitur ut excellentius Levitico, dum hoc in Abraham progenitore decimas offert, subiicit illi secundum effectum verò, quia, ut dicitur ad secundum per sacrificium Melchisedech panis, & vini, quæ constant multi granis, & acinis, significat unitas Ecclesie, quæ est effectus sacrificij, Christi etiam crux, quamvis etiam sit effectus Eucharistie, non solum quatenus sacrificium est, sed etiam quatenus est sacramentum, ut dicimus circa questionem 73.

D I S P V T A T I O XXIII.

An, & quo modo sacerdotium Christi pertinet ad ordinem vel Melchisedech, vel Aaron.

X P L I C A R E primum oportet quis fuerit Aaron, quis Melchisedech. Et quod attingat ad Aaron pertinere traditur in Scriptura, neque nullus relietus est locus opinionibus, & controversiis; non ita verò perspicue loquitur de Melchisedech: quinimo quædam de ipso narrat, quædam suppedant materiam controver-
sionis; indequæ, ut plerunque nullus euenerit soleret, errores haufare hereticos, dum scilicet ad Hebreos 7. dicitur nullus sine matre, sine patre, sine genealogia, dum dicitur esse Regem, & sacerdotem preferentem panem, & vinum, dum benedicit Abraham, dum recipit ab ipso decimas.

Primum enim nemo negat nullum Regem, & regem Salem; dubium vero est inter Theologos catholicos, quaeritur hæc Salem. Nam hinc vrbes dicta sunt Salem: altera in Sichmis Samaria regione, de qua in lib. Genes. cap. 33. sic dicitur, Transiit in Salem etibz Sichmarum, que est in terra Canaan. Altera qua-

A eadem est cum Hierusalem, de qua dicitur in Psalmo 73. Et factus est in pace locum eius (Hebraicè οὐδὲ Σαλέμ) & habitavit eum in Sion. Multi Patres affirmant, Melchisedech fuisse regem Hierusalem, quæ primum Salem dicta est, postea lebus, à Iacobus Canaan filio, ad extreum Hierusalem: ita Hippolytus, Irenaeus, Euseb. Caesariensis, Euseb. Emili. Apollinaris, Eustathius Antioch. telle Hieronymo epist. 126.

ad Enage. Fauerit Paraphrastes Chaldaeus, qui dictum locum Genesios transferit: Et Melchisedech rex Hierusalem & Ioseph. lib. 1. Antiquit. cap. ii. alias ib. his verbis: A Solyma viris regis Melchisedech est exceptus. id nomen interpretatur rex iustus, erat enim re vera talis sacerdotio summi Dei ob iustitiam dignus habitus, sed Solymam posteriorum das vocans Hierosolymam. Idem habet lib. 7. antiquit. cap. 3. Quare Hieron. in traditione Heb. dicit, hanc esse Hierosolymam sententiam, quamquam epist. citata, eam refutat. Salem, inquit, non ut Iosephus, & nos, nisi omnes arbitramur, esse Hierusalem, namen ex Graeco, Hierosolymaque compositione, quod absurdum esse pregrina lingua mixura demonstrat; sed oppidum iuxta Scytopolim, quod usque hodie appellatur Salem, & ostendatur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum veteri operi ostendens magnificientiam, de quo in posteriori quoque parte Genesios scriptum est, venit Iacob Sacrum, id est, in sacerdotium, & fecit ibi sibi domos, atque tectoria, & transiit in Salem ciuitatem regionis Sichen, que est in terra Canaan.

Sequitur Hieronymus Augustinus, & quidam alii. Res est incerta, & ambigua, cùm hæc duo loca sint vicina, nec videtur vero simile ætate Hieronymi extare potuisse in vrbe Salem ruinæ palatij Melchisedech, praesertim tales, que veterem magnificientiam indicant. Etenim vrbis illa, ipso etiam Hieronymo consentiente, eucrisa solisque sequata penitus fuit, & pale confusa ab Abimeleco, quare non videtur nobilis ædificiis ruinæ manuisse, sed potius ruinæ aliquas eorum ædificiorum, quæ a Ierooboam fuerant extructæ, quæ falsa vulgi opinione cœnentur Melchisedech. Quare Epiphanius ait, certum non esse vrba dictarum vrbium fuctur regia Melchisedech.

D Secundum dicitur sacerdos Melchisedech loco citato Genesios; discrepant tamen heretici contendentes solam regiam dignitatem ipsi tribui, & vocem pro chōben significare regem, non sacerdotem, sed satis temere impie loquuntur Primum enim esti negandum non est, vocem chōben non solùm significare sacerdotem, sed etiam principem, quomodo 2. Reg. 16. dicitur, Filii autem David sacerdotes erant, frequenter tamen sacerdotem significat, & ita accipiendo hoc loco docet Apol. ad Hebreos 7. ait enim ipsius τὸν ὄντα υἱον. & Psal. 109. Tu es sacerdos in aernum secundum ordinem Melchisedech. Eodem modo intelligit hunc locum Philo Iudeus lib. 1. de alleg. legis: Melchisedech, inquit, quoque regem paci, hoc est, Salem (sic enim interpretatur) sacerdos fuit confitimus Deum, non expreso aliquo eius merito, sed quia talen ipse fecerat regem pacatum primum dignum suo sacerdotio. Idem docuit Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 11. & lib. 7. de bello Iud. cap. 18. accedit communis Patrum consensus, qui Melchisedech regem, & sacerdotem agnoscunt. Origenes lib. 1. in Job. Erant, inquit, nihilominus etiam ea tempellic sacerdotes, necdum adhuc à lege ordinati, sed naturali sapientia hoc requirent, ut perficiunt; ita sacerdotes funeris est Noe, ita sacerdos funeris est Abraham; ita sacerdotum gessit Melchisedech; ita & ipse Iob post illos sacerdos funeris est; sed interni, sicut diximus, erant etiam sacerdotes per loca, qui pro indigenis hostias offerabant Deo per diversa tempora. Idem habet Dion. Areopagit. cap. 9. celestis. Hyrcanus. Clemens Alex.

lib.4. Stromatum prope finem, Euseb. Cæsarien. lib.8. de denuncijs. Euang. cap.3. Epiphanius. heres 55. Chrysostom. lib.3. & 30. in Genes. Theodor. in Psal. 109. Euonymus. in eundem Psalmum. Damascenus lib.4. de fide. cap.14. Cyprian. lib.2. epistol.3. & in sermon. de Cena Domini. Ambros. lib.4. de Sacrament. cap.3. & lib.5. cap.1. & lib. de initiatu mysteriis. cap.8. Hieronymus. epist. ad Marcellam. Augustin. epist. 45. ad Innoc. & lib.16. cinit. cap.2. OEcumen. Theoph. & alij in hanc epistol. Pauli. Colligitur idem ex text. Scripturae, vbi nomen sacerdotis ponitur ad benedicendum, scilicet ad actum, qui per se pertinet ad sacerdotem, et si quidam commun ratione etiam non sacerdotes benedicant.

Cum ergo constet, fuisse Regem, & sacerdotem, ruelus controvrsia est, an fuerit purus homo, cui controvrsia occasionem præbueret nonnulli hæretici propter verba Scripturae perpera accepta Genes. 14. vbi deferuntur Melchisedech tanquam maior Abrahamo. Censent autem Abraham fuisse omnium hominum coram Deo maximum, & dilectissimum propter multa ipsius privilegia, & opera insignia, quæ narrantur in Scriptura; neccle est ergo Melchisedech non fuisse hominem, sed aliquid maius. Quodquidem Genes. cap.14. & ad Heb.7. describitur tanquam maior Abrahamo omnium hominum maximo benedicens illi, & recipiens decimas ab illo, tanquam ab inferiore, quo argumento Apostolus ipse planè pronunciat Melchisedech maiorem Abrahamo. Accedit hoc quod Melchisedech dicitur ab Apost. sine parte, sine matre, sine genealogia. His rationibus ducatur auctor questionis veteris, & noui Testamento affirmat, Melchisedech non officio, sed substantia, & natura fuisse sacerdotem; idque fuisse maiorem Abrahamo non officio, sed natura. Censet enim fuisse Spiritum sanctum tertiam personam præmissum filio Dei, tanquam præcursorum, cuius sacrificium instituendum in Ecclesia præsignificaret oblatione panis, & vini. Habent haec questiones in tom.4. operum Augustini, tribuunturque ipsi, sed falso. Multa enim habent contraria doctrinæ Augustini, & nominatio, quod dicitur hic de diuinitate Melchisedech, recentiter ipse inter heres in lib. heres, heresi 34. damnans in aliis, quod ipse nunquam dixit, quodque propterea in lib. heresi 7. non inveniunt retractatum. Multos etiam liber ille continet errores, quiniam quæst. 48. sapit Astrianum; quæst. 115. Pelagianum, & per omnia filius non est Augustinus. Eundem errorem Epiphan. lib.2. heresi 55. & 67. tribuit Hieraci Egyptio.

Alij dixerunt, Melchisedech fuisse ipsam personam filii Dei, que in veteri Testamento sape apparuisset in humana specie, videlicet Abraham Genes. 14. & Jacob Genes. 32. Sed huic errori inter alia illud obstat, quod ad Heb.7. Melchisedech dicitur assimilatus filio Dei, non ergo filius Dei, propter quam similitudinem in heresis memorata dicebat esse Spiritum sanctum.

Alij dixerunt, Melchisedech fuisse virtutem quandam maiorem Christi, is fuit Theodotus, auctore Epiphan. lib.2. heresi 55. & Tertullianus, lib. de praefcriptionibus cap.53. in fine, & Melchisedeciani eius discipuli, quorum etiam, & fundamenta describit Tertullianus. Alij vero affirmarunt, Melchisedech fuisse Angelum aliquem in assumpta corpora, duci eodem argumento, quod aliqui non potuisse esse maior Abrahamo. Is fuit Origenes, Didymus, & alij, teste Hieronym. epistol. 126. ad Eusebium.

Vera tamen, & catholica sententia est, fuisse pu-

sum hominem, hanc docuit omnis antiquitas, & est deinceps in Ecclesiæ receptuimus. Sic habent Hippolytus, Irenæus, Euseb. Cæsarien. Eustathius Antiochenus apud Hieronym. epist. citata. Dionysius epist. 9. de cœli Hierarchia. Epiphanius. heresi 55. & 67. Clemens Alexandrinus lib.4. Stromatum, Ignatius epist. ad Philadelphios. Cyriacus lib.1. epist. 3. Anac. epist. 3. Hieronym. epist. 1. Augustinus in lib. heres, & lib. 16. cinitur cap. 12. Attributus lib.5. de fide, Theodor. quæst. 63. in Genes. & Dialog. 2. Damasc. lib.4. cap. 14. Theophil. & OEcumenius in cap. 7. ad Heb. Cyrus lib.5. comm. in Genes. Eusebius lib.3. de Excidio Hierosolymitanorum, & alij. Ratio sumitur, primum ex eo quod Genes. 14. fiat mentio de Melchisedech, tanquam de rege notissimo, in civitate Salem, in eaque regione; qui obtineret regnum more humano, vt alij reges illius regionis, & tanquam de sacerdote secundum communem rationem sacerdotum. Dignitas etiam, que tribuitur iphi, conuenire potest puro homini supra alium hominem, cuiusmodi est recipere decimas ab alio; recipiebant enim homines Levitatem, similius benedictio, vt hi alijque benedicebant. Nulla vero dignitas tribuitur illi, qui non possit puro homini convenire, quare solùm inferre licet hominem superiorem alteri, scilicet Abrahamo: nec obsunt multe prærogatiæ Abrahami, dum non conflat fuisse tales, ac tantas, vt non possint maiores his puro homini à Deo tribui. Unde enim habetur, Deum non prætulisse Abrahamo Melchisedech secundum prærogatiæ maiores, quæ possint conferri puto homini, cuiusmodi sunt, quæ dicuntur collatae in Scripturis, sed tantum secundum prærogatiæ, quæ Deo per se, vel Angelis conuenient. Demum non inueniuntur alia vno hypothesistica in Scripturis, nisi filij Dei cum natura humana.

Cum ergo constet, Melchisedech purum fuisse hominem, incertum est, quis homo fuerit, idque incertum est, sublatam via persecutionis planum docet Apostol. ad Heb. 7. dicens fuisse sine matre, sine patre, sine genealogia. Nihilominus quidam censent Melchisedech fuisse Sem filium primogenitum Noë, & vnum ex progenitoribus Abrahami. Ita Hieronymus. epist. 126. & lib. de quoniambus seu irradiioribus Heb. in Genes. Eandem recipit Iidorus lib. de vita & morte Proph. cap. 5. & Rupertus Abbas lib. 5. de Trium, & operibus eius, Abulensis. Lippomanus, Glofia, & Lyra Gen. 14. Hanc sententiam refellit Epiphan. ex ratione, quod Sem, qui tempore uegetur Abraham, obierit, sed nititur deducioni facta ex falso quadam Chronologia, verè enim constat superuixisse Abramam annis 35. Nam vixit Sem sexcentis annis, scilicet 98. ante diluvium, & quingentis duobus post diluvium, Genes. 11. Abraham vero natus est ducentis nonagesima duobus post diluvium, vt colligatur ex eodem capitulo Genes. Vnde consequens est Abraham natum esse trecentesimo nonagesimo anno vita Sem, vixit autem centum septuaginta quinque annis, Genes. 15. superuixit ergo Sem Abraham annos 35. Alia tamen ratione ea sententia non videatur recipienda. Primum quia ad Heb. 7. dicitur sine patre, & cœ. quibus verbis intelligunt passim Patres significari non quidem Melchisedech progenitoribus caruisse, sed tantum quod de iis nulla in sacris litteris mentio sit. Ita Ambrosius. Chrysostom. Theophil. in hunc locum. Tametsi Epiphan. ex quorundam sententiâ dicit, patrem Melchisedech fuisse Eradam, matrem vero Asteroth, seu Asteriam; sed non constat unde hoc sciat. At vero progenitores Sem, & vniuersum genus ab eo descendens accuratè tradituri cap. 10. & 11. Genes.

Genes. ergo non est Melchisedech. Quod autem dicitur quidam, sensum Apolitoli esse non fieri mentionem de ipsis genere sub nomine Melchisedech, sed tantum sub nomine Sem, non est ad rem: nam comparatio, quam tractat Apolitonus, Christi cum Melchisedech non attendit penes nomen, sed penes personam; neque quod dicunt alii, dici scilicet sine genealogia in genere sacerdotij; tum quia Sem iure suo primogeniti fuit sacerdos, & genus ipsius tanquam primogeniti narratur; tum quia Apostolus. absolutè loquitur. Secundū regio, in qua regnabat Melchisedech, pertinet ad filios Cham, ex capitulo. *Genes.* non vero ad filios Sem; quod etiam testatur Iosephus lib. 1. antiqui, cap. 7. qui cum terram Canaan filii Cham adscripti essent, de Sem ita scribit: *Sem vero tertio Noe filii fuerunt quinque, qui Aasan usque ad insumum Oceanum incoluerunt ab Euphrate propaganda diuersis inito falso.* Itaque Sem ultra Euphratem regnauit, vnde venit Abraham, qui genus trahebat ad Arphaxad uno ex filiis Sem. Quocirca in lib. *Iosif* cap. viii. non habetur: *Tunc Iosuam habuerunt patres vestri ab omniis, Thare pater Abraham, & Nachor, seruierisque Dii: alieni: sed longe patrem vestrum Abramum de Aethiopiam fuisse, & adduxerunt eum in terram Canaan.* Addit quo paulo post Apostolus, ait, Melchisedech nihil pertinet ad genus Abraham. Cuius autem generatio, &c. non enumeratur, in eius decimā summis ad Abraham. Ut fatendum sit etas illorum, qui Melchisedech cum Sem filio Noe confundunt. Alter sentit Epiphanius barof 66. qui Sem filio Noe tribuit Palastinam, quam cum filiis Cham per vim occupassent, terram Canaan appellarent, sed hoc in te prestat credere Iosepho. Deinde Melchisedech obiisse: virginem, ait Ignatius Epis. 9. ad Philadelphia; & Suidas verbo, *Iosif. Melchisedech*, inquit, *Sacerdos Dei, rex Canaanorum, orbem in Simeone condidit, Salēmē dixit, hoc est, pacificam, in qua cū regnasset annos centum & tredicem, obiit viriūsum, & virgo. Quod si verum est, constat non fuisse Sem, quamquam de hoc nihil certi habemus, nam quod dicitur ad Hebreos 7: fuisse sine genealogia, scilicet posteritate, potest accipi eodem sensu, quo dictum accipitur fuisse sine matre, & sine patre. Nam verò ubi constiterit, quis fuerit Aaron, quis Melchisedech; declarare oportet, quod propositum est de significatione, & ordine sacerdotij Christi.*

Quousque & quatenus Aaron, & Melchisedech Christum representent, & primā de Aaron. §. 1.

Constat generatio, representant Christum in eo, quod sacerdos est, ab ipsis, quatenus sacerdotes sunt; utrumque habent ex epist. ad Hebreos de Melchisedech cap. 6. & 7. de Aaron, & Leuitis cap. 8. vbi loquens de Christo sacerdote, etiisque sacrificio, ac de sacerdotibus Leuiticis, & Leuiticis ait: *Qui ex exempli & umbra defensioni celestialium id est, sacrificij Christi, quod est celeste, & diuinum, & capite 9. perficit explicite similitudinem inter sacrificia veterum, & Christi, & cap. 10. *umbram enim habens lex finiorum, non ipsam imaginem serum per singulos annos ejusdem ipsi hostiis, quae offerunt indefinimer, &c.* Refrat ergo, ut conferamus sacerdotium, sacrificiaque Aaron, & Melchisedech cum sacerdotio, sacrificiaque Christi, ut perficiuntur sit, quatenus differant, & quatenus conueniant, planèque constet ratio figura, & representationis, & quæ illis tri-
butur.*

Atque ut incipiamus à sacerdotio Aaron. Dissert

primò à sacerdotio Christi peues institutionem, quod Aaron obtinuerit illud electione divina, & posteri eius Leuitus successione hereditaria à Deo instituta. Christus autem neque huimodi hereditaria successione fuit sacerdos, vt bene probat Apostolus ad Hebreos. eo arguendo, quod Christus ex Iuda ortus sit. Inde enim paternum genus duebat beata Virgo Maria, itemque ipse Ioseph, si spedet mus Clitum secundum opinionem, qua putabatur filius Ioseph, dicitur enim Ioseph filius David Matth. 1. Neque poterat pertinere sacerdotium ad Christum ea ratione, quod B. Virgo maternum genus ducetur à Leuitiis enim hoc fastis fuisset, certè omnes ferè descendentes ex tribu Iuda suissent sacerdotes, quia hæc duo tribus, scilicet regia regia Iuda, & sacerdotalis Levi fuit ab initio permixta matrimonio, vt constat Exod. 6. & 4. Reg. 11. atque brevi sublata fuisset distinctio tribus Levi, & Iuda quoad prærogativa sacerdotij, quod Exod. 19. & Leuit. 8. tribui Leuiticæ attributum fuit. Non defuerunt tamen, qui dicere, Christum electione humana adiunquerat fuisse Leuiticis sacerdotibus, scilicet V Valdensis tom. 1. de sacramentis. cap. 116. mm. 6. peritus, narratione quadam Suidas verbo, *Iosif.* Non tamen in officio sacerdotis volt V Valdensis admisimus fuisse, sed tantum in gradu, & ordine lectorum; id quod nulla ratione heret, nisi genus traheret à Leuitiis. Probat autem hoc ex Luc. 4. vbi Christus in Synagoga legit, & interpretatus est Isaiam prophetam: quare August. lib. 1. de peccatorum meritis, cap. 27. docet Christum exercuisse officium sacerdotis in Synagoga, cùm expoluit locum Isaiam. Idem docuit Iuditos in Sermone pro Synado. Sed haec sententia est omnino falsa, & perspicue contraria Apostolo, & narratio illa Suidæ, quam accepit à quodam Rabino, est fabulosa; Christus enim secundum paternam lineam non descendit ex tribu Levi, ideoque neque ad sacerdotium, neque ad villam gradum Leuitarum eligi potuit. Quod autem legitur librum in Synagoga, non declarat, cum fuisse ministerium illius templi; legit enim Paulus in Synagoga Antiochiae Ad. 13. & non erat de tribu Levi, sed Benjamin. Similicerè propterea censendum est omnibus viris doctris, legisque peritis, id licuisse, etiis Leuitæ non essent. Porro vendentes, & enemis non cieci de templo auctoritate sacerdotis legalis, sed auctoritate diuinitutis accepta, vt Propria prædictus zelo Dei. Ideoque Matth. 21. & Ioann. 3. interrogatur à Phariseis, in qua haec faceret potestate, & iuxta haec dicta accipendum est, quod dicunt Aug. & Iudor.

Secundū different penes effectum, quod sacramentum Christi esset perfectum, & causa iustificationis; Aaron verò & Leuitarum imperfectum non valens iustificare; ita dicitur ad Hebr. 7.

Convenient autem in te oblatæ, & materia sacrificij; verique enim, scilicet tam Aaron, quam Christus, oblatæ rem viventem, & animatam, itemque in modo immutacionis tui oblatæ, quæ immutatio est sacrificij essentia; vitrobique enim est effusio sanguinis, & oecido. Quod autem materia ibi futuri vivens, irrationabilis, hic autem rationabilis, solum ponit discrimen penes nobilitatem sacrificij, & neque materiam variat essentia liter in eo, quod est materia sacrificij, neque modum; sacrificatus enim Christus, quatinus occidi potest, videlicet in ea quod commune habet eum carceris animabitibus, quam similitudinem latè prosequitur Apostol. in epist. ad Hebreos, præteriti cap. 9.

Quid habeat commune cum Christo
Melchisedech. §. 2.

Iam quod attinet ad sacerdotium Melchisedech, & in viuentum ad sacerdotium legis naturae, ad quam hoc pertinebat, certum est primò discrimen penes institutionem, quod per id tempus sacerdotes non instituerunt auctoritate diuina, ratione ac modo diuinatus accepto, ut instituebantur in lege Mosis, & instituerunt in lege noua, qua causa fuit, ut diceret Anacleto Papa epist. 1. *Litteris aliqui primi legantur sacrificium oblatum ut Melchisedech, & Abraham, bi sacerdotum spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate hoc fecerunt.* Vbi mens eius non est negata veros sacerdos in lege naturae, ubi constat fusile Melchisedech, sed solum docere, illos officium, auctoritatemque sacerdotalem non accipere a Deo. At verò sacerdotium Christi non habetur institutione humana.

Certum est secundò conuenire sacerdotium Christi & Melchisedech sua quadam proportione in dignitate sacerdotali & personali, tradita, & declarata in expositione articuli ex cap. 7. ad Heb. quod vtrunque praeferatur sacerdotio Leuitico. Ceterum ut videatur discrimen, & similitudo, si qua sunt in eo, quod praecipuum est, scilicet sacrificio: statuendum est cuiusmodi sacrificium obtulerit Melchisedech, & cum nihil aliud exprimitur nisi panis, & vinum, de his solùm dicere oportet. Quod autem hac sacrificauerit, videtur perficere narrari cap. 14. Genf. vbi dicitur, *Melchisedech rex Salem prouidit panem, & vinum, et eras enim sacerdos Dei altissimi.* Vbi caufalis, eras enim, notat, Melchisedech ex officio sacerdotis panem, & vinumque protulisse, non ex officio, beneficentiae regia. Nihilominus huic sensui maximè aduersantur heretici: & primò quidem hærent in verbo, *prouidit*, cuius loco falsò calamitantur Kemnitius, & alij, catholicos posuisse verbum, *oblatum*; proferte autem non est actio sacrificantis, sed promensis dona, & eibarua, que dicunt ministrata à Melchisedech militibus fellis, & pælio reuertentibus. Hanc lentitudinem docuit Caet. & Iisd. Clarus in eum locum Genfus. Citatur etiam Iosephus lib. 1. antiqu. cap. 18. qui solùm ait, fusile datum panem, & vinum Abrahamo, non explicans, an priùs fuerit sacrificatum.

Veruntamen certum est, Melchisedech panem & vinum sacrificasse. Hoc ut probemus, non facimus vim in verbo, *oblatum*, quo neque habet editio vulgata, & verbum, quod huic responderet, in Hebreo codice significat proferre, & promere. Ceterum duo sunt, quæ denotant, panem & vinum esse sacrificium. Primum quod verbum Hebreum respondens Latino eiusmodi sit, quod nisi obstante circunstantie retum, & loci, significet prolationem rei, non quancunque, & quoconque modo, sed velut hostie ad immolandum, ut benè notat noster Bellarm. lib. 5. ad Euchar. qui est primus de Misericordia, cap. 6. probatürque ex cap. 6. Iud. vbi bis ponitur idem verbum *proferrendi*, quod ponitur Genf. 14. significatur prolationem ad immolandum. Secundum est, quod loco citato Genesis sic habetur: *At vero Melchisedech rex Salem proferrere panem & vinum, (gas enim sacerdos Dei altissimi) benedix ei.* Vbi particula *caufalis, enim*, notat ex officio sacerdotis fusile prolatum panem, & vinum; nullam autem aliam actionem officij sacerdotalis notare potuit prolatio *hæc panis, & vini, nisi sacrificandi.* Respondent primò, particulam, *enim*, construendam cum sequentibus verbis, *benedix ei*, & notare

A actionem sacerdotalem benedicendi, non verò sacrificandi; sed hoc est perterritus vnum, & vim vocabulorum; nam semper particula *caufalis, enim*, constituitur cum precedentibus. Respondent secundò, in codicibus Hebraicis, & Græcis non haberi particulam *caufalem*, *enim*, sed in Hebraicis coniunctiua, & in Græco verò, *autem*; ideoque esse simplicem narrationem. Sed hæc obseruatio non est satis ad reiiciendam vulgatam editionem. Nam primùm particula *hæc*, qua apud Hebreos est coniunctiua, non raro accipitur pro *caufali*, vt notat Sanctus Pagninus lib. 1. *instituendum*, cap. 14. & Bellarm. loco citato. Habetur exemplum Genf. 10. vbi dicitur, *Ei morieris propter mulierem, quam accipisti illi, habet enim virum.* In Hebreo pro particula, *enim*, est eadem particula, quæ est loco citato Genf. 14. quoque alijs est coniunctiua, & hic non potest clere nisi caufali. Genf. 30. in illis verbis: *Experimento didici, quia benedixisti mihi Dominus, pro, quia, in Hebreo est eadem particula. Isaia 64. in his verbis: Es ecce in iratum es, & peccatum; particula coniunctiua est eadem, & tamen habet vim *caufali*. Cùm ergo possit habere vim tam *caufali*, quam coniunctiua, oportet ex adiunctis diuidicare utrum modo sit accipienda. Hic autem Genf. 14. constat rectè in vulgata editione accipi, ut *caufalem*. Primum enim si non aliud ob finem dictum est, Melchisedech fusile sacerdotem, nisi ut declararentur qualitates, & prærogativa personæ; certè vbi dictum est, Melchisedech, Rex Salem, locus erat addendi, & Sacerdos Dei altissimi. Quid autem non nisi interpolitis illis duobus verbis, *proferrere panem & vinum*, hoc dictum sit, signum est, sacerdotium Melchisedech pertinuisse ad hæc verba, cámque actionem pertinuisse ad sacerdotium, & consuleat non fusile præmissam appellationem sacerdotij, cum appellatione regis, ut declararetur, prolationem panis, & vini fusile actionem sacerdotalem. Deinde nisi exponatur *caufaliter*, sed coniunctiua, est distilla oratio, & extra propositum post illa verba, *Melchisedech profert panem, & vinum*, addita illa particula, & *eras sacerdos*. Itēmque extra propositum interpolita, & intertrumpens sensum continuandum cum sequentibus verbis, & coniunctionem, quam cùm illis habet. Idem probatur auctoritate Patrum, & Expositorum, qui ita intelligunt hunc locum, scilicet Clemens Alexand. lib. 4. Strom. circa finem, Cyprianus lib. 2. epistolar. epist. 3. Ambros. in cap. 5. ad Hebr. & lib. de iis, qui iniuriantur, cap. 8. & lib. 4. de Sacrament. cap. 3. & 6. & lib. 5. cap. 1. Epiphanius, hæres. 55. Hieronymus epist. 126. ad Euseb. & epist. 17. ad Marcellam. & March. 26. Euseb. Cæsarien. lib. 5. demonstration. Evangel. cap. 2. & 3. Cæsarius bomil. 5. de Pafio. habent tom. 7. Biblioteca sanctorum. Augustini. lib. 5. contra aduers. legi & Prophet. cap. 2. & lib. 16. Cius. cap. 2. & lib. 17. cap. 17. Theodor. quæsi. 6. in Genf. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 14. Chrysostomi homil. 25. in Genf. idem indicat dum dicit, illum panem, & vinum fusile figuram Eucharistie. Idem habent Cassiodor. & alii expositorum in Psalm. 109. Iridorus lib. 7. Etymolog. cap. 6. & lib. allegat. circa principium. Concilium Aquiligranense celebratum atque Pipini lib. 1. cap. 17. & 18. & expressissimum Tridentinum sess. 22. cap. 1. Præterea testatur Galat. lib. 10. de arcana tabulae veritatis, cap. 4. 3. & 6. & Genebrardus in Chronograph. in tercia atque, antiquiores Hebreos ita intellexisse hunc locum Genesis, & oblationem Melchisedech. Deponit panem & vinum non fusile prolatum in refectiōnem militum, ob necessitatem refectiōnis, sed prius obliata*

oblata fuisse Deo, & deinde Abrahamo, & per ipsum focius ad beudicendum: probatur ea ratione, quod ex Scriptura conitatur, nullam fuisse necessitatem ihercendi milites illos. Nam Reges ab Abraham vieti abducere omniem substantiam Sodomorum, & Gomorrah, & nominatum uniuersita, qua ad cibum pertinet, nec peccerit milites Abraham cibis his, quin comedenter, ut dicitur Genes. 14. Inscriptum verò est, quod ait Kemnit, milites Abraham omnibus consumfiplicet, eo quod dixerit Abraham: *Excepis ius que comedenter uenes, redactoque ad inopiam cibi; nam profecto non visquedeo pauca erant vniuersa, que ad cibum parata habebant quinque illae Sodomorum ciuitates.* Itēmque illa cibaria, qua secum uertant alij Reges tam vieti, quam victores pro exercitibus suis, que omnia venerant in potestatem militum Abraham, ut possent à paucis militibus absumi. Neque video quomodo, ex eo quod Abraham nihil aliud luci velit accedit sibi ex illa victoria, nisi quia milites comedenter, inferat, milites omnia consumfiplicet, & non potius ex omnibus cibis, quos recuperauerant, soli partem, quam comedenter, voluerit in luce suo ponit, salua reliqua parte, quam non comedenter. Hoc cūm perspicie signifcat illa verba: *Non accipiam ex omnibus, qua iua sunt, exceptis iis, &c. non verò milites omnia consumfiplicet.*

Constat ergo & Aaron, & Melchisedech factiscale. Aaron quidem pecudes, &c. non verò panem, & vinum tanquam substantiam sacrificij, per se constitutam singulariter in pane & vino, quomodo habet rationem quandam singularem sacrificij distinctam ab iis, quae constant pecudibus, & aliis rebus, quibus additur interdum panis, Exod. 19. & Lexit. 9. Interdum vinum, Numer. 28. vbi. nihilo minus sacrificium præcipue constat occisione, oblationeque pecudum: *Leuit. verò 24. iubentur ponni quotidie sex panes, & præterea super eos thus lucidissimum.* Melchisedech autem panem & vinum simul sacrificium instituta in singulare sacrificium absque alia additione. Ex quo reiuit quod obiicit Kemnitius, titum sacrificandi panem & vinum sive communem Melchisedech cum Leuitis, non verò singularem, ut volunt catholici Doctores. Iam verò reliquum est docere,

Secundum quem ordinem Christus fit sacerdos. §. 3.

Dicendum est, esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedech positus, quam secundum ordinem Aaron. Prout prijō ex Psalm. 109. & ad Hebr. 7. vbi ex instituto Apostolos confert Christum cum Melchisedech, & distinguat ab Aaron, prout inde similitudinibus, hinc autem differentiis,

Secondū Christus ut sacerdos duplex sacrificium obiuit; unum cruentum, & hoc fuit secundum ordinem Melchisedech, licet ut cruentum non fuerit representatum a sacerdotio Melchisedech, sed a sacerdotio Aaron, & quidem melius secundum oblationem, seu modum oblationis. Et sācē distingui hæc duō, scilicet representatione, & esse secundum ordinem, super ostensum est in expositione articuli ratione sancti Thomæ. Alterius sacrificium est inereturum, quod obiuit Christus semel per icem, & deinceps per sacerdotes, ad quos virtus Christi deriuatur. Hoc autem fuisse secundum ordinem Melchisedech, probatur eadem ratione ducta ab excellentia personali, qua Melchise-

dech fuit prelatus Leuitis in Abraham parente, & ab ecclesi repræsentato, qui est unio Ecclesiae. Præterea secundum oblationem, seu modum oblationis fuit melius representatione per hos, quā per sacerdotium Aaron, ut est per se perspicuum.

Portò in principiis Apostoli ratione, probantis excellentiam Melchisedech supra Aaron, ex eo quod decimatus fuerit Aaron in Abraham, obiicit diffūtatem locū Genes. 14. unde hoc habetur, dicitur enim, *Et dedit ē decimas ex omnibus, vbi non exprimitur uter vtri dederit;* & cūm hæc verba subiuncta sint, postquam narratio est quid fecerit, & quid dixit Melchisedech Abraham, videri posset ad eundem pertinere, ob quam rationem quidam Hebrei contendunt, potius Melchisedech de diste decimas Abraham; eadēque ambiguitas est in editione septuaginta Interpretum, telle Hieronymi in epist. cui ad Euseb. Nihilominus certum est, Abraham decimas dedisse. Primum, quia hoc habet Apostolus ad Hebr. 7. quod fatis est ad fidem faciendam non solum Catholicis, verum etiam diuersis Hebreis scribens enim generatim omnibus Hebreis, qui vivebant in ea Apostoli etate, & citans ipsum locum Genes. hoc sensu, hoc ipsum sensum vñspur, ut sensum vulgarem apud ipsos, alioquin exponeret epistolam suam calumniam. Deinde in Biblia Complutensis perspicue habetur; & de diste ē Abram decimas ex omnibus. Accedit Iosephus lib. 1. Antiqu. cap. 18. vbi ita loquitur: *Abram verò dante ē decimas spoliiorum mnnus acceperit.* Prætexta confirmatur conjecturis: nam communis genitum religione, & quasi iure receptum est, ut sacerdotibus publicis largitiones aliquæ fiant à populo, exque largitiones, etiam plenique interstant iherentiationi, clementer inter dona sacra. Si Genes. 47. dicitur, Iosephum subiecisse Pharaoni omnem terram Ægypti. Præter terram, inquit, sacerdotum, quia à Rege tradita fuerat eis. (nota à Rege tradita) quibus & statuta cibaria ex horris publici prebebantur, & idcirco non sunt compulsi renderi possessiones suas. Hic ritus respicitur loco cit. dum postquam Scriptura dixit, Melchisedech fuisse sacerdotem, & sacerdotale officium erga Abraham exercuisse, subiungit datas decimas: est enim declaratio officij, quod requirunt ex parte eius, cui impendit opera, officiumque sacerdotis, scilicet in re proposita ex parte Abraham; nihil enim aliud narratur fecisse Abraham, nec est credibile, illum defuisse officio tum urbanitatis, tum religionis. Accedit quid cūm dicatur, datas decimas ex omnibus, verbum illud, ex omnibus, non potest conuenire Melchisedecho: nam illud dictum non potest accipi simpli citer; sensu enim efficitur, datas decimas ex toto regno, seu editione Melchisedech, quod est incredibile, sed accipitur de iis, quae tunc coram haberentur. At certè Melchisedech nil, nisi panem & vinum dicitur coram obtulisse, quod obtulit totum; Abraham verò coram multa habebat, scilicet hostium spolia; igitur Abraham competit verbum illud contribuendi. Nec obstar; quod etiam Abraham fuerit sacerdos, vixit primogenitus communis ratione, qua per id tempus primogeniti erant sacerdotes: nam aliiquid peculiare, & dīnum sive in Melchisedech, eo facto notar. Scriptura, præterim ob representationem Christi, ut tradit Apostolus ad Hebreos 7. ciuitique excellentia non sive necsum Abraham, propter eaque sacerdotium suum, quod communissima institutione obtinebat, subiecisse sacerdotio Melchisedech, in quo peculiariis Iei institutio fuerat.

Præter hanc similitudinem sumptum ex receptione

prione decimorum, & benedictione, quæ maxime constitutis ordinem sacerdotij; alias etiam profert Apostolus, qui non solum lunt similitudines, sed suo modo pertinent ad instituendum, & significandum ordinem, quem habet sacerdotium Christi ad alia. Primum sumit a notatione nominis Melchisedech, scilicet rex iustitiae, nam verus rex iustitiae Christus est, non solum ut Deus, verum etiam ut homo, qui, ut dicitur *Psal. 71.* iudicabit populum in iustitia. Secundum ex notione nominis regni, *Rex Salem*, scilicet rex pacis, Christus enim est pax nostra, qui per fanginem suum pacificavit quæ in calix, & quæ in tertio sunt, ad *Ephes. 2.* & *ad Colos. 1.* Tertius dicitur Melchisedech sine patre, & matre, significans Christum quatenus Deus est mater, quatenus vero homo est pater eatus. Quartus additum: *Negat missum dierum, neque finem habens*, quo significatur aeternitas sacerdotij Christi, supra varii modis explicata.

Sed iam restat dubitatio, cur Apostolus omisit similitudinem, quæ videtur præcipua, scilicet oblationis panis & vini? Variae rationes proponuntur à quibusdam: porosilla vero videtur esse, quod institutum Apostoli fuerit, non iam promere similitudinem, quæ est inter sacerdotium Christi, & Melchisedech, sic enim non minus debuisset promovere similitudinem, quam habet eum aliis sacerdotiis, siue Aton, siue aliorum sacerdotiorum, sed fuerit promere ordinem, & gradum, quem habet inter alia sacerdotia. Huc autem solum pertinebat proferre prærogativas super dictas, quas habuit Melchisedech in ordine sacerdotij, quidquid sit de qualitate sacrificij.

D I S P U T A T I O X X I V .

An & quare ratione Christo conueniat Regem esse.

M I C questioni occasionem dedit S. Thom. *art. 1. ad tertium*, vbi ait, tria hæc, quæ in aliis sunt distincta, scilicet esse legi statorem, esse Regem, esse sacerdotem, in Christo simul concutere: spectatur autem Christus, non quatenus Deus, de cuius summa potestate, ac dominio non est dubium, sed quatenus homo est. Hoc ut fiat, præmittere oportet breuem quandam notionem regni, prout hoc nomine significatur regimen monarchicum distinctum ab Aristocratico, quod est imperium optimatum, & Democratico, quod est populi totius.

Aristoteles *1. Polit. cap. 2.* definit, seu describit ciuitatem hoc modo: *Civitas est societas, qua ex pluribus populis consenserit, totum sufficiencia suam habens, constata quidem gratia vivendi, existens autem bene vivendi gratia.* Eadem definitio conuenit regno, quoniam, ut ipse ait supra sub finem capitatis primi: *Primo sub regibus ciuitates erant, nunc vero etiam gentes.* Vnde non variatur notio regis. Ceterum in definitione ciuitatis non ponitur res ab Aristot. quia definit ciuitatem in genere ut abstrahit à gubernatione monarchica, aristocratica, &c. Itaque iuxta hanc descriptionem Aristotelis, Regnum, & ciuitas ipsa subiacens regimini monarchico, ita potest describi: Regnum est vno multorum sub uno Principe in communione bono prononciante, per se ex tali coniunctione ad inuicem sub uno Prin-

cipe. Ponuntur hic suo modo quatuor ciuitate, scilicet materialis, quæ est multitudine; formalis, quæ est talis vno; finalis, quæ est communione bonum; efficiens est Princeps quatenus commune bonum curat, & taret. Nam quatenus habet communione vinculum cum aliis, est suo modo pars materialis. Exponendæ sunt singula particulae. Dicitur ciuita finalis bonum commune. Sic Arist. *1. Polit. cap. 1.* *Videtur omnem ciuitatem esse societatem quandam, & omnem societatem boni dicimus gratia influentiam*: hoc autem in propolito est bonum utile, & commodum uniuersum tanquam proprium, amabilique amore sui, dictum communis ea ratione, quod non sit aliquid singulariter conueniens vni soli, exclusis aliis, sed conueniens omnibus. Probat, quia vinculum popularum non est vere proprietate amicitiae: omne autem vinculum, extra hoc amicitiae, fundatur in amore sui, non autem in amore alterius per se, & querit bonum proprium, vt habetur ex *2. 2. quest. 23.*

Secunda ratio quæriter vniuersum cum sociis, ciuibus, est, quia homo non est sibi sufficiens ad suum bonum, sed egredi adiumentis aliorum, ex Aristotele *1. Polit. cap. 1.* in præfata descriptione; & infra ibidem ait: *Quia autem in communione societatis meus est, quippe nullum indiget proper sufficientiam, nulla pars est ciuitatis; quare ante hec, non Dem.* Docet ergo, vniue ciues communione vinculo affectum, & necessitatem boni proprii, quatenus constat mutuis auxiliis. Quod si fieri posset, ut aliquis homo nullo egredet alieno auxilio, tamen ipsa ciuitatis societas eis bonum quoddam proprium, quod suæ naturæ homo appetit, & sine quo infeliciter vivit. Quare Arist. *3. Polit. cap. 4.* *Dividitur est, inquit, natura esse humanum ciuite animal, ex quo su, ut etiam si nihil inducatur mutuo auxilio, nihilominus affectus via societatem.* Atque hoc bonum societas non solum est bonum pertinens ad partem hominis animalis; verum quamvis hoc primò ac potissimum alieci hominem ad societatem ciuilem, nihilominus accedit etiam bonum morale rationis, eti minus efficax per se solum, nihilnique vniuersaliter mouens; & hoc notar particula illa definitionis ipsius fam citata, *Constituta quidem gratia vivendi, existens autem gratia bene vivendi.*

Dicitur secundum in dicta descriptione, *sab uno Princeps*, ad distinguendum haec ab aliis formis societatis ciuibis, scilicet Aristocrati, & Democracy, in quibus quæritur dictum bonum commune, sed non sub uno Princeps. Tertiù dicitur, *quatenus sub uno Princeps*, ut distinguiatur a bono, pro quo quis priuatum est sibi sufficiens, & in quo non communicat cum aliis, nec pender a Princeps.

Cum ergo potissimum bonum sit rationis, tametsi minus efficaciter mouens, & bonum viæ animalis queri debeat in ordine ad rationem, restat locus distinctionis huius boni in naturale, & supernaturale; de qua distinctione latior tractatio nobis est in materia de iustificatione & iustitia. Et quidem longe minus sufficiens sibi homo est ad bonum supernaturale, circa quod sine gratia nihil potest quam ad naturale. Posset autem hic effectus suppleri abficio ministerio cuiuspiam alterius hominis à solo Deo; qui naturaliter eleuat ad tale bonum, & quidem ea media, capaque rationem perueniendi ad illud instituifit, quæ solus perficeret, & administraret: veintimillam mediæ instituit similia ciuibibus, quæ videlicet possent ab aliis hominibus præfari, ratio

rationemque viuendi, que constare mutuis hominum auxiliis, cuiusmodi est doctrina fidei ad salutem necessaria, sacramenta, iudicis, titulique colendi Deum, &c. Deditque facultates varias hominibus ad se invicem adiuuandum, & constituit temp. & cives in hoc ordine supernaturali ad Eph. 2. *Non etsi hostipes, & aduersi, sed etsi cives sanctorum, & domestici Dei superaduersi sunt fundamēnū Apostolorum, &c.* Et 1. ad Corinthios 12. *Sicut enim corpus unum est, & membra habent multa, &c. & Iacob: Item in uno spiritu omnes nos in unum corpus compitizant sumus, sive Iudas, sive Gemiles, &c.* Vbi place constat factum vinculum ciuilis in ordine supernaturali ad Deo, & ibidem late distribuuntur officia, quemadmodum vsu venit in regimine politico. *Diversissime munitiones sunt, idem vero Dominus, ut divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus, unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo, sapientia, &c. & infra: & quodam quadam possumus Deum in Ecclesia, priuilegium Apostolorum, &c.*

Constat ergo, societatem hanc ordinis supernaturalis habere eandem omnino formam, quam habent societates ciuilis ordinis naturalis, & constare istud causa, scilicet finali, que est bonum, commodiūque proprium, quod non potest, nisi ultimum muua opera, & communicatione obtineri materiali, qui sunt homines; & formalis, que est virtus. Refutat iam efficiens, seu quasi efficiens, que apud homines est vel unus Princeps, vel optimates, vel populus ipse; qualibet enim conuentio hominum habens tres dictas causas, est apta per se quoivis ex tribus supradictis modis gubernari: si ergo societas dicta ordinis supernaturalis est gubernatio optimatum, vel populi, est respub. in autem est unus, est vere proprietate regnum, & qui praesit, est vere proprieque Rex.

Dicendum igitur primò, societas haec non est Democratio, neque Aristocracia, sed Monarchia sub uno Principe, qui est Christus; ideoque est vere regnum, & Christus est vere Rex. Prima pars huius assertioñis supponit huc vt certa, quam aduersus recentiores hereticos late probat noster Bellarm. tom. 1. cap. 3. & cap. 6. & deinceps per plura capita, & alij scriptores contra hereticos. Secunda pars sequitur ex dictis, concurrent enim omnia requisita ad constitendum Regem, & regnum; & convenient definitio regni huic societati, quae dicitur Ecclesia. Atque haec est regia dignitas, & regnum, quae passim tribuuntur Christo in Scripturis, Ps. 2. *Ego amem confitimus sum Rex ab eo super Sion montem in sanctum eius, pradicamus praeceptum eius, & Posula a me, &c.* Reges eos in via regia ferrea. Daniel. 2. In diebus regnum illorum suscitabit Deus deus regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Haec propheta de nullo alio vera esse potest, nisi de hoc spirituali. Eiusdem regni noxiis aliquam prætulit latro in Cruce. Luc. 23. *Memento meum veneris in regnum tuum.* Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Cyril. lib. 12. in Ioan. cap. 12. explicans hunc locum, similiq[ue] illud, *Tu dicas quia Rex sum ego,* sic habet: *Non negat regni sui gloriam, qui verus Rex est.* Quod autem regnum spirituale tantum agnoscat, probatur verbis subiunctis à Christo Pilato interroganti: *Ergo rex es tu? Ego, inquit, in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, et testimonium perhibeam veritati.* Iai. 9. *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* Maximè etiam hue pertinet quod dicitur Lue. 1. *Dabit illsi Dominus Deus sedem David patri eius, & regnum in domo Iacob in eternum, & regni eius non erit finis.* Per sedem David. Raguſa in 3. p. S. T. tral. pol.

Auid intelligitur hic regia dignitas, & potestas, non autem forma, & modus regundi ipsius David, qui in David fuit mere humana, longeque inferior; in Christo supernaturalis longeque sublimior. Dicitur autem nominatio, sedem David, non ob successione hereditatiā, qua nulla fuit, vt infra dicam, & si fuisse, solum erat humana, & restringita ad populum Iudeorum, sed quia David promisus fuit vir, de fratre ventris sui, scilicet de semine suo, qui perpetuo regnaret. Et præterea quia David in eo, quod regnauit, & in quibusdam circumstantiis gessit typum Christi. Ut enim David constitutus est Rex super populum Dei, ita Christus super Ecclesiam Dei, & sicut David prius vocatus fuit in regem, quām regnaret, & per multas arduinas, & afflictiones ad regnum peruenit; ita Christus prius fuit vocatus Rex, quām per passionem, mortemque regnaret. Secundū dicitur, in domo Iacob, non ad restringendum regnum Christi, sed ad designandum, Christum nominatum accepisse paternum regnum, proinde non habitum finem regnum, in quo regnauit David, neque defuturum, qui de semine ipius regnaret in illo. Itēmque ut significaretur a regno Iacob, subiecta regio semini deriuandū imperium, & determinationem, quam Christus obtinere in vniuerso mundo, eo modo, quo dicitur Abrahāmo Genes. 22. *In semine tuo benedicenter omnes gentes.* Adduno aliqui, Angelum nominasse solum Iacob, quia quo tempore loquebatur, Ecclesia militans fēcē tota erat synagoga Iudeorum. Hinc est quod Melliss futurus vocatur David. Ezech. 34. & 37. *Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascet eas, seruum meum David, & resusciter, Seruos mens David resuper eos, & pastor unius erit omnium eorum.* Isa. 9. cum præmisset: *Parnulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & filius est principatus super humanum eius, & vocabatur, &c. subdit: Super filium David, & super regnum eius sedebit, ut confirmit illud, & corroboret in indicio, & iustitia à modo, & usq[ue] in sempiternum. Et P̄sal. 88. Disposui testamentum electi mei, iuram David seruo meo, usq[ue] in aeternum preparabo sermonum, & adificabo in generatione & generationem sedem tuam.*

Denum hoc ipsum declarant acta ipsius Christi, que sunt supremae, regiaeque potestatis. Primum enim per hanc potuit constitutre temp. spiritualem, felicem Ecclesiam, modum gubernandi præscribere, superiores eligeere, & iurisdictionem illis confidere. Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalerunt aduersari eam, & ibi dabo claves regni celorum, & quodcumque ligaveris super terram, &c.* Similem potestatem tribuit' Apostolis Matth. 18. *Quodcumque ligaveris, &c.* Ioan. 20. *Sicut misi mihi Pater, ita mitto vos.* Habet ergo potestatem similem paternę. Ioan. 21. *Pasc oves meas.* Huc pertinent quae supradictum est 1. ad Corin. 12. Instituit præterea sacramenta, additis præcepis pro ratione factamentis, & necessitatibus. Denique tulit leges, quod est proprium supremæ potestatis. P̄sal. 44. *Sedes tua Deus in seculum facili, virga directionis, seu equitatis, virga regni tui.* Iai. 33. de Christo dicitur, *Dominus rex noster, Dominus legifer noster.* Ioan. 14. *Si diligis me, mandata mea servate, & cap. 15. Si præcipia mea servaueritis, &c.* Tandem Tridentinum fīl. 6. cap. 21. definit, Christum non solum datum esse nobis in redemptorem, sed etiam in legislatorem, cui pareamus.

Dicendum secundo, Christus magis propriè, ve[r]eque Rex est, quām reliqui Reges, eiulque regnum

I magis

magis proptiam habet rationem regni, quām alia regna. Probatur inductione per omnes quatuor causas suprā memoratas. Prima est finalis, quā autōre Arist. loco *sprā cu. & lib. 3.* Polit. cap. 6. non est solum viuere, quod commune est serui, & animantibus, quā neque sunt, inquit, capacia felicitatis, neque vivendi secundum electionem; sed est benē vivere, qualis est felicitas, & bonum fundatum in virtute, sine qua societas hominum felix esse non potest. Porro hęc felicitas, & bonum longe præstantissimum est in regno spirituali, vbi est optimum immutabile, & eternum, cuiusmodi non est in regno temporali. Materialis causa sunt homines prædicti fide supernaturali. Formalis est unio secundum candem fidem visibilem. Efficiens est Christus ipse; cū ergo hęc caute, etiam in eo quod sunt causa regni, sunt imperfectorum in regno temporali, perfectissima autem in iam dicto spirituali regno; consequens est, hoc magis propriè regnum est. Vnde sequitur, Christum magis propriè regem esse. Confirmatur; nam rex debet esse proper vitulatem regni, non autem contraria, ex Arist. lib. 3. Polit. cap. 4. Quod autem rex, ut homo, non sufficiat sibi, id est, quod egerat hominum societate, præfite simus sibi id, quod præflet alius gubernando, est per accidens, & si fieri posset, vt non egerat, magis propriè Rex esset. Sic habet Arist. *sibidem*, exemplo magistrorum, & gubernatorum: Magister, inquit, *gymnasi*, & gubernator considerant semper eorum utilitatem, quos gubernant, sed quando horum unus est, per accidens ipse quoque subcepit utilitatem. & post pauca subdit, quod dictum est, bonas esse res publicas, in quibus intendunt communem utilitatem, perniciosem autem, ubi queritur propria utilitas eorum, qui gubernant. Iam vero Christus ita regit suam rem publicam, vt neque per se, neque per accidens egerat rebus, & personis, quas gubernat; ergo maxime omnium propriè conuenient ipsi esse Regem.

Dicendum tertio hoc regnum Christi per se, & natura sua includit dominium omnium rerum Regum, & regnorum mundi, saltem quatenus ex natura regi, vel pro rerum exigentia, & necessitate pertinent ad finem, & bonum Christi. Declaratur: nam in humanis, & ordine naturali quaedam sunt inter naturae determinatae prohibita, vel præcepta, cuiusmodi est occidere, &c. quaedam sunt indifferenter. Primi generis subiciuntur dicto hui per se ex natura regi, quoniam bonum, virtutēque supernaturali fundantur in naturalibus. Secundi generis non subiciuntur per se ex natura regi, sed pro exigentia, cuiusmodi sunt ieiunia, obsecratio dierum festorum, solutio decimatum, & tali que ad eum finem mandentur pro tempore; quod ergo horum dominium per se includatur in regno supernaturali, probatur, nam homines pertinent ad regnum spirituali, cuiusque legibus subiciuntur. Primum quidem Christiani, deinde etiam infideles, quidquid si de modo, ac ratione, quia Christus in intēdiles potestare habet, constat enim, aliquam habere tanquam redemptorem, & Iudicem viuorum, & mortuorum, qualem in hoc non habet Pontifex eius vicarius, ac pro ratione potestatis, quam in illis habet in ordine ad bonum, & finem sui regni subiciuntur eidem. Porro vero vbi est subordinatio finium, ille, qui intendit supremum, imperat iis, qui intendunt inferiores, ex 1. Ethic. cap. 1. ergo Christus rex, ciuique regnum, quā intendunt bonum regi, imperant omnibus regibus & hominibus respiciens. bonum regi, hominæ, similiusque bonis ipsorum, & hęc illi subiciuntur. Hęc propositio magis confirmabitur cum sequenti.

Dicendum quartum: regna mundi, eorumque reges, ac simul omnia bona subiciuntur Christi regi, ciuique regno, non solum quoad ea, quā habent ordinem ad bonum, & finem ipsius per se ex natura regi, qualia sunt, quā continentur præcepto naturæ; neque solum quoad ea, quā cum aliquo in indifferencia sint, sunt necessaria ad dictum finem necessitate medijs, nimirum sine quibus pax, bonum, & felicitas huius regni stare non possit; verum quoad ea, sine quibus stare potest, quodcumque & vicinque Christus voluerit iuxta propositum sue intentionis hęc adhibere, iisque vti. Probatnr, quia ad hunc finem non adhibentur tantum media necessaria, verum etiam virtus, & ea, quibus commodius, vel fructuolis obtinetur, & potest Christi in suo spirituall regno non est restringita ad merā necessitatem in adhibendis medijs, verum est liberior ad id, quod commodijs, vel fructuosis est, &c. Id confirmat submersus porcorum per immilos dämones, *Matt. 8.* at facere siculneagni, *Matt. 21.* quā non erant simpliciter necessaria ad finem sui regni, propter quem hęc faciebat. Additur etiēo ementium, & vendentium ē templo, quam fuisse actum non solum doctoris, & Prophetar, verum tamē, qui sine iurisdictione, & potestate non posset hereti, testantur Pharisæi interrogantes: *In qua potestis haec facere?* nec Christus abuvi fuisse actum potestatis, vt abnuere debuisset, si non fuisse, sed tunc occasione interrogandi de Baptismo Iohannis, negauit se dicturum. Hui pertinet, quod alias dixit: *Dominus est filius hominis etiam sabbati*, vbi particula, *etiam*, subiuncta verbo, *Dominus*, posito linea restrictione, notat vniuersalissimum Christi dominium, & potestarem, viuente cuius extenderetur etiam ad id, quod magna religione mandatum erat, & feruabatur.

Eadem propositio probatur pluribus locis Scriptura. *Apol. 19.* dicitur, *Habet in vestimento, & famore suo scriptum: Reg regum, & Dominus dominianum.* Eadē amplissima potestas habetur *Psal. 2.* Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possumus tuam terminas terrā, reges eos in virga ferrea, &c. *Ioan. 13.* Omnia dedit ei pater in manu. Ad *Coloss. 2.* dicitur, *Ipse est caput omnis principatus, & potestatis.* Ad *Ephes. 1.* dicitur, *Confiniū ad dexteram Patris in celibus supra omnem principatum, & potestatem, & omne, quod nominatis non solum in hoc facile, sed etiam in futuro.* &c. *Omnia subiecti sub pedibus eius.* *Matt. 24.* *Data est milii omnis potestatis in celo, & in terra.* Ad *Heb. 1.* *Quis confituit heredem vniuersorum?* Ad *Heb. 1.* *Apostolus de Christo accipit illud P[ro]p[ter]a. Omnia subiecta sub pedibus eius.* Addens, *In eo enim quod omnia ei subiecta, nihil dimisit non subiectum ei.* Hac loca, quidam recentiores aiunt non fuisse applicata Christo ab Apostolo, sed fuisse dicta de quicunque homine, cui Deus in creatione subiectit omnia animalia, & pecora campi. Sed comparatio inchoata à capite primo Angelorum cum Christo, arguit locum, vbi pergit Apostolus, & negat Angelis id, quod tribuitur homini dico *P[ro]p[ter]a.* intelligendum de homine Christo; cum praescient continuo ibidem applicet Christo illa alia verba: *Manus cum paulo minus ab Angelis.* Sed quidquid sit de hoc loco, certè similia verba habentur de Christo 1. ad Corin. 13. *Oportet autem illum regnare, donec ponas omnes inimicos sub pedibus eius.* Cū autem dicat, *omnia subiecta sunt ei.* sine dubio prefer eum, qui subiecti ei omnia, quem locum suprā circa questionem 21. interpretati sumus de regno, & dominatione quam habet Christus, dum militat Ecclesia in mundo, & dum regnant alij Reges & Principes. Demum *Ador. 10.* dicitur, *Annuntians pacem per Christum,* hic est omnium Dominus.

He auctoritares non solum probant tertiam assertio-
nem , verum etiam hanc quartam ; coniunctum enim
est in Christo liberam potestatem in regno , & domi-
nio hominum proper bonum tegni sibi spiritualis , nō
solum vbi subest necessitas praecepti naturalis , vel po-
situm lati à Deo , sed enim per le nos subicerentur
Christo , vt homo est , nisi quatenus curaret obser-
vare mandata Dei ; verum etiam vbi non subest talis
necessitas praecepti diuinis , sed vel nullius praecepti ,
vel lati à Christo , vt homo est ; hoc enim proprium est
esse Regem .

DISPUTATIO XXV.

*An Christo conueniat regnum tem-
porale .*

RESTAT iam difficultas de regno prorsus
terreno supradefinito respiciente bonum
ciuile abique ordine formalis , & explicito
ad bonum regni spiritualis . Dixi , formalis ,
nam bona gubernatio ciuilis virtualiter confert ad
bonum spirituale . Ceterum ex hoc non ponitur in
ordine gubernationis spiritualis , nisi formaliter eò
referatur , & ex intentione , atque hoc est querere ,
an Christus directè sit Dominus in huiusmodi regno ,
nam dominium , quod suprà Christo tribuumus , com-
paratione huius dicunt indirectum . Duplex autem
difficultas hic occurrit . Prima an Christus sit Domi-
nus totius orbis ; deinde an nominatum sit Dominus
regni Iudaeorum .

*An Christus habeat dominium directum to-
sim orbis . §. 1.*

Existunt duæ sententia . Prima affirmat esse Do-
minum totius orbis . Turretini . lib. 2. sum. cap. 16. ad
2. S. Anton. 3. p. 31. 3. cap. 2. Almain. lib. de postf. eccl. cap.
25. 8. Nauar. cap. 9. de iudicio , notab. 3. n. 8. Roffensis .
25. contra Lutherum . Albert . Pigh. lib. 5. Hierach. eccl.
fiast. cap. 3. Nicolai Grandis in illud ad Heb. 1. quem con-
fluis beroem uniuersorum . Hoftiens. cap. Quod super
his , de voce , & aliorum iurisperitorum , qui affirmant
hoc fundamento , summum Pontificem , qui à Christo
accepti potestatem , quam Christus ipse habuit in
terris , Dominum esse temporem totius orbis . Idem
habet Durandus de org. iurisdict. questione 3. Demam
est S. Thomas 3. p. q. 59. 4. 4. vbi sic habet : Christus autem
quoniam eius rex conueniens à Deo , non tam in terris vivens
terrenum regnum temporalem administrare voluit . Ex quibus
verbis tija habentur . Primum est Christum esse
constitutum Regem absolute ab illo limitatione
sive regni , sive modi regnandi , comprehendit enim
etiam regnum terrenum , & potest circa hoc de qui-
buscumque terrenis rebus constitutire ; quod autem
non statutus de causis , &c. tetrici regni , non pronon-
cire à defectu facultatis , sed voluntatis . Idem habet
lib. 3. de regimine principum . cap. 12. sub finem , & cap. 13. ratio ,
vbi volunt quidam , loquuntur solùm de regno spiri-
tuali , proper illa verba : satis appetit quidam dominum
Christi ordinans ad salutem animarum ad spiritualia bona , li-
cet à temporibus non excludatur eo modo , quoad spiritualia
ordinans . Verum S. Thomas ibi perspicue describit
regiam Christi dignitatem . Primum enim ait , post
natiuitatem Christi Domini & Monarchæ , Augu-
stum gessisse vires monachia . Certe Augustus non
fuit vicarius Christi in regno spirituali , in quo solus
Petrus vicarius est , sed in temporali , vbi nomine
vicarij non excludit S. Thomas verum dominium , ve-
l. s. Ragusa in 3. p. S. To. tract. post .

A rūmque principatum ab Augusto , quem ibidem de-
scribit , vt verum Dominum , sed denotat domi-
nium excellente in Christo , cui subiacet Augus-
tus , qui propriece in suo vero principatu diceretur
gerere Christi . Deinde in dilo cap. 13. & sequenti
doceat . Christum sponte gessisse humilem vitam , cùm
esse verus Dominus ; quare in loco citato cùm dicitur ,
temporale regnum Christi ordinari ad spirituale , fo-
lum significatur id , quod ipse sponte fecit de facto ,
non verò id , ad quod de iure obstringebatur . Quare
cap. 15. si loquitur , quoniam temporalis est Dominus
orbis , direxisse tam in spiritualem vitam suam ordinans
principatus vbi particula , ratione , &c. opposita particule ,
quoniam , notat libertum fuisse Christo regnare tem-
poralitatem , cānque libertatem habuisse ex eo , quod
B est Dominus orbis , voluisse tamen solum spiritualiter
regnare .

Secunda sententia negat Christum habuisse domi-
nium directum retum omnium temporalium . Ita Vi-
ctoria Relatio prima de postf. Ecclesiast. q. penulti. à numero
15. Sotus in 4. d. 25. q. 2. art. 1. & lib. 4. de iustitia q. 4.
art. 1. Ioan. Patilien . de autoritate regia & papali , cap. 8.
& 9. Bartholomaeus Medina . p. q. 59. ad art. 4. San-
cti Thomæ videtur Abulensi . ad cap. 21. Maub. q. 3. ex-
ponens illud Zacharias : Ecce Rex tuus venit , &c. Vvalden.
lib. 2. doctrinalis fiduci antiqua , cap. 76. 77. Burgens .
in sermone spirituarum p. 1. d. 7. & in sequenti . sub ea-
dem sententia excellit supra modum Marcellus Pat-
avinus hexaticus , dicens , Christum non solum non
habuisse potestatem directam supra Reges tempora-
les , verum fuisse illis subiectum , & obligatum ad
soluenda tributa ; quem erotem dannauit Iohannes
XXII. in Extrang. licei iuste , vt referit Turretini . lib. 4.
sum. Ecclie 2. p. cap. 37.

Dicendum est Christum habuisse ius Regis su-
pra omnes Reges , & supra omnia regna mundi
etiam directum , vt posset regere populos , vel omnes ,
vel aliquor gubernatione ciuilis etiam in iis , que re-
spiciunt bonum regni metè ciuile , vt faciunt alij Re-
ges : de facto tamen non assumptissime sibi hanc guber-
nationem , sed reliquissime illam ius Principibus . Hæc
assertio est S. Thomæ loco citato . Sot. lib. 4. de iustitia
& iure , q. 4. art. 1. vbi sic habet : Arbitrasi sumus , Christus
quoniam hominem non fuisse regem , non quid non po-
suerit , erat quippe Deus , sed quia neque cum decivit , neque
subiude voluit . Vbi particula , erat quippe Deus , notat
rationem , cur poterit quatenus homo regnare , quæ
ratio erat diuinitas vniua humanitati constitutus ho-
minem Deum . Eadem sententia est Molinae Tom. 1. de
iustitia & iure , tract. 2. disp. 28. Suarez hic disp. 48.
sent. 4. Vafquez disp. 87. cap. 2. Idem aperte docet S.
Bernardus lib. 3. de considerat. ad Eugenium , his ver-
bis : Dispositio ibi super orbem tradita , est non data pos-
silio ; non in iis est , de quo Propheta ait : Et eris omnia
terra posseſſio tua . Christus hic est , qui posseſſionem sibi
vendicat , & iure creationis , & merito redēptionis , &
dono Patri . Cui enim alteri dictum est : Posulat à me ,
& dabo tibi gentes hereditatem tuam , & posseſſionem
tuam terminos terra . Posseſſionem , & dominium cede-
bus , in curam illius habe . Greg. hom. 8. in Euang.
E cùm dixisset Christum natum esse in via , ad in-
dicandum , quod id alieno nascebatur , subdit : A-
lienum dico , non secundum posseſſionem , sed secundum natu-
ram , nam secundum posseſſionem in propria venit .

Ratio primi est quod Christus ab eo , quod
sit filius Dei , & non alienus , & ab exemplo fi-
liorum Regum , argumentatur ad probandum se
exemptum esse à tributis regis , non verò at-
gumentatur ab aliquo privilegio , & exemptione ,
sed nullam habet vim hæc ratio , & exemplum ,
nisi simul proberit Christum iure filiationis esse regem

& Dominum regnum mundi: namvis; quod haec
beni filii regum facti primogeniti ex vi filiationis,
maxime est ad commandum; sed ergo ex filiatione in-
ficiunt exemptis, infestur enim dominum. Quod au-
tem sic argumenteret, scriptum est Matth. 17. vbi in-
tortogat Petrum Christus; *quid tibi videtur, Simon, Reges*
terram a quibus accipias tributum, a filii suis, aab alienis?
Cuncte respondit Petrus; *ab alienis, intulit Christus;*
Ego liberi sum plus, et a nunc non scandalaferemus eos,
etc. Secundum Chritius non necessitate, sed voluntate
humiliis, & pauperis fuit, spreta mundi claritate, sic
habet Apostolus 2. ad Corinth. 8. *Scimus gratiam Domini-
nstris Iesu Christi, quamam propter nos regnum saeculi est, cum
eget dimes, ut illius uox vos dimes efficeret. Vbi scimus est
de Christo homine, ut declarat illa particula, scimus
gratiam Domini nostri Iesu Christi. At certe nisi praedictus
faillit potestate dominandi rebus, & hominibus,
non erit opus virtutis, sed necessitatis dicta humili-
tas, & paupertas. Denum hoc ipsum probatur
ex dignitate, quam accipit humanitas Christi ab
uione hypostaticae. Etenim ad constitutum verum
regnum tria requiruntur. Primum praestantia in virtuti-
bus meolectus, & voluntatis, supra omnes qui subi-
cuntur ipso, quem late describit Aristoteles lib. 3;
Filiae cap. 3. & hanc, dubium non est, failli maxime
in Christo. Secundum praestantia secundum dignita-
tem; etenim praestare debet subditis dignitate, & qui-
dom passim inter homines, ideo reges sunt dignio-
res, quia facti sunt reges. Ceterum reclus ordo exi-
geret, ut fuerint reges, qui sunt digniores; haber au-
tem Christus dignitatem infinitam non solum ut
Deus, & uermetum ut homo ad modum alias explicati-
tum. Tertiùm requiritur auctoritas seu iurisdictio,
quam virtutem, & dignitatem praestantia per se
sola inter homines non tribuit, solum enim fa-
cit idoneum regno, sed accedere debet consensus
populi. Verum talis dignitas, nempe diuina, qua is,
qui praefat alius, scilicet Deus, excellitque ratione
diumi superius, & qua est Deus collata ab eo, pe-
nes quem est potestas in homines, scilicet a Deo, qui
potest reges hominibus constitutere, consensu ipso-
rum minime requirit; talis, inquam, dignitas, vel
constituit hoc ipso Dominum, & regem absque alia
electio, vel praeiustitia constitutere, & pro tali ordo
ad omnibus, nisi Deus declarante, se aliud velle.*

Quarto propositione hæc probatur ex superiori qua-
rta propositione, vbi ostenditum est Christus posse dispu-
nere de rebus mundi, & de regni, etiam in iis, que
non sunt necessaria simpliciter ad finem supernatura-
lem, sed solum ex eius voluntaria applicatione con-
ferentia; hæc enim potestas ita libera quamvis propter
finem non potest pronunciari nisi à domino, & po-
testate absoluta supra omnes reges, & regna, & supra
omnia bona. Ideoque potestas de qua est dicta pro-
positio, verè dici debet directè potius quād indirecta.
Nam indirecta proprie est, quæ attingit necel-
litati, & ad hanc limitatur, qualem habet Pontifex; non
autem quæ est libertas, & pro voluntate adhiben-
da circa finem; hæc cùm fundatur in absoluto domi-
nio, cuncte solus Christus ex sententia multorum
dicunt habere, non autem Pontifex. Itaque omnia
loca Scripturae tibi adducta probant etiam hanc pro-
positionem.

Extant præterea quedam Patrum loca S. August.
tral. 14. in Ioan. de Christo inquit: *Erat quidem Rex
non talis, quælibet ab hominibus fit, sed talis, ut omnes reges fac-
cere.* Cyrilus lib. 12. in Ioan. cap. 10. de Christo ait:
*Regem se esse non negari, sed regum Cœlestium se habere non esse
estendi, quia cunctum regnum terrenum non est sed calx, & terra
celestium regnum omnium, vbi particula aduersitatis,*
sed, non excludit simpliciter à Christo dominum

regnis terrenis, asserendo futurum spirituale, cum dicat
ele. *Dominum terræ, &c. sed excludit limitationem regni*
terreni Christi ad terrenum regnum, quale habent
alii Reges, extendendo titulum excellentem Regis
Cœlestium supra terrena regna, qui titulus est ele.
Dominum rerum omnium infra Deum in celo, &
infra calum, vbi includitur etiam regnum Cœlestium,
cui non aduerlatum cum in simile virginali dominio
Dei, quod patitur sub le dominiu priuata. Greg. hom.
8 in Euang. cum dixit, *Christum natum esse in via et*
declararet se in alieno nasci; subdit: *alienum deo non*
secundum potestatem, sed secundum naturam, non secundum
potestatem in propria venit, vbi, per naturam, intelligit
diuinam, quare per potestatem, cui opponit na-
turam diuinam, intelligent non solum potestatem, quam
habet Christus, ut Deus, sed abolutam potestatem,
quam ipse habet in loco, ad quem veneratur, videlicet
humanam. Chrysost. hom. 8 in Ioan. utranque partem
propositionis docet his verbis: *Quod firmaverat in-*
termis Platoni, dissoluit tyrannus suscipitorem. Denum non
est de hoc mundo regnum eius; immo validus. Quod ille ipsius
ait: non est non quoniam non tenet & hic, quoniam desuper
habet principatus, & non est humanus, sed multo maior hoc,
& clavis. Vbi Chrysostomus ex instituto contendit,
Christum esse regnum etiam hunc regni terreni, sed
dic non esse hinc, ratione excellenter principatus,
& maiori tituli, quam habet alius, & per quem
etiam regnat hic. Theoph. ut refutetur in cate-
na S. Thom. sic habet: *Non dicit non est hic, sed non est*
hinc: nam regnat in mundo, nam enim illius præfazione, &
intra uox in cuncta disponit; non est autem ab infinito con-
tinuum regnum eius, sed celum, & etiam ante secula. Vult
ergo Theophylactus, Christum dictis verbis non ne-
garere habere se regnum in mundo, cum autem ait, ad
votum cuncta disponere, intelligit Christum ex vi
potestatis huius cuncta facere, quæ facit, non verò
quod actu regnet.

Iam secunda pars, quod Christus non assumptus
gubernacionem, quam sibi assumere poterat, sed reli-
querit suis principibus. Probatur primò ex Euang.
aliis historiis de vita Christi, in cuius gestis ei-
iusmodi gubernatio non habetur; immo contrarium,
Luc. 12. *Homo, quis me confundit indicem inter uox* Ioan. 6.
Entra in montem ne compellere regnare. Ioan. 16. Regnum
meum non est de hoc mundo. Ambros. lib. 3. in Lucam, sic
habet: *Iam ipsam regem secundum facili honorem non acci-
pimus Christum.* Idem Theoph. & Chrysost. iam citati.

Reliquum est satisfacere argumentis, quibus secunda
sententia probatur, Christum in omnia regna, & in
omnes reges potestatē, & dominium non habuisse.
Primum ducitur ab auctoritatibus tributibus ipso
dominium spirituale. Sed hæc probant prima nostram
assertionem, ita tribuentes spiritualem potestatem, vt
non negent temporalem. Addunt auctoritates, que
etiam excludant temporalem, Ioan. 18. *Regnum meum
non est de hoc mundo. Luc. 12. Quia me confundit indicem*
hæc probatur, non fuisse solum potestate sua regnū-
di, sed relinquere illa solum dominis, & principibus; &
in hoc cunctum dominium est simile diuino, potest enim
Deus per seipsum gubernare regna mundi, sicuti di-
citur gubernare Iudeos 1. Reg. 8. 10. 12. & nihilominus
permittit gubernationem aliis regibus, qui
sunt potestate diuina, sunt vero Reges.

Secundò obiecitur quod in Extr. *Cum inter nomen et*
& *Quia gaudiam, de verbena significatio*, dicitur
Christus & discipulos paucum terum dominum habuisse:
ergo Christus, quatenus homo, non sicut Dominus o-
mnium. Relypso, dominium est duplex: alterum pro-
prietatis, quale habent singuli domini in bona,
sua regna sua. Alterum autem, seu excellentia consistens
in hoc, ut possit ex illi tolli dominum proprietas,
vel

vel absolute pro voluntate, quomodo potest tollere Deus, & Christus, vel ubi necessarium fuerit proper bonum communie viuenteritatis, quomodo habent dominium, alium Reges inter homines respectu suorum subditorum. Dicitur ergo in ea Extraugs. sermo nem esse de domino proprietatis.

Tertius fructus est potestas, cuius nullus est virus; non ergo expediebat Christum habere potestatem, quia non erat era virus. Respondeo primum fructus dari potestam, cuius sit prohibitus virus, non vero est fructus, si is, qui potest illa libertate vi, non vitatur, siue quia non vult, siue quia non putat expedire, & ram Christus interdum virus est ea potestate, ut supra diximus. Dico secundum eam potestatem in regno hominum esse debitam, & connaturalem Christo ex dignitate personae, & ex dignitate regia in regno supernaturali, siue sit futurus locus virus, sine non.

Ex quo reicitur quartum argumentum, quod per se factor sit paupertas, qua non solum virus, verum etiam potestatem abdicari a se: nam potestas dum est annexa per se officio, vel dignitati personae, manente hac, non potest abdicari; etenim nequidem inter homines fieri potest, ut quis sit Rex, vel Papa, & tamen non habeat potestatem in bona etiam subditorum, cum hoc tam discrimine, quod ex persona, & officio proprii Christi habeatur potestas directa in omnia regna. Ex vi autem dignitatis pontificis multi dicunt, habent tantum indirecte. Et nihilominus non vacat laude summa paupertatis Christi, cui abdicatione potestatis non est necessaria ad tollendum periculum virus, ut est necessaria hominibus, ideoque tam est perfecta in ipso per exclusionem virus, quam est perfecta in hominibus per exclusionem etiam potestatis.

Quintum argumentum est quod posita haec potestate in Christo, summus Pontifex eius vicarius habet candem, posseque pro sua voluntate regnare, & dominari dominio temporali in bonis, & ditione saltem Christianorum Principum. Inferant etiam aliam illationem hereticos, quod similiter omnes reges sunt Christi vicarii, ideoque praelatus suis subditis, etiam in spiritualibus. Respondeo hoc esse discrimen inter Papam, & Regem, quod cum Christus regiam potestatem & dignitatem in regno spirituali vendicauerit sibi, & in terris, dum hic viueret in tempore, & in calo retinebat in eternitate, non patitur alium Regem inferiorem Christo, nec ipsa dignitas regni spiritualis natura sua patitur, sed solum vicarium absentis, qui est Pontifex constitutus vicarius potestatis regiae Christi in regno spirituali cum ea amplitudine, quam ratione huius habet Christus indirecè in regnis & dominis temporalibus, nimirum quatenus requirit necessitas regni spiritualis. An vero sit etiam vicarius potestatis excellentia dudum explicata, quam in hac eadem directam Christus habet, alij affirmant, alij negant, ut dixi; at vero cum neque in terris vindicauerit sibi regiam dignitatem & proprietatem in temporalibus regnis, & viuenteritatem bonorum; restat locus versus Regibus, & dominis, simili que formaz, se modo humano instituendi illos, ut videlicet populi scipios regant, vel per se, vel per optimates, vel per Principes, sicut restat locus hominibus priuatis obtinendi dominium bonorum emptione, venditione, &c. Et sane si Reges effent tantum vicarii Christi, deberet regnum omnem temporale esse monarchicalm, sicut institutum est spirituali in Petro, Ioan. 20., cui dicitur: *Pasc oves meae. Hunc pessimum est, non esse penes Reges potestatem spiritualis, quia ipsi retinendi dominium, in quo sunt vetri Reges, in eaque regia potestate non continent potestas spiritualis, quia nemo prater Christum*

Iof. Regna m. 3 p. D. Tu. traci. post.

A est rex in regno spirituali. Aliam vero potestatem distinctam à regia, neque ipsi affectant, cum velint regnum spirituale pertinere ad regiam potestatem; quicunque tale regium affectant. Neque est unde probent se illam habentes: nam potestatem omnium habent morte & institutione humana; vivit in mundo apud omnes gentes, etiam ante Christum, videlicet electione, & auctoritate populi habentis potestatem iure naturae ad seipsum regendum: populus autem non potest dare potestatem in spiritualibus, quia regnum spirituale est à Deo institutum supra ordinem naturalem, etiam moralem virtutum ciuilium, cuiusque potestas non est attributa populo, ut supra ostendit, sed Christo regi: non ergo potest populus hanc potestatem conferre, & qui habet principatum à populo, non habet ex ea potestatem in regno spirituali. Ollentur ergo Principes se regiam potestatem non habere tantum institutione humana, & ab hominibus, sed à Deo, & attributam esse populo à Christo potestatem non quidem eligendi sibi regem, quandoquidem hanc habent iure communigenitum, & natura, sed aliam potestatem præter hanc, scilicet eligendi sibi Vicarium Christi. Itemque non esse liberum populo conferre hanc potestatem persona distinetur à Rege, sicuti est liberum impetrari potestacia ciuilem pluriib[us] optimatibus, sed institutione Christi haberi, quod conseratur ab ipso eisdem, quibus conseratur potestas temporalis: quod sane ex Scripturis nullo modo probare possunt, sicuti bene probatur esse institutionem a Christo regimenti spirituali & Patto C regni spiritualium absque connexione necessaria cum regno temporali; ut videlicet idem sit Rex Tis; quidquid sit de controv[er]tia illa, an hic rector spiritualium, qui est Poutifex, & non Rex omnium regnum, habeat tamen potestatem excellentia distinctam in regna.

D I S P U T A T I O XXVI.

An regnum Iudeorum hereditario iure pertineat ad Christum.

AC T E N Y S actum est de titulis regnandi, qui ratione persona & officij redemptoris Christi concurrent, proptereaque essent viuenteriales circa totum mundum; iam diligenter oportet de titulo peculiari fundato in origine sua secundum carnem quam inter Iudeos trahebat ex semine David, an, inquam, hinc habuerit ius ad regnum Iudeorum.

Prima sententia affirmat pertinuisse. Ita Arinac. lib. 4. de questionibus Armenorum, cap. 15. & 16. Ioan. Bacconis q. 9. prologi art. 2. conclus. 1. & questione 11. articulo 3. Idem indicare videatur Abulc[on] in cap. 21. Matth. Fundamenta sunt; quia beata Virgo descendebat ex familia David, & deficiente viro, feminina potest succedere, Num. 17. & 39. Addunt secundum loca Scripturae. Matth. 27. *Tu es rex Iudeorum*, annuit Christus: *Tu es deus*. Luc. 1. *Dabis ei Dominus Deus sedem David patris eius*. Ioh. 9. *Super solium David, & super regnum eius debet*. Iren. 1. 3. *Suscitabo David gerumen iustum, & regnabu rex*. Ioh. 11. *Benedic[us] qui zena in nomine Domini Rex Irael*. Mich. 5. *Et in Bethelem terra Iuda, &c. ex te enim orietur Dux, qui regat populum meum Isreal*.

Hac sententia fuit ipsi Indiis expectantibus regnum Messie temporale, & est aperiit falsa; ac primum est, de facto Christus non regnasse in regno

Iudeorum, regnabant enim, eo viuente, alij extermi, A ino fugile.

Restat solùm, vt ostendamus, neque ius ad illud regnum habuisse, id verò primum habetur ex letem. cap.22. vbi Iechonias in peccatorum pénam priuataria successione regni per viuenter pollicitatem. Dicitur enim de Iechonia: *Qui re abselli sunt ipse, & semen eius. Et Iatim: Scire vorum sicut stilem, utrum, quin diebus suis non prospersabunt; nec enim eis de semine eius, qui se deat super felicem David, & postea latem habebit ultra in Iuda. Hic modus loquendi, scilicet esse obiectum semen eius, &c. perspicue significat non solùm factum, verum etiam iure regnandi priuatae à Deo eius postulatam. Hoc ipsum notat Ambrosius, in Lue. cap.i. dicens: *Qui Iachin in regnum libris dicunt, Iechonias à Ierem. est normanus, &c. Et Iatim: Eo enim regnante Babylonis Indem, vastauerunt regne postea in quam desime eius in genum quisquam in Iudea potuit obtinere. Hic locus Ambrosii, sicut & Ieremias comprehendit cùm Christum, quem Atmatanus agnoscit, ut scimus regnum Iechoniam: nec potest intelligi Ambrosius de potentia virum, nam Christus Psalm. 21. dicitur: *Dominus fons, & potens Dominus, potens in pecto. accipitur ergo de potentia iuris: non ergo ius habuit Christus à progenitoribus regnandi in Iudea. August. in iii. P.alm. 72. agnoscit duas personas vocatas David, scilicet Christum, & progenitorum eius filium Ioseph, & utrunque regem. Ceterum regnum generis David defecile, solumque regnum posterioris David, id est, Christi, suppetites esse. Ex his duobus regnis necesse est de mente Augustini, unum esse in quo regnauit David, cuiusque posteri, non autem Christus; & hoc est temporale, quod defecit. Alterum in quo regnauit solus Christus, non autem David, nisi quatenus est typus Christi, & quatenus Christus est aliud eius secundum carnem. Idem l. b. 10. Lue. cap. 7. de Saul loquens sic ait: *Populi Irael personam figurare crebat homo iste; qui populus regnum fuerat angustus. Christus Iesu Domino nostro per novum Testamentum non carnaliter, sed spiritualiter regnauit. Balaam, ut refert in extrema aera sancti Thomae in cap. 1. Non, inquit, in materiali fide David Dominus sedebit, translatu Indaco regno ad Horedem. sed sedem appellat David, in qua refert Dominus indissoluble regnum. Hilar. in Ps. 1. 18. versu. 1. Hamkati sumus usquequam Domine, de David loquens sic habefit. Erant causa in eo plures superiordi, probab: infelicitate causau nobilitatis ex India, & in primo potest in benedictioni regia inchoata: & manus enim aliquando in David tribu regis potestis familia, ex qua secundum earem rex aeternus emerit. Nota particulari, aliquandiu; idem habet Beda in cap. 1. Luce.****

Itaque in Iechonia finem accepit regnum Iuda, deinceps autem dominatio, & scepterum non amplius in regibus, sed in sacerdotibus fuit, scilicet Machabaeis usque ad Christum: atque hac ratione impleta est propheta Jacob Genet. 49. *Non infernet scepterum de Iuda, & dux de famore eius donec veniat, qui sustendus est. Dux, inquit, non rex. Etenim Machabaei ex David, & Iuda per matrem lineam non descendebant; ideoque non iure hereditario imperabant, sed electione populi, ut habetur i. Machab. cap. 14. vbi defetur imperium Simoni Machabaei, dux, inquit Scriptura, *sors propheta fidelis. Nimirum non qui regnet, sed qui declarat voluntatem Dei circa regnum Iudea. Quod si per id tempus non defuerit regnum Iudea. Certe Machabaei non quidem legirimi Dices, verum Tyranni fuissent, quod de summis viris non est sentendum. Nihilominus secundum lineam somministran Machabaei descendebant ex Iuda; & propriece impletum est vaticinium Jacob, quod usque ad Christi aduentum non auferre-**

tur scepterum à Iuda. Neque obstat quod Num. 21. prohibuit facit filii Israël docere uxores de altera tribu; nam id solum locum habebat, quando ob defectum masculorum immicabat periculum translationis honorum ab una tribu ad aliam, qua confundenderentur hereditates; hæc enim sola tatio eius legis eo capite subicitur, quod etiam notat S. Thomas 1. 2. q. 10. art. 2. ad 2. quin etiam ibidem innititur, clemente co periculo, liberam fuisse viris mulieribus que coniugium inire cum quibus vellet, quod etiam via veniale, constat ex Scripturis. Paralip. 22. foror regis Iudea nupit Ioiadæ Pontifici de tribu Levi; Michel de tribu Benjamin Davidi de tribu Iuda, & in vinculum in tribu Levi nullum erat periculum traslationis hereditatis per coniugium ad alienam tributum, quandoquidem hoc tribus nullum extra alias hereditates habebat, siquidem liberiora erant coniugia cum alienis tribubus, ut S. Th. affirmat in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. questione 4. vlt. ad 4.

Quomodo verò terminatum sit regnum in Iechonia cum Deus promisit David fore aeternum regnum eius Psl. 88. *Juravi David seru meo, utque in aeternum preparabo semen tuum. dicendum est si agatur de regno temporali quod actum regnandi non habuisse locum secundum regiam dignitatem ultra Iechoniam, nec secundum ficeretate imperium ultra Machabaeos. Si verò de regno spirituali, iam satis explicatum est, quomodo regnet in aeternum David, ut docet Hieron. in cap. 2. Ierem. & in illud Ezech. 21. *Aster cydias sole coronam, dove venias cum efi indicum, & tradam ei.**

Sed obiecti potest Athanasius, in sermone de Beata Virgine, post medium, vbi explicans de Iuda illud Psalmi 109. *Dixi Dominus Domino meo, Ecce sic habet: Accipe haec verba thronum David corporaliter ex ratione prosperitatis, qua Pater illi David fuit. Similiter Epiphanius berbi usq[ue] non contendit, res ipsa carnaliter impletum esse, ut Christus sedetur in sede David, quia ipse erat de stirpe illius. Respondeo, hos Patres nihil docere contrarium his, quæ sunt dicta, & in verbo carnaliter, & corporaliter non intelligere actum dominacionis emulsi temporalis, neque ius regnandi hoc modo in Index, potius quam in toto oboe fundatum in iure sanguinis Davidicis; sed intelligere regnum spirituale Christi, quod quidem dicitur regnum David carnaliter, seu corporaliter non iure sucessionis, secundum sauginem, sed iure promissionis, quia promissum est Davidi, ut Christus rex spiritualis, qui potuerit quocunque alio ex genere nasci, nascetur ut ex David, hieratique insignis hæc gratia Davidi Dei amico, ut per fenum suum Christum regnaret in aeternum. Et hoc etiam est accepisse regnum ratione prosperitatis, scilicet virtute singularis promissionis facta huius profopria.*

Restat iam, ut satisfaciamus fundamentis contradictionis sententiæ. Ac præcipue quod ait, pertinuisse regnum Iudeorum ad Christum iure filiarum Salpahat Num. 27. vbi habetur responsum diuinum, quod mulieres, deficientibus viris, sint capaces hereditatis, hic non habet locum. Primum enim, quāuis confitet, Beatam Virginem ex stirpe regia Davidis descendere, non tamè constat defuisse alios, ex eadē stirpe, ad quos hereditarii hoc regni ius potius pertinet; quinimmo contrarii est vero similius, præsternit quia B. Virgo ex Davide non per Salomonem, sed per Nathan descendit, ut est communis sententia. Verum quidem est, Josephum à David per Salomonem descendisse, nihilominus non constat habuisse in ea linea prærogativum prætogeniti, & si habuit adoptationem Christum, quem neque poenit adoptare absque præiudicio aliorum regie stippis. Demum quies-

quid sit de hac prærogativa primogeniture tam Iosephi, quam B. Virginis; certe oblatas quod dictum est de fine regni Iudaici in Ierusalem, Ian de Scripturis, quibus vtitur haec sententia ad probandum ius Christi in regnum Iudeorum, nihil remanet dicendum, satis enim haecen declaratum est, quem sensum continet.

Q V A E S T I O N E XXIII.

De adoptione Christi.

ARTICULUS I.

Vtrum Deo conueniat filios adoptare.

Ad primum sic procedatur. Videatur quod Deo non conueniat filios adoptare. Nullus enim adoptat nisi extraneum personam in filium: secundum quod Iuris dicitur. Sed nulla persona est extranea a Deo, qui est omnium creator. Ergo videtur quod Deo non conueniat adoptare.

2. Praeterea, Adoptio ut leuit esse introducta in defectionem filiationis naturalis, Sed in Deo inveniuntur naturalis filii: ut in prima parte habuum est. Ergo non conuenit Deo filios adoptare.

3. Praeterea, Ad hoc aliquis adoptatur, ut in hereditate adoptantis succedat. Sed in hereditate Dei non videatur aliquis posse succedere: quia ipsa nonnulli decedunt. Ergo Deo non conuenit adoptare.

Sed contra est, quod dicitur Ep. 1. Prædestinatus nos in adoptionem filiorum Dei. Sed prædestinatio Iesu non est irrita. Ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

Responde dicendum, quod aliquis homo adoptat alium sibi in filium in quantum ex sua bonitate admittit ad participationem sui hereditatis. Deus autem est infinita bona: ita ex qua contingit quod ad participationem bonorum suorum suas creaturas admittit. Et praecipue rationales creature: quia in quantum sunt ad imaginem Dei facte, sunt capaces beatitudinis divinae. Quia quoniam consistit in fratre Deper quod etiam ipse Deus beatus est, & per seipsum duces in quantum scilicet seipsum fruuntur. Hoc autem dicunt heretici, dicimus, ex quo ipse est diues. Et ideo in quantum Deum ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinem hereditatem dicunt eis adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio divina quam humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratias munus ad hereditatem eadem precepit. Homo autem non facit idoneum cum, quem adoptat, sed prius cum idoneum eligit adoptando.

Ad primum ergo dicendum, quod homo in sua natura consideratus, non est extraneus a Deo, quoniam ad bona natura, quae recipiunt rationem extranei, quoniam ad bona gratia & gloria. & secundum hoc adoptatur.

Ad secundum dicendum, quod hominis est operari ad suppletandam suam indigentiam: non autem Dei, cui convenit operari ad communicandam sua perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per alium creationis communicatur bona divina omnibus creaturis, secundum quoniam similitudinem, non per alium adoptantis communicatur similiudo naturalis filiationis hominibus, secundum illud Rom. 8. Quos prestat confitimus fieri imaginis Filii sui.

Ad tertium dicendum, quod bona spiritualia & corporalia a pluribus possident, non autem bona corporalia. Et ideo hereditatem corporalem nullum potest percipere nisi fuerit deinde: hereditatem autem spirituali, sicut omnes ex integris accipiunt sine derisione Patri, super visum. Quoniam postea dicit quod Dei dedit. Secundum quod est in aliis per fidem, & in eius in nobis est per speciem spiritus glossa dicit Rom. 8. super illud. Si filii, & heredes.

S V P P O N I T lanctus Th. constitutum, legimus

que receptissimam apud homines adoptandi aliquem in filium, definitaque quid sit adoptare; numerum et admittere alium ex bonitate ad participationem sue hereditatis. Vbi admissio est genus communis homini participatione hereditatis determinat genus ad aliquid, quod conuenit tantum filius, quoniam enim aliquando succedunt fratres, vel alij consanguines succedunt tamen inter filiationis, quia descendunt a communione scriptae, unde habent quoniam in consanguinitate eius, cui succedunt. Ceterum participatio ipsa hereditatis in hac definitione costrahitur ad filios adoptatos diligenter a naturalibus duplice termino: primo admissio naturales enim succedunt inter suo genitura, dum non excludentur. Secundum consequens est, admissi ex bonitate, id est, non iure genitura ad id, quod est tantum filiorum, scilicet participationem hereditatis, quod est de extraneis, & non filiis facere filios, numerum facere filios adoptatos. Omnes hi termini requiriuntur, & sunt fatis ad definitionem quod auctio qui adoptantur sint extranei, est quidem requisitum, sed superflue addetur in definitionem, etiam tamen tatis est primitur.

Ex his conclusio sancti Thomae est: Deo conuenit filios adoptare. Probat. Deus habet hereditatem, ad cuius participationem admittit eternitas rationales ex sua bonitate: ergo Deo conuenit filios adoptare. Probat singulas partes. Primum quod habet bona, quia non habent tantum communem rationem boni, sed nominatum talis, scilicet hereditatis; hoc modo hereditas aliquis dicitur id, ex quo ipse est diues, & felix, quoniam potest alii communicari; sed Deus habet unde tri diues, & felix, scilicet si uitium suum sufficiat; & haec potest communicari creaturis rationibus, quia sunt capaces illius; ergo habet hereditatem. Secunda pars, quod de facto admittat, supponitur ut certa de fide. Tertia pars, quod hoc fiat ex Dei bonitate, duo affluit. Primum quod sit in Deo tantum bonitas, idque probat ex infinitate bonitatis illius. Secundum quod ex hac tantum admittat, non quidem ad excluding merita, sed ad excluding ius generationis naturalis, quod sit debita hereditas per se solo ipso iure generationis, & hoc per se ex instituto hoc excluding. Aliunde vero, & huius etiam hic, ipso nomine bonitatis supponitur exclusum ius a creaturis rationalibus ad hoc, ut debeat admissi ad merendam gloriam, & ad hoc, ut debeat id, unde possint mereri, scilicet gratia, & deum ad hoc, ut debeat gloria supra condignum: si enim haberent hoc triplices ius, præterim primum, & secundum, gloria non habet rationem hereditatis, respectu creaturarum rationalium magis quam habeant, bona cuiuscumque diutius data in premium pecunia, vel incerdem laborum alterius: & hoc modo intelligitur distinctionis, quoniam tradidit sanctus Thomas, inter adoptionem dignam & humnam: conuenient enim in hoc, quod utique requirat personam idoneam ad hereditatem, tamen non habentem ius ad illam. Ceterum adoptio humana non facit idoneum, sed eligit aliunde idoneum, cuiusque gratia, & beneficium excludingens ius, & iustitiam consistit in ipsa electione, seu collatione hereditatis: diuina vero facit, & eligit quem faciat idoneum, & in hoc consistit eius gratia, excludingens ius, & iustitiam: in collatione vero bequia, seu in electione, propter electione significat executionem, ut admittendi personam idoneam per merita, ad gloriam, intercudit justitia, & ius non genitura, sed meritum.

Observandum est hic duplicitem capacitatem spiritus. Etiam potest in creaturis rationalibus ad hanc hereditatem, veniam obdientiam passim, quae consistit in negatione repugnantia, significat enim ipsam naturam, facultatemque positivam, quatenus non reputatur.

gnat sibi eleuati, & assimi ad hanc hereditatem, per quam creature rationales ab irrationalibus distinguuntur. Alteram naturalem, seu connaturalem huic hereditati, quæ consistit in esse positivo, estque gratia cum suis habitibus. Utique est opus Dei, & creature secundum varianciam est producta a Deo; sed secundum priorem non habet filiationem villam propriæ, non eum naturalem, quia per creationem non accipit naturam, cuiusdem speciei cum diuina, cum negat multiplicari, aut cande numero, que vni soli verbo per generationem communicatur, ac proinde solus ipse est filius naturalis: sed neque adoptiuam, quia sola capacitas non repugnat, non dat ius ad hereditatem apud homines, multo minus apud Deum. Tribuit utrum ipsi impropter nomen filiationis ratione communissima, qua auctor, & principiū aliquius tecum dicitur patet; Gen. 4. de Iubal dicitur, *Ipsè fuit pater caneniorum cibarum, & organorum rationis particularium, quia omnes creature secundum varios gradus participant ipsorum esse diuinum, & sunt condite ad similitudinem Dei;* homo vero præterea etiam ad imaginem Dei, pertinetque hac latior filiatione ad naturam. Job 38. *Quis est filius tuus?* secundum posteriorem verò potentiam habet filiationem adoptiuam, non verò naturalem, ita, quia per hanc habet capacitem supernaturalem hereditatis supernaturalem, quæ soli Deo, nulli verò creature, potest esse connaturalis, id est omnis creatura, quæ per esse creatum non est extranea à Deo, vt auctore nature, est extranea à Deo, vt prædicto hac hereditate, & non potest fieri non extranea; quandoquidem gratia, & gloria hoc ipso quod est ordinis supernaturalis non potest fieri connaturalis illi creaturæ, vt habetur ex S. Thomas *ad primum.* Hinc enim sequuntur duo. Primum est, quod hoc filio per se, & in se sit adoptiuam, quandoquidem est filio, vt offensum est, & non est naturalis. Secundum est, vt quoad modum constituendi illam sit similis filiationi naturali, quia inter homines constituantur filii naturales, non verò qua constituantur adoptiuam, quia non sit per delegationem extrinsecum, vt humana, sed per veram actionem, & productionem formæ realis, quia constituantur filii. Sic Aug. lib. 3. contra Faust. Manch. circa medium, *Iste (inquit) modus, quo nos Dei, cum iam effemini ab ipso non nati, sed condisi, & insitius, verbo suo, & gratia sua generis, ut filii effemini, adopti vocatur.* Et hac ratione dicitur Ioan. 1. *Dedit eis pater isti filios Dei fieri;* nimis per fidem viuum. Ad Rom. 8. *Acepisti spiritum adoptionis filiorum.* Ad Ephes. 1. *Prædestinatus nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.* Demum iustificati dicuntur nati ex Deo, 1. Petri. 1. ad Tum. 3. Quem modum loquendi Scriptura, præscribit. Ioan. 1. apostoli ad ea, quæ dicta sunt, exprelit Augustinus epist. 120. ad Honoratum cap. 4. *Hec, inquit, nativitas spirituale tantum est, ideo non ex sanguinibus, &c. sed ex Deo.* Hac etiam adoptio vocatur, eramus enim aliquando, antequam effemini filii Dei, & acceptimus beneficium, vt fieremus quod non eramus, sicut qui est adoptatus, antequam adoptatus, nondum erat filius eius, & quo adoptatus tamen erat qui adoptaretur.

ARTICVLVS II.

Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.

Ad secundum sic proceditur. Videlicet, quod adoptare non conueniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in diuinis ad similiudinem rerum humanarum. Sed in rebus humanis filii illi conuenit adoptare, qui potest filios generare: quod in diuinis conuenit sibi Patri. Ergo in diuinis sibi Pater potest adoptare.

2. **Praeterea,** *Illi conuenit per adoptionem efficiuntur frères Christi secundum illud Rom. 8. Vt ipse primogenitus in multis fratribus. Frates autem dicuntur, qui sunt filii unius parentis.* Vnde & Dominus dicit Ioan. 20. *Affendo ad patrem meum, & patrem vestrum.* Ergo solus pater Christi habet filios adoptivos.

3. **Praeterea,** Galat. 4. dicitur, *Misit Deus filium suum, ut adoptemus filium Dei recipemusque: quoniam autem filii filii Dei, misit Deus filium suum Filium in corda vestra, clamans, Abba, pater.* Ergo eius est adoptare, cuius est Filium, & Spiritus sanctum habere. Sed hoc est filius persona latitu. Ergo adoptare conuenit sibi persona Patri.

Sed contra, eius est adoptare nos in filios, quem nos patrem possumus nominare, unde dicitur Rom. 8. *Acepisti spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.* Sed cum Deo dicimus, Pater noster, hoc pertinet ad iordanem Trinitatem: sicut & caeca nomina, que dicuntur de Deo relativae ad creaturam, ut in prima parte habuimus est. Ergo adoptare conuenit toti Trinitati.

Responde dicendum, quod haec est differentia inter filium Dei adoptiuam & naturalem quid filius Dei naturalis est genitus, non factus; filium autem adoptiuum est factus, secundum illud Ioan. 1. *Dedit eis patrem consilium Dei fieri.* Dicitur tamen quodcumque filium adoptans esse genuis proper spiritum regenerantemque est gratia, non naturalis, unde dicitur Jacob. 1. *Voluntarii genui nos Verbo veritatis.* Quoniam autem generate in diuinis si propriam persone Patri, tamen facere quemque effectum in creaturis, est communis toti Trinitati, ut patet in diversis naturis: quia ubi est una natura, operari quod sit una virtus, & una operatio, unde Dominus dicit Joann. 5. *Quicunque Pater facit huc, & filius similiter facit.* Et ideo adoptare bonum in filiis Dei, conuenit tuis Trinitati.

Ad primum ergo dicendum, quod omnes persone humanae non sunt unius naturæ secundum numerum, ut operis & voluntatis omnium operationem tantum, & omnium effectum sicut accedit in diuinis. Et ideo quodcumque ad hoc, non potius attendi similius verobio.

Ad secundum dicendum, quod nos per adoptionem efficiuntur frères Christi, quasi eundem patrem habentes cum ipso: qui tamen uno modo est pater Christi, & alio modo est pater noster. Vnde signatur Dominus Ioan. 10. *Scorsum dixi, Patrem meum;* & scorsum dixi, Patrem vestrum: est enim pater Christi naturaliter generando: quod est proprium sibi. Est autem pater noster voluntarie aliquis concordando, quod est communis sibi, & Filio, & Spiritui sancto. Et ideo Christus non est filius vestris Trinitatis, sicut nos.

Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est, filiatio adoptiva est quadam similitudine filiationis aeterna: sicut omnia, quia in tempore facta sunt, similitudines quedam sunt eorum, que ab aeterno sunt. Assimilatur autem homo splendori aeterni filii, per gratia claritatem, que attribuitur spiritui sancto. Et ideo adoptio, licet sit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri ut auctori, Filiu ut exemplari, Spiritui sancto, ut imprimenti in nobis huius similitudinem exemplaris.

CONCLVSIQ; EST, conuenire toti Trinitati. Probatur. Actio diuina habens effectum in creaturis est communis toti Trinitati: sed adoptio est actio diuina habens effectum in creaturis, scilicet gratiam, ut dictum est articulo superiori; ergo est communis toti Trinitati.

ARTICVLVS III.

Vtrum adoptari sit proprium rationalis creaturæ.

Ad tertium sic proceditur. Videlicet quod adoptari non sit proprium rationalis creatura. Non enim dicitur Deus

Dens pater creatura rationalis, nisi per adoptionem. Dicuntur autem pater creatura etiam irrationalis; secundum illud Job 3. quod est plenus pater, & filius ratio qui genuit. Ergo ad optionem est proprium rationalis creature.

2. Praeterea, Per adoptionem dicuntur aliqui filii Dei. Sed esse filios Dei, in Scriptura proprie induantur sancti Angelus, secundum illud Job 1. Quodam autem die cum assisterent filii Discor. in Domino. Ergo non est proprium creatura rationalis adoptari.

3. Praeterea, Quod est proprium alii naturae, conuenit omnibus habentibus naturam illam sicut, visibili conuenit omnibus hominibus. Sed adoptari non conuenit omni rationali creature. Ergo adoptari non est proprium rationalis creature.

Sed contra est, quod filii adoptati sunt heredes Dei, ut patet Rom. 8. Sed talis hereditas conuenit solum rationali creature. Ergo proprium est creature rationalis adoptari.

Repondeo dicendum, quod sicci dictum est, filio adoptionis quod quedam similitudine filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit a Pare, ut Verbum embebatur, utrum cum ipso Pare existens. Hunc ergo Verbo tripliciter potest aliquid affirmari. Uno quidem modo, secundum rationem formae, non autem secundum intellectum, uten sit ipsius sicut forma domus exterioris constituta assimilatur verbo mentali articulo, secundum speciem forme, non autem secundum intelligibilitatem, quia forma domus in materia non est intelligibilis, sicut erat in mente articuli. Et hoc modo Verbo aeterno affinitatem qualibet creature rationis sit facta per verbum. Secundo modo affinitatem creature Verbo, non solum quantum ad rationem formae, sed etiam quantum ad intellectum, uten sit ipsius: sicut etiam scientia, quia sit in mente discipuli, assimilatur verbo, quod est in mente magistri. Et hoc modo creatura rationalis etiam secundum suam naturam affinitatem verbo Dei. Tertio modo affinitatem creaturae verbo Dei aeterno, secundum rationem, quam habet ad Patrem, quod quidem sit per gratiam, & charitatem: unde Dominus ora. Ioh. 17. Sicut enim in nobis Christus & nos unum sumus. Et talis assimilatio perfecta rationem adoptionis, quia sic affinitatis debent hereditatis eterna. Unde manifestum est, quod adoptari conuenit solum creature rationali, non tamen omni, sed solum habentem charitatem, que est diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum. ut dicitur Rom. 5. Et ideo Rom. 8. Spiritum sanctum docuit spiritum adoptionis filiorum.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus dicitur pater creaturae irrationalis, non proprio per adoptionem, sed per creationem, secundum primam participationem similitudinis.

A secundum dicendum, quod Angelii dicuntur filii Dei, filiatione adoptionis: non quia ipsi primo conuenient, sed quia ipsi primo adoptionem filiorum receperint.

Ad tertium dicendum, quod adoptio non est proprium con sequens naturam, sed consequens gratiam, cuius natura rationalis est capax. Et ideo non oportet quod omnis rationalis creature conuenient, sed quia omnis rationalis creature sit capax adoptionis.

NOTANDUM est ad optionem inter alias conditiones maximè requiri ex parte subiecti adoptati, quod sit idoneum ad hereditatem, & quod habeat similitudinem cum adoptante, "ob eam rationem, quod filio adoptio sit similitudo naturalis. Nam quod idonea sit rationalis creature ad hereditatem per gratiam, ostensum est art. 1, quod utrum sit similis similitudine non quacunque, sed constitutio filius adoptivus, probat argumento duco ab ead. in charitate. Cum enim triplex sit similitudo creature rationalis cum Verbo, vna secundum rationem formae, & idem, que est communis omnibus creaturis, etiam irrationalibus; altera secundum esse intellectu, & materiali, quod est communis omnibus, & solis creaturis rationalibus. Tertia secundum unitatem, seu unitatem cum Deo secundum esse unitatem naturalis, que invenit inter filium Dei naturalem, & patrem per unitatem naturam, inter creaturam vero

& Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum per charitatem inseparabilem, hanc est propria non omnis creatura rationalis, sed solum eius, quae praedita est charitate, caque est summa similitudo, que dari posset inter creaturam rationalem, & filium Dei, ac Deum ipsum, sicut prout propterea est creature rationalis habentis charitatem adoptari.

Vbi aduertere oportet titulum articuli non esse intelligendum de capacitate adoptionis, nam haec conuenit etiam non habentem charitatem, ut docet ad 3. sed de ipsa adoptione existente in re. Atque hanc adoptionem fundatam in similitudine bene expressit August. lib. 3. consil. 1. tractans illud Apof. ad Gas. lat. 4. Cum autem venit plenius tempus, misit Deus filium suum, &c. ut adoptionem suam acceptemus, his verbis, Hoc igitur adoptio quam sacramentum fui, his, atque knissimodis testimoniis, sensu apparet. Vnicum enim filium Deum habet, quem genit us subtilitas suade quo dicitur: cito in forma Dei es, &c. Nascentem non de subtilitate sua, sed genit, vestra enim sumus, quam nongenerat, sed fecit. & ideo ut fratres Christi secundum modum nostrum facerent adoptionem.

DISPUTATIO XXVII.

Quoniam rationales creature proprie dicantur
adoptari.

C **D**EBIVM esse potest primò de his, qui ex sententiā sancti Thomae, & nostrorum recepterunt gratiam exprimitur Christi, quae sunt Angeli. Deinde vbi data est gratia ex meritis Christi, dubium est primò de hominibus iustis, qui precesserunt aduentum eius; deinde de reprobis pro eo tempore, quia sunt in gratia, ac de predestinatis pro eo tempore, quia sunt extra gratiam.

Primū vero, quod attinet ad Angelos, non est controvergia, nec dubitandum quin sint filii adoptati, ut hoc loquitur S. Thom. art. 3. ad 2. & constat ex ipsa definitione adoptionis, cuiusque explicacione, quæ quidem omnino, atque integrè conuenit ipsi. Sunt enim admissi ad participationem hereditatis Dei ex bonitate, & non inter generationis, & productionis:

D & quanvis nomen hoc filiationis adoptiva non tribuitur ipsis in Scripturis, tribuitur tamen nomen filij Job 1. & 2. quod quidem non potest intelligi secundum latiorem acceptiōnē, fundatam solum in creatione, ob quam tribuitur omnibus creaturis, ut supra notauimus ex cap. 38. Job; neque solum secundum acceptiōnē communem omnibus creaturis intelligentibus, & solis fundatam in ratione imaginis; nam cap. 1. Job distinguuntur Angeli à demonibus per filiationem, dicitur cuim, Cum venient filii Dei, ut scilicet etiam Domini, efficiunt inter eos etiam Satan, qui quidem est imago Dei, ut Angeli. Tribuitur ergo nomen filij Angelis ob aliam rationem, quia non conuenit demonibus, que sunt alia non est nisi participatione hereditatis divinae, id est, glorie per gratiam. Quod autem filiatione hoc sit adoptiva, habetur ex cap. 1. ad Hebre, vbi negatur ipsi nomen filii, non quidem absolute, & universali, sed nominativi illud, quod tribuitur filio naturali unigenito Dei; his verbis, cui enim Angelorum dixi, alequando: Filius meus es, ego te dico genit u te, &c. Ego ero ulli in parentem, &c. Hinc dicitur Mat. 18. Angeli videre semper faciem Dei, qui visio est hereditatis, & homines futuros filios Angelis Mat. 21. Scio Chrysostom. hom. 22. vi Gen. dixerit, nesciamus in Scripturis Angelos vocatos filios Dei, quod quidem qua ratione dixerit, non dispono. Inscriptum est, non negaturum Chrysostomum

mum, que iam dicta sunt ex Scripturis, & Athan.^{erat.}
2. contra Arianos, ait, filiationem adoptivam etiam Angelis conuenire.

Quod secundum de hominibus iustis, qui fuerunt ante Christum, est sententia quorundam negantium ipsius propriam filiorum adoptionem, solùmque tributentium minus propriam, minus plenam, & imperfectiorem. Ita Aleni. 3.p. 9.10. mem. 6.4.5. dicens, illos fuisse filios adoptivos in potentia, non in effectu; quia non statim consequebantur hereditatem; statim vero consequi est proprium filii adoptivi. Idem habet Soto in 4.dif. 2. q.1. Bonau. in 3. dif. 10. p. 2. q. 2. Leo Cast. in comment. super c. 1. Isiae, in illa verba, *Filiis emurui, & exaltari.*

Videntur habere aliquod fundamentum in Scripturis ad Rom. 8. *Non accepisti spiritum servum iterum in timore, sed accepisti spiritum filiorum Dei;* vbi comparatur spiritus legis noue cum spiritu veteris, & opponitur hic illi, ut spiritus seruorum, non filiorum, spiritui filiorum. Secundò ad Roman. 4. dicitur, *Non enim per legem promissi Abraham, aut feminis eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidis: si enim quis ex lege, heredes fuit, ex inanitate est fides, abolita est promissio.* Cum ergo patres sint ex lege, sequitur non esse heredes, proinde nec filios adoptivos. Tertiò ad Galat. 4. dicitur, *Quando tempore heres parvulus est, nabil differt a seruo, cum sit dominus omnium;* & subiungit, *Ita & nos cum effemini parvuli sub elemosini, eramus seruientes; at ubi venit plenitude temporis, misericordia Dei filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut ei os, qui sub lege erant, redimerit, ut adoptionem filiorum reciparamur;* vbi Apost. docet, eos, qui praecesserunt Christum, fuisse seruos, & factos filios, non solum per Christum, verum post Christum, hanc enim vim habet illa particula, quando venit plenitude temporis. Quartò profecto Leo Castrensis, & alij, quoddam Pater, scilicet Chrysostom. hom. 14. in epist. ad Rom. in illud, *Non accepisti spiritum, &c. & hom. 13. in Iean. Cyrilus lib. t. in Iean. c. 14. Athan., de passione, & cruce Domini. Ambros. ad Galat. 4. in illud, Quoniam autem est filii Thesophalet. & OEcumen. in id Rom. 8. In quo clamamus, Abbatem. Theophylactem in id Iean. Quoniam non ex sanguinibus. Hi omnes docete videntur, Iudeos solo nomine dictos fuuisse filios Dei adoptivos, & exhibuisse figuram adoptionis iustorum noui Testamenti.*

Nihilominus certum est secundum fidem etiam iustos, qui praecesserunt aduentum Christi, vniuersos fuisse filios adoptivos, non alio modo, nec minus, quam iusti, qui secuti sunt Christum, quod ad substantiam adoptionis pertineat, et si quod plerique alias bona perfectior, pleniorque fuerit adoptio iustorum post Christum, quod solum respexisse videntur auctores citati pro contraria sententia. Probatum primum, quia adoptio per se secundum substantiam constituitur per ius ad divinam hereditatem acquisitionem ex bonitate Dei admittentis hominem ad illam, ut supra ostensum est: maior verò, minörque mora obtinendi, adeundique recipia hereditatem, non variat, nec detrahit quicquam de substantia iuris huius, ut perspicuum est cum ratione ipsa, tum vero exemplis in humanis, unde hac notio adoptionis sumpta est.

Quidam recentiores probant idem his Scripturarum locis, scilicet Exod. 4. *Filius meus primogenitus Israel;* Isaiae 1. *Filios emurui, & exaltari.* Matth. 15. *Non est bonum famere panes filiorum, & dare canibes.* Sed haec & similia loca comprehendunt tam iustos, quam iniustos, qui non sunt filii adoptivi: quinimo solis iniustis tribuitur interdum nomen filii. Match. 8. *Fili autem regni eiuscunus in tenebris exterioris;* & Isaiae 1. cito, quare non est sermo de iis, qui sunt filii ratione adoptionis,

sed alia communiori ratione generis, ut Israëlitæ, vel fidei, ut filii regni.

Quidam centent, optimum locum esse ad Rom. 9. vbi de Israëlitis dicitur: *Quorum adoptio est filiorum;* sed nece hic locus procedit de adoptione propriæ, strièque sumpta, qua consistit in iustificatione, fed de alia latiori, qua consistit in speciali electione generis Iudeorum pro aliis gentibus, & nationibus ad cultum Dei sanctum, & institutum legibus, ceremoniis, & ritibus à Deo traditis. Ita intelligunt hunc locū Patriæ; Lyra, & Gloss. interliniataū dicit a. Apost. *Quorum adoptio est filiorum;* quia populus ille specialiter dicitur est filius Dei filius meus primogenitus Israel. Anselmus idem dicitur generatione sumit, iuxta illud Isaiae 1. *Filios emurui,* & subdit, *Quorum gloria est, ut de cunctis gentibus eligantur in peculiarē populum Dei.* Ambrosius ibidem, quia olim, inquit, *filiis adoptatis affectum & gratiam Dei Patria irripiam habuerunt;* Origenes ibidem, *Adoptatis enim sunt filii Israel à Deo, sicut cum dividetur Alius genit. & disperderet filios Adae.* Idem sensus est Hieronymi, qui ad confirmationem hunc locum profecti illud Exodi 4. *Filius meus primogenitus Israel.* Et S. Proclus in epist. de rebus fidei ad Armenios, tom. 3. Biblio. 1.

Proprium ergo, & potissimum fundatum est, quod sumitur ex regeneratione, & iustificatione, in qua per se consistit adoptio. Ut autem intelligatur, quemadmodum ex differentiis, quæ existunt inter adoptionem iustorum noue, veterisque legis, non sit assignare villam penes substantiam adoptionis, prout de illa loquuntur in presenti; obseruandum est, legem veterem secundum se, & secundum omnia, quæ ad ipsam per se pertinent, quaque exhibebat iustificatione diuina ad cultum Dei, non continuo veram sanctitudinem, & iustitiam, sed solum umbram, & figuram veræ iustitiae, ut sapientia doceat Apost. Homines autem illius legis non fuisse exclusos à vera iustitia, quia iustificarentur coram Deo, verum hanc non obtinuisse meritum illius legis, & quatenus ad illam pertinebant, sed meritum legis noue, atque ad hanc, quatenus iusti, pertinebant, ut docet Aug. epist. 10. ad Honor. c. 1. & 5. & laius 6. & lib. 3. coni. duas epist. Ped. c. 4.

Porr̄d nomen hereditatis diuinæ tribuitur propriæ, & simpliciter beatitudini æternæ, sicut nomen iustitiae, & iustificationis simpliciter tribuitur veræ iustitiae, per quam ordinatur ad vitam æternam: nihil minus etiam illa lex, & populus, ut erat sub illa, dicti sunt hereditates Dei. Isaiae 19. *Hereditas mea Israel.* Iocel. 1. *Non dei hereditatem tuam in approbatione, & sapientia in Psalmis, & Prophetis sic nominatur.* Attributum est etiam nomen sanctificationis, & iustitiae illi legali Exod. 19. num. 11. in epist. ad Rom. & psalmum in Scripturis. Cum vero admisso ad hereditatem, & sanctitatem ex bonitate, & liberalitate sit adoptio, & Deus elegerit populum Israel præ aliis ad illam; certè eo sensu, & ratione, qua tribuitur illi legi, & testamento nomen sanctitatis, & hereditatis, saltem analogice, & imperfekte, tribuitur & nomen adoptionis, & filiationis adoptionis; & hoc nomen applicatur in Scripturis supra citatis, & de hac imperfectorie adoptione loquitur Apost. loc. cit. ad Rom. 8. vt bene nota Tolle. lib. & probauimus ex Patribus, non autem de perfectiore, ut volunt recentiores.

Rursus autem in adoptiva filiatione duo spectare possumus. Primum ius ad hereditatem. Secundò proprietatem filialem, quæ secundum suam propriam notionem opposuit seruituti, & denotat libertatem, ut sapientia docet Apollonus ad Rom. 8. *Non accepisti spiritum servum iterum in timore, sed accepisti spiritum adoptionis filiorum,* ad Galat. 4. & 5. At pro ratione libertatis estimatur adoptio, ut talis, tanquam sit, qualis & quanta est libertas, & immunitas à seruitute. Cum vero

verò variis modis accipiatur seruitus, præfertim in politicis, in re tanci proposita intelligitur ea, qua quis subiact peccato, vel quoad culpam, & penam, vel quoad pœnam tantum. Et prior quidem excludit omnino adoptionem, ut non quidem prædestinatus conueniat, quandiu culpa subiacta, vt diceret infra: & Iom. 8. declaratur perpetuam exclusionem ab hereditate, & filiatione adoptionis fieri per peccatum. *Omnis, qui facit peccatum, seruum est peccatis;* seruum autem non manet in domo in aeternum: *seruum autem manus in aeternum;* ergo filium vos liberavit, verè liberi eritis. Posterior verò quoad pœnam non excludit omnino, & simpli- citer adoptionem, sed solum secundum quid, eaque est duplex. Altera, qua subiicit hominem seruitutem corporis, & sensus, à qua non est liberatus homo per Christum, vi dum vivit in mundo non prematur, subiaceat, & seruiat; de qua latè Apost. ad Rom. 7. sed solum per ipsam factum est, ut deposito corpore, & sensu non succedat aliqua alia maior calamitas, sed felicitas supernaturalis, quam diximus suprà esse here- ditatem: & haec tristitia ab hac seruitute ad gloriam ab Apostolo dicitur adopcio at Rom. 8. *Vaniat enim subiecta creatura est,* &c. *qui ipsa creatura liberabitur à seruante corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* notis, filiorum Dei, scimus enim, quod omnis creatura ingens, &c. & ipsi intra nos genuimus adoptionem filiorum Dei, expre- clantes: & adoptionem corporis nostræ. Sic Aug. lib. 3. contra duas epist. Pel. cap. 3. *Nunquid, inquit, non per Isaacum sanctum regnum, adoptionem, & redemptio sumus?* & tamen res istas regnum, adoptionem, & redemptio, quam in fine venturam nunc pauciori expectare debemus, ut tunc filii huic seculi ex nulli partem sumus.

Altera verò est, qua postquam fuerit homo spoliatus corpore per mortem, desceleritque ex hac vita, etiam sine culpa sua originali, sive actuali, prohibet aditu hereditatis æternæ, id est, beatitudine. Differet autem haec poena à poena debita in purgatorio, sive propter peccata venialia, sive propter refi- dum satisfactionis non expleta in hac vita, quod cum haec satisfactio fuerit explenda, & peccatum veniale expandendum, tam ante, quam post advenitum Christi, ramen antè vbi fuisse expleta sive in hac vita, sive in alia in purgatorio; per hoc non dabatur aditus gloriae, supererat enim ex peccato originali hæc pœna, quam nullus hominum porerat ex- piare, & tollere: nunc autem post Christum datur aditus. Secundò in lege nostra liberum est contrahere hoc debitum satisfaciendi, quia est effectus peccati actualis, itēmque postquam contractum fuerit, liberum est satisfacionem perficiere in hac vita, ut post ipsam ab illo obice statim pateretur aditus gloriae; neccutrum verò liberum erat ante Christum, quia pœna, & debitum satisfaciendi erat effectus peccati originalis aliena voluntate contratti, quod peccatum quoad hanc pœnam exclusionis ab ingressu cali non dum erat remissum, sed solum fuit remissum post Christum: ideoque iam derentio iustorum extra celum non habet rationem seruitutis, nec opponitur adoptioni, cum non sit lege communis constituta à Deo omnibus tamen in hac, quam in alia vita post mortem, etiam expleta satisfactione, ut veteribus ante Christum fuit, sed sit cuique voluntaria post mortem.

Hanc ergo seruitutem, qua aceret homines adi- tu hereditaris æternæ post mortem, sustulit Christus hominibus, & seculis ipso posterioribus, non autem prioribus: & propter eam seruitutem adoptionis illorum dicitur imperfecta, & minus plena: qua fuit mens Theologorum prima sententia conformis san-ctis Patribus, August. loco 1. Cyril. lib. 1. in Ioan. cap. 14. Theophylact. cap. 1. Ioan. atque in libro Sacrof-

labo de his antiquioribus dicitur: *Quorum adoptio non- dum in re, quam per mediatoris perceptionem adveniens, sed adhuc in specie seruitur occulto, habetque fundamentum in Apoli. 10c. et. ad Rom. 8. nece aliud significant loca citata pro contraria parte, præfertur ad Galat. 4. vbi parvulum, quo nomine intelligit Iudeos, vocat he- redem, & dominum omnium, id est, habemus ius ad bonam; & tamen ait, per id tempus, quo est parvulus, nihil distinet a seruo, & seruire; candem vocat filium Abrahæ; unde habet, quod sit ingenuus, & li- ber, & tamen non ex libera, sed ex ancilla, ut non sit utrinq[ue] liber, utrum habens inde conditionem ser- ualem: haec autem duo aliqui pugnantia vult Apost. conciliari, & vera esse secundum diuersitatem tem- potis, ut notat illa particula, *quando tempore heres par- vulus est;* & illa, *vixit ad prefissum tempus à patre;* & illa, *at ubi venit plenudo temporis;* ut scilicet quadam tempore sint filii liberi, & aliquo modo, & secun- dum aliquod serui: simul adoptivi, & aliquo modo, & secundum aliquid non adoptivi, non tantum negative, sed etiam positivè ad modum explicativa, quae est doctrina, quam hæcenus tradidimus.*

Aliis verò duobus locis citatis, scilicet ad Rom. 4. & 8. solum docet Apost. quid sit proprium legis veteris, quid nouæ: iustificatio enim est propriæ nouæ legis, & per consequens adoptio, qua constat iustificatione. Veteris autem legis est timor, itēmque figura iustificationis, &c. Proinde Patres antiqui, ut erant sub veteri lege, & ex veteri lege, habebant spiritum timoris, non verò filiorum.

Atque ex his etiam, & paulo superius dictis con- stat, quo sicuti Patres citati in quarto argumento di- xirini Iudeos solo nomine diulos fuisse filios adoptio- nis; nimis quia loquuntur de adoptione, & cooptatione ad formam illam colendi Deum tribu- tam Iudeis; aut certè quia quidam forte loquuntur de adoptione ad gloriam imperfectam iam explicata.

An omnes iusti, sive reprobri, sive prædestinati, sint filii Dei adoptivi. §. 1.

Gabriel in 3.d.10.q.vni.1. art. 1. circa finem, ait, præ- scitos ne quidem pro eo tempore, quo aliquando iusti sunt, esse filios Dei. Almainus *videtur* ait, duobus modis posse aliquem esse filium Dei adoptivum. Primum cum in eo statu est, ut si decederet, conse- retur vitam æternam; & hoc modo reprobum, quo tempore est iustus, esse filium Dei adoptivum. Secundo, ut tandem consequiturus sit vitam æternam, & hoc modo reprobum ne quidem eo tempore, quo iustus est, esse filium Dei adoptivum.

Sed haec sententia est omnino falsa, & reiicienda tanquam nimis absurdâ: nam iusti ex ipsa collatione gratiae iustificantis habent, quod sint nati ex Deo, quod sint regenerari, quod sint filii: hoc autem est esse filios adoptivos; ergo ex collatione gratiae habent quod sint filii adoptivi. Maior probatur Iom. 1. De dñis postfectis filios Dei sicuti, hoc autem non est dedi- se potestatem, ut ferent prædestinati, nam prædesti- nare est filios Dei; sed est dedisse potestatem haben- di gratiam. I. Ioan. 3. Videat qualen charitatem dedit no- bis pater, ut filii Dei nominemur, & simus. Amor ergo, & charitas, qua amat, & amat, facit filios Dei. & ibi- dem cum dixiller, *Qui fecit peccatum ex diabolo est;* & omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam ex Deo natus est. Subdit, *In hoc manifesti sunt filii Dei;* & filii dia- boli, omnis, qui non est iustus, non est ex Deo. Sit ergo homo filius Dei, & dicitur natus ex Deo per semen Dei in ipso manens, quod est gratia, & per hoc, quod sit ius- stus; non ergo per prædestinationem: & qui subiact peccato

peccato, per hoc est non filius Dei, sed filius diaboli; non vero per reprobationem. & cap. 5. Qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, sicut generatio, qua conseruat ne peccet qui natus est ex Deo, est iustificatio. Similia habentur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Sane omnis qui baptizatur, nascitur ex Deo, id est, iustificatur, sicut sit reprobatus, sicut non, ut definit Concilium Constantini ffs. 8. & 15. contra VVicelph. Iam minor propositio, quod ex hoc constituantur filii adoptivi, est per se clara, quia sunt adoptivi per hoc, quod sunt filii, & nascantur nova generatione ex Deo. Item hac filiatione per se ex natura sua dat homini proportionem cum sine supernaturali, qui est hereditas Dei, ordinatae cunctis ad illam, & dat ius gloriae. Præterea reprobatus est iustus per opera charitatis meretur vita æternam, cuiusque augmentum, quod nemo meretur, qui non habet ius ad illam. Et apostolus ad Galat. 4. argumentatur à filiatione ad hereditatem: *Quid si filii & heres per Deum. Hoc autem est adoptati, nempe fieri filium, & heredem. Demum hoc ipsum habent ex Concil. Trid. ffs. 6. c. 4. & 7. vbi statum iustitiae, & sanctitatis vocat statum adoptionis filiorum Dei, & iustificatis heredes Dei, similiterque ffs. 5. de peccato originali. Porro hoc, quod est, posse amittit ius ad hereditatem, & fore ut de facto amittatur; non tollit rationem adoptionis, ut perspicuum est in humanis.*

ARTICVLVS IV.

Vtrum Christus secundum quod homo sit filius Dei adoptivus.

Ad quoniam sic proceditur. Videtur, quod Christus secundum quod homo sit filius Dei adoptivus. Dicit enim Hieron. ac Christo loquens, *Potestas dignus non admittitur, dum carnis humanitas adaptatur. Ergo Christus, secundum quod homo, est filius adoptivus.*

2. Praeterea, August. dicit in lib. de Predestinatione. *Sanct. quod ea gratia sit ab initio fidei homo quicunque Christus, qui gratia homo illi ab initio sit factus est Christus. Sed atque bonorum suis Christiani per gratiam adoptionis. Ergo illi homo est Christus per adoptionem, & ut videtur esse filius adoptivus.*

3. Sed contra est, quod Ambrosius dicit in lib. de Incarnatione. *Adoptionis filium, non dicimus filium esse naturam, sed eum dicimus naturam esse filium, qui versus est filius Christus. Christus autem est versus & natura dei filium, secundum illud. I. Joan. v. 1. Ita sicut in verbo filio eius Iesu Christo. Ergo Christus secundum quod homo non est filius adoptivus.*

Respondeo dicendum, quod filiatione propriæ conuenit hypothese, vel persona, non autem natura unde & in prima parte dictum est, quod filiatione est proprietas personalis. In Christo autem non est alia persona, vel hypothesis, quam increata, cui conuenit esse filium per naturam. Dicitur est autem supra, quod filius adoptivus est participata similitudo filiations naturalis. Non autem recipio aliquid duci participatum, quod per se dicatur. Et ideo Christus, qui est filius Dei naturalis, nullo modo potest dici filius adoptivus. Secundum autem illos, qui ponuntur Christi duas personas, vel duas hypotheses, seu duo supposita, mibil rationabiliter prohibetur Christum hominem duci filium adoptivum.

Ad primum ergo dicendum, quod si sit filiatione non propriæ conuenit natura ita nec adoptio. Et ideo cum dicatur quod carnis humanitas adaptatur, impropria est locutio. Et accipitur ibi adoptio pro unione humanae naturae ad personam filii.

Ad secundum dicendum, quod similitudo illa Aug. est in illa genita, quantum ad principium: quia scilicet secundum me, quis quilibet homo habet, ut sit Christianus: ita iste homo sine

meritis habuit, ut sit Christus. Est tamen differentia, quantum ad terminum: quia scilicet Christus per gratiam unionis est filius naturalis, alius autem per gratiam habitus est filius adoptivus. Gratus autem habitus in Christo non facit de non filio filium adoptivum, sed est quidam effectus filiationis naturalis in anima Christi, secundum illud Ioan. 1. Videlicet gloriam eius quasi virginis a patre plenum gratia, & veritatis.

Ad tertium dicendum, quod esse creaturam, & etiam servitus, vel subiecto ad Deum, non solum respicit personam, sed etiam naturam: quod non potest dici de filiatione. Et ideo non est similatio.

NEGAT S. Thomas. Fundamentum eius proponeatur, & examinabitur infra.

DISPVNTATIO XXVIII.

An Christus ut homo sit filius Dei naturalis, & qua ratione.



R¹ta sunt certa. Primum est, Christum simpliciter logiendo, esse filium Dei naturalem. Est de fide, quia Christus est nomen personæ, quod supponitur materialiter, & personaliter, quare dicuntur de ipso omnia predicata, quæ de Verbo Dei, ut ostensum est q. 16. de Verbo autem Dei dicitur, quod sit filius Dei naturalis: idem late probatur in Concil. Francofurt. Secundum est hunc hominem signato Christo, esse filium Dei naturalem; immo vero & de homine absolute, & indeinde praedicari filium Dei naturalem per communicationem idiomatum. Probatur regulis traditis de communicatione hac questione 16. Tertium est, Christum quatenus homo est, sumpta particula, quatenus, reduplicative, non esse filium Dei naturalem. Hoc est per se notum, quia sic significatur humanitatem esse rationem, & causam, ob quam Christus sit filius Dei naturalis; itemque omnem hominem esse filium Dei naturalem, quia reduplicativa praepositio infert vniuersalem. Quæstio vero est sumpta particula, quatenus, specifi catiæ. Primum an Christus, ut homo sit filius Dei naturalis. Secundum, an ut homo possit dici filius Dei adoptivus. Obiectandum vero est triplex filiationis fundamentum in Christo assignari posse. Primum ipsam generationem æternam, qua communicata est persona Christi natura diuina. Secundum generationem temporalem, qua communica ta, & unita est ipsi natura humana: ex his per priorem generationem productus est hic Deus, qui ab æ terno est filius Dei, & in tempore est homo, & hic homo, & Christus. Per posteriore productus est hic homo, & Christus, qui ab æterno est, & semper fuit filius Dei, & in tempore est hic homo, & Christus. Tertium fundamentum est communicatio gratia habitualis, quæ facit iustum iustitiam, quæ dat ius vita æternæ, quæque, ut supradictum est, constituit homines, & Angelos filios adoptivos. Prima generatio est actio notionalis solius Patris. Secunda, & tertia est actio absoluta Dei, & omnium trium personarum. Nam si attendatur filiatione, iuxta primum fundamentum,

Dicendum est primum, Christus quatenus homo est filius Dei naturalis. Probatur, quia homo quando prædicatur de subiecto sub particula, quatenus, sumpta non reduplicative, sed specifi catiæ, non significat formam, & speciem connotando subiectum, & suppositum, sicut quando sumitur reduplicative, sed significat totum per se, eo modo, quo significatur extra propositionem, vel eo modo, quo significatur in propositione, abque particula, quatenus, in partiu la haec specifi catiæ sumpta non specifi cat aliiquid, sicut formam, sicut materiam, sed denotat non significati

cari aliquid eius, verum humi subiectum, ut est totum in se: itaque si subiectum extra propositionem vel in propositione sine particula, quatenus, sit totum constans ex natura individua, & supposito, significat totum, & precipue suppositum; & de ipso verificatur in propositione, quicquid conuenit toti ratione totius, & maximè ratione suppositi: & sub particula quatenus, specificatiū sumpta significat idem: ut perinde sit dicere, Petrus, vel Chilitus, quatenus homo, ac quatenus hic homo; cum ergo Christus, quatenus hic homo sit filius Dei, quia suppositū eius significatum hac voce, hic homo, est, genitum generatione eterna à Deo patre, sequitur Christum, ut homo est, esse filium naturalem Dei Patis: & hoc est certa fides catholica contra Arianos, negantes generationem hanc eternam, & contra Nestorianos concedentes illam personæ distinctionē à Iesu Christo filio Virginis.

Dubium vero est de alia generatione Christi temporali supradicta, an constituit filiationem aliquam, nimirum,

*An Christus ratione generationis temporalis,
quatenus homo specificatiū sit
filius Dei.*

S. I.

Est sententia quorundam affirmans, esse filium Dei naturalem: ita Suarez, d.49, scđ.1, iuncta scđ.2, longe post medium, versando, quod autem sc̄iat. Vásquez d. 89, cap. 14, qui citat Cabrera, hic d.1. Videatur fauere S. Thomas in hoc art. vbi dicit, *Christus secundum gratiam unione est filius Dei naturalis*. Probatur primum, quia à Patribus, & Scripturis multa tribuuntur Christo, tanquam propria naturali filio Dei, qua non conuenient ipsi, nisi ratione humanitatis, & in humanitate; ergo quatenus homo est filius Dei naturalis: non potest autem alio modo, ut homo, esse filius Dei naturalis, nisi ratione unione: ergo unio est fundamentum filiationis naturalis. Quod autem ea tribuantur Christo, habetur primò ex illis verbis ad Romanos 8. *Proprio filio suo non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*: iuxta expositionem Adriani in epist. quæ præmittitur Concilio Francofondi, vbi sic habet: *Sicutus, quia non est tradidit secundum diuinitatem, sed secundum id, quod versus homo erat, illum nimirum, qui traditus est, hominem ipsum* Apostolus proprium Dei filium protestatur. Et infra exponens illud Matth. 3. & 17. *Hic est filius meus dilectus*, sic habet: Si secundum diuinitatem dixisset, nunquam diceret, in quo mihi bene placui, sed tantummodo, in quo mihi bene placui: dum ergo dicit, *complacui*, totam simul Trinitatem comprehendit; quia in homine Christo tota complacuit Trinitas. An inaduertitis, quia nihil vobis restat, uti secundum diuinitatem tantummodo creditas dixisse patrem? Hic est filius meus dilectus, sed potius secundum humanitatem, super quem Spiritus sanctus dicitur descendisse. Huc pertinet quod Cyrillus lib. 1. de fide ad Reginas, de Christo ut homine interpretari videtur illud ad Hebr. 1. *Locus est nobis in illo, quem confunsi heretem uniuersorum*; etenim ut Deus non constituit heres, sed ut homo. Secundo vero hypothetica in Scripturis dicitur generatio, & Christus, ut homo, dicitur singulariter genitus à Deo; ergo ut homo ex speciali ratione Dei filius. Probatur consequentia, quia generatione respondet filiatione in

Iof. Raguza in 3.p.D.Th. m. 4. p. 97.

A viuentibus perfectis. Antecedens probatur Isaiae 53. *Generacionem eius qui enarrabū*? quod licet alii modis exponi possit, tamen de mysterio incarnationis à multis Patribus exponitur. Similiter Psal. 2. *Ego genui te*, quem locum de hoc mysterio intelligit Augustinus liber de Trinitate, & vni. *Dei, cap. 11*, & alii, eti alios etiam sensus habeat. Tertiò Christus haberet ius hereditatis, & per consequens filiationis per ipsam substantialem unione hypostaticam, non verò per gratiam accidentalem, ut alii homines; ergo est filius per aliquid substantiali, quod est esse filium naturale. Confirmatur, nam Christus fit heres, & non solum affectus, ut alii homines, sed conjunctione reali substantiali; ergo fit filius, & non ad opitius, sed naturalis.

Hec sententia bene quidem ratiocinatur: verum tamen si filiatio hæc strictius expendatur secundum regulas filiationis, sive naturalis, sive adoptivæ, non vacat difficultate. Et sanè de adoptivâ, non est laborandum: iam enim ipsi hanc omnino excludunt à Christo. Naturalis quæ nitatur unione tanquam fundamento, non videtur habere locum: etenim ex duplice capite videtur atrendi posse. Primum ex ipsa re producta, & productione, quod scilicet Christus dicatur filius Dei ratione actionis diuinæ totius Trinitatis, qua facta est talis compositio, talisque unio constitutens tale compositionem, id est, personam humanam, quæ est Christus, constanter personalitate diuina, & natura humana; sed hinc non habetur filiatio naturalis. Primum, quia filiatio naturalis constituitur per communicationem naturæ potius, quam per communicationem personæ: definitur enim generatio, (& idem est de filiatione) ut sit origo viuentis à viuentे ex principio coniunctio in similitudine naturæ: quare si heri posset, ut vnu communicaret tantum naturam, alter verò tantum personam, quæ nullam aliam haberet naturam; qui ita productus esset, diceretur potius filius naturalis eius, qui communicat suam naturam, quam eius qui communicat personam, non communicando illi suam naturam. Iam vero tota Trinitas communicat solam personam diuinam humanitatem Christi, naturam vero diuinam non communicat; quare per huiuscmodi unione non est filius naturalis Dei, sed vel filius naturalis hominis, secundum quod procedit à B. Virgine, eiisque progenitoribus, vel nullius, ut Adam, cuius natura producta est à solo Deo, & non à genitore similis naturæ. Deinde si dicamus satis esse, ut agens communicit personam suam ad hoc, ut sit pater naturalis. Primum, quidem tota Trinitas non communicat personam suam; quia non est illa persona communis in diuinis, eti admittamus subsistentiam communiorum absolutam, certè incarnationis non est facta secundum illam. Deinde Pater, & Spiritus sanctus non communicantur personas suas, sed solam personam filij, & filii in ea actione communione totius Trinitatis communicavit tantum suam, & non alias; ergo non posset Christus dici filius Dei absolute sumpti, neque aliarum personarum, sed ad summum dicere filius sui ipsius, quod quidem & locutione ipsa est absconum, atque absurdum, & præterea sequitur Patrem æternum posse dici, & quidem maiori ratione filium sui ipsius, quia communicat suam eandem naturam filio, sicut filius suam personam naturæ humanae; magis enim constituitur filius per communicationem propriæ naturæ, quam per communicationem propriæ personæ; et verò est absurdissimum. Secundò, ut detur etiam per communicationem persona

K constitui

constitui filium, sicut per communicationem naturę: certe non quæcumque communicatio est generatio constitutus filium: nam in diuinis Pater & Filius communicant suam naturam Spiritui sancto, & ramen ea communicatio non est generatio; quia videbile non solum attenditur terminus productus, & natura communicata; verum etiam qualitas productionis ad hoc, ut statutus filio, & qualitas productionis secundum principium, & modum, quo procedit, est generatio; Spiritus vero sancti non est generatio, sed spiratio. At vero qualitas actionis, qua communicatur natura humana persona Verbi, non est generatio, seu creatio, seu actio recepta solum in humanitate, per quam producitur aliquid creatum, id est, unio, qua init Verbo, ipsa personalitate Verbi tantum sustentante, & terminante.

Hinc fit, ut per hoc mysterium intelligatur, ipsam personam Verbi accipere formam, qua ipsam habet talis, id est, homo, non vero produceat aliquem hominem, seu filium suum, & multo minus semetipsum; quod egregie explicat Apol. Philip. 1. *Qui cum in forma Dei esset, &c. exanimauit semetipsum, formam seru accipiens, insemitudinem hominum factus, & habens inueniens, & tunc*

B Secundum caput est ex eo, quod Christus per unionem habet heres hereditatis aeternæ; unde infertur, fieri filium: & rursus instant non adoptum, quia non fit per aliquod accidentem, sed per ipsam substantiam unionem; nec sola coniunctione secundum affectum, sed secundum substantiam; neque ex meta & voluntaria liberalitate, sed secundum debitum con naturale, quia per unionem productus est homo, cui sit con naturalis dicta hereditas. Porro filatio, cui sic est debita hereditas, est naturalis. Nam vero antecedens, quod per unionem habet heres, probant ex eo, quod beatudo, qua dicitur hereditas Dei, sit con naturalis Christo, & debita ratione personæ; & quod unio substantialis, & realis, causa sit cui sit debita persona huic in tali natura. Ceterum si ex eo, quod Christus sit heres, inferunt tanquam a priori, Christus esse filium: certè titulus hereditatis non est filiatio, sed alias, qui det ius ad illam, videbile dicta unio, & filatio est effectus iuri hereditatis: hic autem est praeposterus ordo; nam filatio sue naturalis, sine adoptione, dat ius hereditatis: non autem contra, & præterea procedit ex falso principio, quod videbile in uniuersum qui habet ius hereditatis, sit filius: qui enim sucedit ex testamento, habet tale ius, & tamen non est filius. Si vero procedit à posteriori, ut videtur procedere, & intutur esse filium, quia heres assumitur, & supponit esse hereditatem, solùmque probatur, hereditatem hanc non conuenire Christo, titulo filiationis adoptio; sed hinc non recte infertur titulus alterius filiationis, neque ex vi. filiationis ex his terminis, quia non sequitur esse debitum titulo filiationis naturalis, quicquid non est debitum titulo adoptio; lute enim plures, & non duo tantum tituli, quibus id, quod dicitur hereditas unius, possit esse debirum alijs: neque rursus infertur ex ipsa ratione, quia non producitur ab ipsis ad probandam filiationem; sed solum ad excludendam adoptionem: nec potest produci; solum enim probat, esse debitum eam hereditatem supposito diuino in tali natura, ratione dignitatis ipsius suppositi per se, & non aliunde ex adoptione, quicquid sit de filiatione naturali, utrum interueniat, neene: & an hie, cui est debita hereditas, sit filius naturalis, & qua ratione: hoe enim haec ratio non probat. Restat ergo, ut probetur aliunde, nec alia ratio suppetit, nisi supradicta sumpta ex com-

municatione naturæ, quam ostendimus inefficacem esse.

Vident ergo dicendum, Christum ex vi unionis hypostaticæ, quatenus ipse idem, qui ex vi generationis temporalis humana factus est homo, & subsistens in natura humana, non vero Deus, nec prouide filius Dei, & subsistens in natura diuina, est ille, qui ex vi generationis diuina genitus est Deus, & filius Dei, & subsistens in natura diuina. Ex eo vero quod sit factus subsistens in natura humana, factum est, ut esse filium Dei, quod dicebatur solum de subsistente in natura diuina, dicatur etiam de subsistente in natura humana, quando ex vi unionis factum est, ut ille idem subsistat in hac, quod est dicte ex vi unionis habet, ut subsistens in natura humana, & Christus ut subsistens in hac, & ut homo dicitur filius Dei naturalis specificatim, & non solum per communicationem idiomatum: nam Christus non est nomen naturæ humanae, ut est hoc nomen, Homo, de quo propterea non nisi per communicationem idiomatum dicuntur diuina, sed est nomen persona subsistens in duabus naturis, id est, non tantum in diuina, verum etiam in humana. Quod autem Christus ex vi unionis dicatur filius Dei naturalis eadem aeterna filiatione, quam habet ex vi generationis diuina, probant rationes factæ: & confirmatur, nam cum dicitur Christus filius naturalis ex vi unionis filiatione distincta ab aeterna; aut secundum eam filiationem est aequalis patri, aut non est aequalis; non potest dici primum, quia nulla alia actio, & generatio potest producere personam aequalem Deo, nisi aeterna: temporalis autem per communicat aeternam, per quam filius sic productus referatur tantum ad Patrem, non vero ad Deum absolute, quaque non dicatur proprie generatio, vel producio filij, sed communicatio filij, & filiationis, aut eerte producit inaequalem filium: si ergo dicitur hoc, quod erat secundum membrum, primum quidem obstat, quod loquitur, *sicut Ioh. 3. Christus de se homine loquebatur, dicens, se esse filium Dei his verbis, Pater si facias opera, & ego operor: & infra, Pater dico filium, & omnia demoni trahi ei, quia ipse feci, & marora hi demoni trahi opera, ut vos miseremini: sicut enim pater suscitavit mortuos, & vivificauit, ita & filium, gnos vnde, vivificas, neque enim pater indicat quenquam, sed omni indicum deum filio. Hoc omnia, scilicet hoc dilectio, demonstratio operum, vivificatio, & iudicium mortuorum, dicuntur de Christo vt homine: ergo ipse vt homo est filius patri. Quod autem secundum hanc filiationem sit aequalis, probatur ex eo, quod ibidem dicitur: *Propterea ergo magis querimus cum Indus interfere, quia non solum felicibus Sabbathum, sed & patrem suum dicitur Deum, & aequaliter se faciens Deo. Neque Christus correxit hanc ipsorum opinionem, immo ibidem subiungit verba citata, quibus confirmat, se esse filium Dei, maximè illa verba, Omne iudicium dei filii filio, ut omnes honorificent patrem, sicut honorificant filium: nimis ut ratio honorificandi filium sumatur ex eo, quod honorificetur pater, cui ipsi Indai sentiebant, Christum facete se aequaliter: ostendit enim Christus, se esse filium, ut ex hoc communiceat esse honorificandum, iuxta sensum ipsorum, qui intelligebant per hoc ponit aequalitatem cum Deo, quem honorificant.**

C Secundo, si Christus est filius inaequalis, inaequalitas haec non potest attendi penes esse incratum, sed penes esse creatum, sine naturale, sine supernaturale: at secundum esse creatum non potest esse filius naturalis, sed vel adoptivus, quia esse creatum est extaneum, vel si esse adoptivum repugnet aeterna

xterna filiationi nullo modo erit filius: ergo secundum quod est in equalis, non est filius naturalis.

Noque sentit contrarium S. Thomas responsione citata ex hoc art. solùm enim voluit docere gratiam vniuersitatis quod principium non differt à gratia habituali; veraque enim est sine meritis: differe autem quod terminus, quod terminus huius sit filius adoptivus, terminus illius sit filius naturalis, id est, non adoptivus, sed talis, qualis relinquitur per vniuersum, id est, filius naturalis, nimirum ut Christus, & hic homo dicatur filius naturalis filiatione aeterna.

Ad primum argumentum sumptum ex locis Scripturarum, &c. respondetur primò, Christum loqui ut hominem in illis verbis Ioh. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: & tamen per patrem intelligitur prima persona Trinitatis secundum expositionem Adriani in epistola Cyrilli concil. Alexandr. epist. 10. Athan. lib. de Incarnatione Christi. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 8. & aliorum: qui propter ea obseruantur, Christum non dixisse patrem nostrum, sed meum, & vestrum; meum scilicet per generationem, vestrum per creationem, gratiam, &c. Hinc dicitur secundum ex eo, quod tribuanus filio Dei ca, qui conuenient secundum humanitatem, & non secundum diuinitatem, non rectè inferti, quod sit filius alia filiatione, quam habeat secundum humanitatem vnitam, & non secundum diuinitatem; verum solùm inferti, quod non sit alia persona distincta a filio Dei, cui tribuantur ea, qui conuenient secundum humanitatem, sed quod eidem persona, qua est filius Dei secundum generationem aeternam, & secundum quod subtiliter in diuinitate tribuantur quedam secundum humanitatem, & secundum quod subtiliter in humanitate. Quod rectè notat Suarez, & ingenitus facetur ex dictis locis Scripturarum non solum argumentum efficax pro dicta sententia manu Scripturarum, & Patres non consentire respxisse huiusmodi subtilitatem in statuanda filiatione, vt bene ipsorum facetur infra, tractando loca epistolae Adriani, & Concilii Franciscost. Notanda sunt verba Cyrilli Alexandr. lib. de recta fide ad Reginas, vbi ait: *Quoniam pater vocans non sic, sed aliter tamen carnalem natiuitatem ad se quoque pertinere iudicat, quatenus illum sicut esse filium non ignorat, qui quidem secundum diuinam naturam ex ipso, secundum humanam vero naturam est ex muliere.* Hic peripciue docet, genitum à Deo per carnalem natiuitatem dici filium, solùm ratione generationis aeternae.

Ad secundum respondeo, nomen generationis aliquando extendi ad actionem Dei, qua producit creaturam rationalem. Ita in Cantico Mosis Deut. 32. dicitur primò: *Deseriquit Deum factorem suum & mox, Deum, qui te genuit dereliquisti, & obliuio es Domini creatoris tuus.* Extenditur etiam ad resurrectionem Matth. 19. In regeneratione, cum federi filium humanum: & non natiuitatem ad resurrectionem Christi, per quam non est facta vno humanitas cum Verbo, sed anima cum corpore. Sic Act. 13. sumitur illud Psalm. 2. *Ego bodus genitum te.* & Vasquez 1. p. d. 18. e. 2. non alio modo vult locum hunc intelligi: & tamen per has actiones, homines non accipiunt esse filii vel adoptivi, vel naturalis, nisi communissima quadam, & minus propria ratione, qua Deus dicitur pater cuiusque operis, quod creat, quo sensu dici potest pater etiam Christi, ut notat noster Lorinus in hunc veritatem Psalmi, quatenus opus ipsum humanitatis, & incarnationis filii peculiariter ei attribuitur: non quod, inquit, ciuidem, ut homo est, pater noni-

met, ne quis adoptionem suscipietur, sed co-dundat modo, quo tecum creata, etiam inimicata, sicut plura vocatur pater Deus lib. 38. citatus pro hoc sensu Euthymianus, & ex ipso in Panopliam. 8. Nylliensem exponentem hanc locum de ortu in tempore ex virginie; & verbum, genitum pro ipso quod est, te gigni mihi placuisse; vel proceperit hanc beatum locum Nylliensem lib. de cognosciture Dei, tom. 12. biblioth. ca. Atenis etiam 3. p. q. 8. m. 3. 31. art. 49 concedit, Christum, ut hominem esse filium: Deus per creationem, & per gratiam, negat tamen esse filium adoptivum. Demum intelligi potest locum hic de generatione temporali, sed inclaudente vniuersum, qua factum est, ut idem homo esset filius naturalis Dei Patris, sicut notat Lorinus in cap. 13. Alterum; & nos supra cum S. Thoma diximus, accipi hanc propositionem, homo factus est Deus, ut significat factum esse ut homo sit Deus.

Huc pertinent alij, qui intelligunt hanc verba de temporali generatione, ex matre, scilicet Chrysostom. bomi. de fide in Christum, tom. 3. Cyrillus Alex. xandr. lib. 1. de fide ad Reginas, nihilominus coniunctio expositio huius loci est de aeterna generatione filii Dei, ut rectè Bellarminus in hunc Psalmam; & probatur primò ex vocabulo *hodie*, quo notat aeternitas, carens principio, & fine. Secundò ex vocabulo *genus*, Hebrei 7. q. 1. *salad*, quod significat propriè *patere*; Deus enim matris consortio non indiguit, sed ipse genuit, ipse peperit filium suum, iuxta illud Psalmi 109. *Ex utroque usque ad Luciferum genui te.* Tertio ex capitulo ad Hebreos, vbi docet Apostolus Christum esse meliorem Angelis, propter hanc verba Psalmi: *Ego bodus genus te.* quo loco docent passim expoitores, Christum praeteriti illis per generationem increasam aeternam. Quartò ita intelligunt hunc locum Patres; Athanas. serm. 3. contra Arianos, & in epistola de Nicena Synodo. Augustinus enarratione in hunc Psalmum: & in Enchirid. cap. 49. lib. 11. conf. cap. 13. & quæst. 54. extrinsecus Testamenti. Cyrillus Hierosolymit. cœches. 10. Cyrillus Alexandr. lib. 1. in Ioh. cap. 4. & lib. de recta fide ad Theodoreum, quanquam alibi lib. de recta fide ad Reginas, intelligit de temporali. Nihilominus qui inducunt locum in hoc Psalmum est Christus, ut homo, non ut Deus: quia ut notat Basil. in eundem Psalmum, Christus ut Deus non vocaret Deum Dominum, dicens: *Dominus dixit ad me,* &c. sensus ergo est, quod Christus loquens, ut homo dicat, vocari se à Domino Deo suo filium quatenus secundum quod Deus sit filius; & vt est hic homo specificatus. Idem dicitur de alio loco Ioh. 53. qui habet etiam duas expositiones, scilicet de generatione temporali, & aeterna.

Ad tertium argumentum, eiisque confirmationem respondeo, Christum per vniuersum hypothesis habere ius hereditatis in natura humana, non quia per vniuersum hanc habeat ius filiationis, vt supradixi, sed quia est suppositum diuinum, cui in natura sibi vnta est connaturalis, & debita hæc hereditas ratione dignitatis ipsis suppositi, quam communicat natura vnta, qua dignitas inter alia bona, qua illi affecti, cuiusmodi est facere opera eius infiniti meriti, &c. affect hoc, quod est deberi sibi beatitudinem supernaturalem, qua dicitur hereditas: unde fit, ut quilibet persona diuina per vniuersum cum natura creatura intelligentia acquerat ius in illa ad eam hereditatem: inquit ut Deus absolute sumptus, si vniuersus per substantiam absolutam, absque eo, quod est filius: & sancte videtur absurdum dicere, Dénim

fore filium suipius, similiter & quilibet personam. Quidam nesciunt respondere, dicendo eam aditionem, id est, non sicut non fore personarum, sed Dei absolute, idque neque patrem, acque filium, &c. dictum trii filium suipius in tali causa. Sed præterquam quod hoc non recte dicitur, nam omnes operationes extra Deum tribuantur non solum Deo, verum singulis personis, adhuc remanent difficultas, quod Deus, si secundum subtilitatem abolitum inveniatur, diceretur filius suipius. Alij non pertinet absurdam haec consequentiam, sed sicut immiterit.

DISPUTATIO XXIX.

An Christus ut homo sit filius Dei adoptivus.

FIRMAT Durandus in 3. d. 4. quest. 1. non. 6. Fundamentum eius est, quia adoptio cum, qui non est filius per naturam, vel naturalem generationem, facit filium per gratiam; Christus autem secundum quod homo, non est filius Dei per generationem, & haber secundum humanam naturam gratiam a Deo, per quam fit adoptio filiorum Dei; ergo Christus secundum quod homo potest dici filius Dei per adoptionem. Eadem sententia est Bassolis ibid. art. 2. Scotus in 3. d. 10. q. unica, respondet sub distinctione fundamenti filiationis, quod potest esse vel suppositum, vel natura simili naturæ generantis naturaliter. Si sumatur primum, facilè dicitur, Christum non esse filium adoptiuum, quia relatio filii adoptivi non conuenit supposito Christi secundum se: si vero sumatur secundum, sic vbi natura non est extranea, haber locum adoptiuam solum: declarat autem non esse extraneam in re proposta non solum naturam diuinam, verum neque creatam, in qua non esset defectus, seu factura iuris, ad illam hereditatem: & ex hoc sit, Christum non videtur adoptiuum, quia nunquam fuit sine gratia. Ceterum obiciens sibi duo argumenta, primum in corpore questionis, quod licet in nullo instanti temporis carcerit gratia, tamen cauteret in priori quadam inflenti naturæ: secundum in response ad tertium, quod si gratia illa, qua fuit collata nature humana in primo instanti conceptionis, quo fuit in supposito diuino, fuisse collata existenti in supposito proprio creato, haberet locum adoptio, & quod propter ea non sit necessarium ad hanc carcerem gratia; ait vtrobisque, response quare. Itaque ex duobus fundamentis à Scoto propositis; quod attinet ad posterius, res est dubia apud Scotum; quod vero ad prius, certa, scilicet quod Christus ut homo non sit filius adoptiuus. Similiter in vtrunque partem disputat in reportatis diff. 10. q. unica. Richard. diff. 10. q. 1. sententiam affirmavit, & negatiuam proponit, & ostendit quenadmodum vtraque defendi potest, tametli communione dicit, esse negatiuam.

Dicendum tamen est, Christum quatenus hominem non esse filium adoptiuum: est communis sententia Theologorum, S. Thomæ, bie, & infra 9. 3. art. 3. & q. 43. art. 1. & lib. 4. contra Genes. cap. 4. Magist. in 3. diff. 4. & 10. Ibi que ceteri Scholastici, Albert. art. 13. Bonavent. q. 1. art. 2. Argent. art. 3. Palud. in 3. diff. 4. art. 3. Cajreol. diff. 1. art. 3. ad argumenta contra tertiam conclusionem.

A. Difficile est Scriptura locis sola virtute verborum per se spectatis, alterationem hanc efficaciter demonstrare: verba enim Scriptura Christum hominem affirmant filium Dei eo modo, quo affirmant eum, esse cœtorem, atque, &c. Ut siue per hec non excluduntur prædicta, que conueniunt Christo, ratione humanitatis, ut esse mortalem, &c. vel in humanitate, ut esse gratum habitali supernaturali, nisi aliunde probetur ea repugnare supposito, ita non excluditur ex vi verborum, ne dicatur filius adoptivus, nisi aliunde probetur excludi, vel quia repugnat supposito diuino, etiam substanti in natura creata, quod suppositum esse diuinum probatur alius Scripturis; vel si non repugnat supposito diuino, repugnat huius naturali; & Cœlum esse filium naturalem probatur pluribus Scripturis ad Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit. Matth. 3. & 17. Hoc est filius meus dilectus. Matth. 16. Tunc es Christus filius Dei omnis: vbi Christus subdidit sūle peculiare Dei reuelationem reuelantibus, Christum esse filium Dei singulariter, non verò communis modo, quo alij homines iusti. Cao. & sanguis non reuelans ibi, sed pater meus. Et primum quod subiungitur notat aliquod exanimi, & singulare reuelatum sūle Petro: Es ego deus tibi, quia tu es Petrus, &c. vbi particula &, habet vim cantalis. Secundus locus est ad Hebr. 1. ubi comparans Apostolus Christum cum Angelis inter plures alias prærogatiis, affect illam, quod nominetur à Deo filius, quo nomine non appellentur illi, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pre illo nomen heredauit, cui ergo Angelorum aliquando dixit: Filius meus es tu, quod necesse est intelligi de filiatione naturali: nam secundum generationem, & filiationem adoptiuam, nomen filii Dei conuenit etiam Angelis, itaque tribuit lob. 1. Tertius locus habetur Iorn. 20. Ascendo ad patrem meum, & parrem vestrum: qui locus per scriptum absque alia additione videtur excludere filiationem adoptiuam: nam cùm non dicat, patrem nostrum, perspicue declarat paternitatem, qua Deus est pater aliorum hominum, quaque est adoptiva, non esse sibi communem cum illis.

Eadem est Patrum doctrina, Hilat. libr. 3. de Trinit. Multo, inquit, nos filii, sed non tales haec filii: hic enim verè & proprius est filius origine, non adoptio: versante, non nasci patente, &c. Sanctus Hieronym. in cap. 12 ad Ephesi. Cum, inquit, prediexerit nos Deum in adoptionem: filiorum per Iesum Christum; non an si sit possemus: nisi filii enim Iesu Christi fidem, & intelligentiam recipiamus: & ille quidem nostra filius est, nos vero adoptio. Sanctus Ambros. libr. 1. de fide, cap. 9. Filius, inquit, aut per adoptionem, aut per naturam est: per adoptionem non filii dicimus, ille per vestram naturam est. Chrysostom. Ite: Author imperfeci in Matth. hom. 40. explicant verbum illud, Reuerberuntur filium meum: obseruat Prophetas missos ante Christum, fuisse filios adoptiuos, Christum vero vocari proprium filium, ut dicitur ad Rom. 8. Augustinus tract. 82. in Iohannem: Nos, inquit, filii gratia, non natura, originem autem natura, non gratia, scilicet adoptionis: & addit, An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sibi. Idem habet epist. 12. cap. 4. & liber contra Secundum Manichæum cap. 5. & lib. 3. contra Faustum, cap. 3. vbi illa ratione: vt itur, quod filius adoptivus prius est, quam sit filius, de qua infra, & lib. 1. de confessi Euang. cap. 3. dicit Apostolum fuisse vobis nomine adoptionis, ut inter Christum, & nos distinctionem afferret.

Hanc veritatem S. Thomæ probat in art. hac ratione:

ratione: filatio non est de numero illorum praedicatorum, quae conuenient naturae sive diuinae, sive humanae; persona vero ratione naturae: sed conuenit persona, naturae vero ratione personae. Atque esse filium adoptiuum non potest conuenire persona Christi, seu Christo ratione persona; ergo Christo secundum quod homo non potest conuenire esse filium adoptiuum. Minorem probat, quia quod dicitur per le, non potest dici participiu; & filio adoptiu est participata similitudo naturalis; ergo esse filium adoptiuum non potest dici de Christo. Maiorem non probat hic, sed sumit ex prima parte q. 33. & 34. Probari tamen potest ea ratione, quod vbi sunt duae personae, quarum una producta est ab alia, & in illis una natura, quae communicatur vni ab altera, & est principium quo productionis, habet locum filiationis, ut una persona sit pater, altera si filius; sicutque unus Deus pater, & filius. Quod si essent duas naturas viuis personae; etiam una producta esset ab illa una persona tanquam agente, & principio quo, per alteram naturam, tanquam per principium quo; non haberet locum filiationis, sed solum acquisitionis nouae formae, per quam idem agens fit aliquid aliud, secundum aliud nouum esse, sive accidentale, sive substantiale. Etenim agere, & actio est persona; & persona producendo, vel communicando formam alicuius personae, pertinet illam, quod si persona, qua perficitur, sit distincta, perficit, & dat illi persona distinguisi, verò non sit distincta, perficit seipsum secundum nouum esse libi adueniens, sive substantiale, sive accidentale. Poterò in hoc, quod est perficere seipsum, & dare esse libipilii; non conflictat filiatione, seu generatione: sed solum in hoc, quod potest dare esse alteri. Itaque ubi esset una persona, & duas naturas, quarum altera esset producta ab eadem, & in eadem persona, per alteram naturam, tanquam per principium agenti, non haberet locum filiationis; vbi vero sunt duas personae euidenter naturae, & una producta ab altera, habet locum: & ita utra est maior proprietas sancti Thomae, quod filio sit propria persona; & vbi non multiplicantur personae, non multiplicetur: ac proinde si tributatur Christo nomen filii adoptiu Dei, quod est proprium solius creaturae, consequens sit Christum esse personam creatam, aut in Christo esse duas personas.

Contra hanc sancti Thomas rationem illud obest, quod quauis esse filium adoptiu, id, quod dicitur per se, non possit dici participatiū, tamen cum determinatione, prout, & quatenus, designante naturam, potest dici. Sic esse ens, quod non potest dici participatiū de Christo, sed ab aliis; si apponatur determinatio, dicitur participatiū, scilicet Christus, quatenus est homo, est ens limitatum, ens per participationem, non autem ens per se. Similiter ergo nihil obest, quominus esse filium adoptiu, quod de Christo ab sollempni sumpo non potest dici participatiū; dicatur tamen sub determinatione quatenus homo; quod si respondatur, hoc prædicatum ens non esse de numero illorum, que dicuntur solum ratione persona, ut est filio, sed de numero illorum, que dicuntur ratione naturae, vel etiam quæ ratione utriusque; occurritur contraria, Christum non solum esse personam diuinam, ut etiam personam humana, nemirum ex persona diuina, & humanitate composita; ergo ut sic cit capax filiationis adoptiu, que est propria persona humanae. Confirmatur, nam Christus non solum dicitur filius Dei exterius ratione personae, & naturae diuinæ; sed etiam filius B. Virginis ratione humanae, quod est diuinctus genus filiationis, quicquid sit de re-

latione, an sit una, vel duas: ergo non repugnant eidem persona diuinctis filiationis secundum diuer-
tas naturas, nec ergo repugnabunt filio natura-
lis, & adoptionis.

Quidam, ut muniant hanc S. Thomæ rationem, putant addendum aliquid, nemini quod de ratione adoptionis sit, ut extranea persona acceptetur liberaliter ad hereditatem; Christus autem ne quidem ut homo illi persona extranea; quia non est alia persona à persona filij Dei, qui erant ut persona composita intrinsecè includit filiationem naturalem, per quam constituitur in esse huius persona. Hoc quod additur recipit verum est, & vltipotens ab Adriano in epistola ad ostendendum, Christum non esse filium adoptiu. Ceterum continetur in ratione sancti Thomae, & nisi niteretur illi, vim non haberet: potest enim dici haec ratione solum conuinci, Christum absolute non esse filium adoptiu; non verò cum determinazione, ut homo; sic enim additur natura extranea, secundum quam videtur, Christum posse dici extra-
neum, ac proinde adoptiu.

Ideco auctores hanc rationis addunt, dictam conditionem requiriunt esse, ut sit extranea persona, non vero ut sit extranea natura: idque probatur ex ipso nomine adoptionis. Sed certè cur debeat esse extranea persona, & non natura, ad hoc ut sit filius adoptiu; non alta ratio esse potest, nisi quia filatio est propria petitione, & non natura, quod est principium sancti Thomae, quo principio positio, postlimus duobus modis argumentari. Primo quod esse extraneum requiratur ad filiationem adoptiu: proinde si filatio sit propria persona, debeat esse extranea persona, quod est argumentum Adriani, & aliorum Theologorum. Secundo, quod filatio adoptiu repugnat habenti filiationem naturalem propter intrinsecam appositionem, & incompossibilitatem, quam habent, videlicet quia una sit per se, altera per participationem: quare si filatio sit propria persona, non potest persona habens esse filii adoptiu, habere esse filii naturalis, neque contra persona habens esse filii naturalis, habere esse filii adoptiu: & hæc ratio procedit ex propriis magis, quam superiорi, inimicis ex natura filiationis adoptiu, & naturali.

Hinc patet quid sit sentiendum de ratione, quam affect Richardus, scilicet ad rationem filii adoptiu pertinet, quod prius saltem natura sit, quam sit filius adoptiu: Christus autem non prius natura fuerit, quam fuerit gratus, quia humanitas grata fuit prius natura, quam vniuersit, & coniunctio Christum, quam impugnans alij ea ratione quod gratia non precesserit, sed consecuta vniuersitate & Scot. ea ratione, quod humanitas prius natura fuerit, quam fuerit grata, & quod si gratia, quæ fuit collata humana natura in primo instanti conceptionis, quo fuit in supposito diuino, fuisse collata existent in supposito creato, habetur locum adoptio; quibus argumentis prelius dixit: *Quare solutionem. Enimvero ratio sancti Thomae habet vim per se ex intrinseca repugnancia filiationis adoptiu, & naturalis, sive habeat locum dicta prioritas, sive non: tamen si de facto semper sit prius, sive tempore, sive natura non filius, is, qui adoptatur; quia adoptio non est actio, quia hat aliquis simpliciter, sed qua sit ex non tali talis: quare supponitur esse, & non esse talem, id est, adoptiu, quod est prius esse, quam sit adop-
tius: alij habent in libello Sacrosyllib. his verbis: Eloc ideo proposamus, ut patenter daretur intelligi, cum dici adoptiu, qui nondum prius fuerat proprius filius adoptiu;*

Ist. Ragu. in: p. S. T. tract. pof.

De possibili tamen nihil prohibet, Deum creari hominem vnicam eadem actione cum gratia habituali, vt dicebat Scotus, qui compositum ex potentia, & ex actu, qui non potest produci, & terminata actionem extra lubricitatem, potest esse terminus viuis actionis: talis autem actus est gratia habitualis, & ad illam homo habet potentiam non naturalem, quatenus qualitas est, tunc obediens, quatenus gratia est: & tunc non erit prius natura, quam sit filius adoptivus, nisi ea prioritate, qua, auctore Aristotele, substantia dicitur prior accidentibus, iuxta varias expositiones Peripateticorum: at verò de possibili non potest fieri, vt idem sit filius naturalis, & adoptivus.

Ex his factis factum est argumento produculo contrationem sancti Thomae: & præterea bona est responsio ibi allata. Nec obstat quod obiciatur, Christum esse personam humanam, ut pote compositum ex persona diuina, & humana natura, cui etiam addo, nomine persona non significari personam, vt distinguatur à natura, sed totum hoc constitutum ex personalitate, & natu etiam humana; non obstat, inquam, quia per hoc non collitur, quin filatio conuenientia huic toti ratione personæ, non autem ratione naturæ, vt pleraque alia praedicata, cum sit propria persona, & repugnet huius toti quicquid repugnat persona, ac proinde filatio, quæ repugnat ipsi, cuiusmodi est adoptivus. Atque ex his factis alijs quationibz, ac scilicet humanitas possit dici adoptata, de qua latè, accuratèque Suarez *sel. vlt.* Ad confirmationem concessio antecedenti, & priore illatione, negatur posterior: nam due filiations naturales, ratione diversarum generationum, & diversitatis genitoris, & genitricis, secundum quæ accipit aliud, & aliud esse naturale, scilicet hominis, & Dei; non repugnat sibi iniuciem; repugnat autem filatio adoptivus, & naturalis, respectu eiusdem patris, vel matris, à quibus quis genus est.

Aliam rationem assignant quidam recentiores, nimirum quod ille, qui adoptatus in filium, non secundum naturam coniungitur adoptanti, sed secundum affectum; & post adoptionem manet extraneus: sed humanitas Christi non fuit coniuncta Deo solo affectu, sed recipi; & post vniuersum non manet extraneus, sed naturaliter, id est, secundum vetitatem naturæ, vnitatem: ergo non potuit ipsa, nec proinde Christus esse filius adoptivus. Verum hæc ratio, prout proponitur, non habet vim: nam filatio non constituit per quamecumque coniunctionem cum eo, cui dicitur pater; sed per generationem, vel per assumptionem ad hereditatem; ergo nihil pertinet ad filiationem adoptivam, vel naturalem, quod coniungatur quis alterius, siue secundum rem, siue secundum affectum, nisi coniunctio sit secundum generationem, quo modo coniunguntur generans, & genitum; atque illius verò sit assumptionis ad hereditatem. Itaque coniunctio secundum rem naturæ cum supposito diuino, potest esse sine adoptione, & sine generatione, atque ideo sine filiatione naturali, vel adoptivâ quod si dicatur compositum ex natura creatæ rationali, & supposito diuino habere ius ad gloriam, ratione suppositi diuinæ; certè hoc ius non est filiationis, sed dignitatis, quam confert talis suppositus naturæ creatæ, vt supra ostensum est, que dignitas per se confert hoc ius, siue p. t. vniōnem hypotheticam constitutuar filius naturalis, siue non, de quo supra dixi.

Vt autem bene procedat hac ratio, supponere debet filiationem naturalem constitui per generationem, non verò per coniunctionem per se, quæ est proprium genus vniōnis materiæ, & formæ, suppositi, & naturæ, ac similibus. Quod si nomine vniōnis significetur affectio, qua extrema vniuntur, id est, vniōnis; ea

item est proprium genus vniōnis materiæ, & formæ, &c. non verò generationis, cùm præsertim generatione minus proprie dicatur vno. Filiatione verò, quæ non est generatio, non posse esse nisi secundum voluntatem, & affectum, quæ etiam vocabulo latè sumpto vocatur coniunctio, numerum moralis: à Nefario vero, qui solam hanc tribuebat Christo homini respectu Dei, studiose, & consultò vocabulari vno; vt sic eludenter dicta Scriptura, & Patrium de vniōne hypothistica. Quare sic oportet argumentari: filatio, quæ est tantum secundum affectum, excludit filiationem naturalem: sed adopcio est filatio solū secundum affectum; ergo excludit filiationem naturalem, aut certe ita pollici sumi minoris filio coniunctio secundum affectum est filatio secundum affectum, & adoptio est coniunctio secundum affectum, & non est generatio; ergo excludit filiationem naturalem. Ceterum maior propositio, vt habeat vim, dicitur nisi ratione sancti Thome, quod filatio secundum affectum dicatur participatiæ; naturalis vero per se, & non possit dici per se, quod dicitur participatiæ.

Non est hic præterea quædam alia ratio quorundam, quod scilicet filio adoptatu, seu relatio filiationis fundata in gratia sanctificante, non conueniat supposito, mediante natura humana, seu quavis intellectua, sed immediate: si ergo conueniret Christo, non conueniret ipsi ratione humanitatis, & vt homo est, sed absolute, & immediate: hoc autem repugnat Christo. Antecedens probat, quia gratia est noua natura, dans supposito nouum esse supernaturale, & diuinum, distinctum à naturali, quod dat natura creata, idcōque habens modum formæ substancialis; vbi autem concurrent duæ naturæ in idem suppositum, quanvis vna supponatur alteri, vt si, verbi gratia, Angelus ficeret homo, relationes filiationis inde confluentes, immediate afficiunt suppositionem.

Hæc ratio confundit accommodationem mysticam moralem, quæ nomine rei naturalis, & physice tributari rei morali propter aliquam similitudinem, & analogiam, quæ est plerumque inter naturalia, & moralia, seu spiritualia, cum tripla physica, & natura. Sanè nomen generationis, & nomen filii, propriè, & per se conuenit naturali, & non nisi per accommodationem quandam, & similitudinem, camque non parum, nec in paucis deficienient accidivit iustificationi. Porro vero vbi nomen vnius rei tribuitur alteri propter candam rationem vniuersam, licet argumentari ad tribendum huic, quicquid conuenit illi saltem per se, & essentiale, vbi vero tributari solū propriæ rationem analogam, non licet plus tribuere, quā poscat id, in quo sunt similia. Iam in re proposita hæc filiations non sunt similes in actione, ac generatione, per quam coniunctiuntur: quia vna est vera generatione, altera est alteratio. Sed neque necessarij est alteratio: nam, vt verum puto, iustificatione non poscit per se essentialiter fieri per productionem formæ habitualis; potest enim fieri iustus per extrinsecam Dei acceptationem ad gloriam. Præterea terminus illius est substantia, huius autem est qualitas. Quod autem dicitur habere modum formæ substancialis, non est ad rem: nam à parte rei non habet modum substantiale, sed solū accidentis; solū vero habet illum per accommodationem, & similitudinem. At certe, vt relatio realis à parte rei conueniat supposito immediate, & non mediante natura, non est factis habere modum substantiale per accommodationem motalem; sed debet habere à parte rei. Quare nec est ad rem quod dicitur, gratiam per se esse participationem diuina naturæ,

D

E

& hanc conferre à parte rel subiecto, cui inest, ideoque habere modum forma substantialis, cuius est esse naturam, & dare esse naturam: nam primum obstat quod iam dixi, posse fieri iustum sine forma habituali inherente. Deinde ipsum nomen participationis naturae per se ex nomine, excludit modum formae, & naturae substantialis, ponitque solum modum accidentalem in re propria. Etenim participatio naturae, quæ neque est vniuoca constitutus rem participata eiusdem speciei, sicut participatio naturae patris constituit filium eiusdem naturæ & speciei, sed est analogia; neque secundum eam analogiam participationem constituit ullam naturam, seu speciem, cui sit connotaturale & proprium esse, quod participat, quomodo est connoturale eis homini, leoni, &c. constitutus speciem & naturam, licet sit participatio analogica naturæ diuinæ; sed solum est participatio alterius naturæ, non connotaturalis rei participantis, nec vili alijs nisi natura participata, proinde nullam constituens speciem, & naturam extra hanc; talis, inquam, participatio non habet modum formæ & substantiae, sed solum accidentis. Etenim quod non est connotaturalis est accidentis, nec potest aduenire per modum naturæ & formæ substantialis, sed per modum accidentis; sicut calor aqua qui est participatio caloris ignis, & non connotaturalis aqua, non potest aduenire aqua per modum proprietatis, sed solum per modum accidentis extincione.

Hinc perspicuum sit, non falsificari hinc argumento à Cabecera hic diff. 1. §. 2. per considerationem gratiae secundum rationem communem accidentis, & secundum rationem propriam, & quod prior modo respiciat suppositum, mediante natura; posteriori vero modo non spectetur secundum modum accidentis, etiamsi sit accidentis; sed secundum modum substantiae. Etenim discursus iam factus probat, gratiam non solum secundum rationem communem, verum secundum rationem propriam, qua est participatio diuinæ naturæ non vniuoca, sed analogia: & tunc in ea analogia non connotaturalis vili extra Deum; esse accidentis, & habere modum accidentis. Eudem modum impugnat etiam Suarez hic diff. 49. fol. 2. alii duobus argumentis.

Primum quod gratia in eo, quod sanctificat, & deificat, sive spectetur ut accidentis, sive ut substantiae, habet rationem formæ, quæ non potest esse in Christo, nisi mediante humanitate; ergo relatio filiationis non nisi ex mediante, conuenit filio. Nec recte responderet Cabecera, gratiam illi spectetur ut accidente praæsupponere humanitatem tanquam subiectum, quo, & formæ; si vero spectetur, quatenus induit modum formæ substantialis, supponere humanitatem non quidem ut subiectum, in quo, sed veluti conditionem, sine qua gratia & filiatione adoptiva non possent subiecto conuenire, & sic subiectum filiationis formæ esset suppositum. Sed non recte, inquam. Primum, quia gratia secundum rationem propriam sanctificat, & deificat inherente, & informando naturam; non vero informando suppositum: nam in eo quod est accidentis habet per se, vt nec secundum rationem communem det esse nisi informando naturam, non vero suppositum; non enim aliunde nisi à communis ratione accidentis habent omnia accidentia, quod secundum rationem propriam afficit subiectum per modum accidentis: non enim calor afficit subiectum per modum accidentis secundum rationem propriam, quia est calor, sed quia est accidentis: ergo similiter gratia, quia est accidentis, afficit subiectum per modum accidentis secundum rationem propriam. Confirmatur: nam gratia secundum rationem propriam ex hoc quod non sit divini-

tas, sed participatio diuinitatis; habet rationem accidentis, & deificat ut accidentis, & non ut substantia; ergo deificat per modum accidentis: ergo ultius subiectum ipsius proprium & formale, est illud, quod in virtutem est subiectum accidentis, scilicet natura, & non suppositum: igitur natura humana est subiectum formale gratiae, & non conditio, sine qua non.

Secundum argumentum Suarez est, quod etiam detur gratiam afficere suppositum per modum substantiae; per hoc tam non collitur, quia relatio filiationis conuenientia Verbo, mediante alio, id est, gratia, & non immediate: omnus enim relatio noua conuenit supposito, mediante natura, quæ illi aduenit. At vero gratia, cum sit accidentis, non potest contingi Verbo nisi mediante natura intellectuali: ergo nec potest fundare relationem, nisi prout inheret natura. Hinc argumento respondent eadem distinctione, que reicitur codicis modo. Confirmat item argumentum Suarez alia ratione; nempe quod si fingamus gratiam posse esse substantiam, id est, posse dati naturam, cui gratia sit substantialis & naturalis, cùm naturam alium à Verbo; tunc si que relatio filiationis ad Deum ex illa unione refutaret, non conueniret Verbo immediate, & secundum sc, fed mediante tali natura; ergo etiam nunc relatio, quæ resultat in Christo ratione gratia habitualis, non conueniet Verbo, nisi mediante gratia ex modo, quo de causa est, id est, prout illi coniungitur mediante humanitatem. Hanc rationem latè prosequitur Sua. & ferè eodem recedit, nimirumque eidem principio, quod gratia sit accidentis afficiens naturam, ut insinuat ille verbo, ex modo quo de filio.

Ad arguments Durandi satisfactum est explicatio fundamenti sancti Thomæ.

DISPUTATIO XXX.

In quo gradu certitudinis verum sit Christum non esse filium adoptinum.

SENTENTIA quorundam recentiorum est esse de fide, & contraria assertione haereticam. Ita sentit Valsquez diff. 89. cap. 6. Aluarez diff. 75. fundamentum ipsorum est auctoritas Adriani Papæ, & Concilij Franciscani, à quibus damnati sunt Elipandus Episcopus Toleranus, & Felix Episcopus Vergellitanus, assertentes Christum esse filium adoptinum, nam ante hanc damnationem fateruntur eam assertione non fuisse haereticam. Et primò non est dubium absolute sumptum aliquæ determinatione, quatenus homo, damnatum esse: & tunc cum determinatione hac determinante suppositum, sicut similiter damnata esset qualibet propositione prædicta aliquid creatum de Christo cum determinatione suppositi, qualis esset hac propositione: Christus, & homo, est creatura, & similes. Dubium vero est an sit damnata cum determinatione determinante naturam, nimirum significante prædicatum illud concursum supposito ratione naturæ, quo sensu acceptiuntur haec propositiones, nisi aliter declarantur: est ergo sententia horum doctorum esse damnata etiam hoc modo.

Aliorum sententia est non esse damnatam saltem cum determinatione haec posteriori determinante naturam. Ita Snar. diff. 49. fol. 3. & Medina dub. 3. concl. 3. Ut debeat quid sit sentendum operæ p̄tium est statuere primò an constet esse Adriani epistola contra Elipandum. Secundò quād sit certa, & quoniam

que valeat auctoritas Concilij Francofurtensis, contra etorem Elipandi. Tertiò cuiusmodi fuerit error Elipandi, qui ab Adriano, & ab hoc Concilio damnatur.

An & quousque sit recipienda epistola, que sub nomine Adriani, & Concilium quod sub nomine Francofurtensi iam extant. §. I.

Quoad primum de dicta epistola Adriani obiiciuntur eadem rationes dubitandi, quas de Concilio Francoford. infra proferimus. Quoniam est pars quendam illius, nec extabat inter epistolas l'ontificum decretales, priuilegiam nouissimam post inuentum à Laurentio Surio Concilium, quod dicitur Francofurtense, edita fuisse in lucem a quibusdam inter eas epistolas anno 1592. Quinimo quod obiicimus itinum epistola rigidiorem alpriorēmque esse, quam deceat lenitatem grauitatemque pontificiam, hoc ipsum obiicitur Concilium Francoford. quod similis verbis invenitur, & idem erit virtusque iudicium.

Quoad secundum de Concilio Francoford. dubitate non licet, quin huius nominis Concilium convenit contra Felicem, & Elipandum, in eoque fuerit sententia ipsorum ut heretica damnata. Extant enim ex historiis perpicua scriptorum testimonia, quorum quadam solum meminimunt Elipandi & Felicis damnatorum, non vero loci Francofurtensis nominatio: est Ionas Antelius. lib. 1. de cultu imaginum, qui habetur tom. 1. Biblioth. sacr. & Paulus Aemilius lib. 2. de gestis Francorum, ad finem. Sabellicus vero Aeneade 1. lib. 3. & Platina in Adriano, solum autem damnatarum Felicianam heresim de abolendis facitis imaginibus, qua de re inferius erit locus, & Sabellicus solum nominat Francofam Germani regiōnem. Alij vero virtusque meminunt, scilicet heresim de adoptione Christi, & loci, ubi coactum est Concilium ad eius damnationem, scilicet Aduo in Chronico anno 792. Sigibertus anno 793. Abbas Vspengensis eodem anno. Regino anno 794. Blondus Aeneade 2. lib. 1. suis post meis. S. Anton. 2. p. bish. iii. 1. 4. cap. 1. §. 6. Aimo-nius lib. 4. de gestis Francorum, cap. 3.

Ante hoc Concilium fuit damnata haec heres in Concilio quadam coacto in urbe Reginensi, alias Ratisbonensi in Catalonia studio Caroli Magni contra Felicem, cuius iuslo hic missus est Romanum ad eam retractandum, ut vere retractauit palam coram Pontifice in Ecclesia sancti Petri.

Potest vero rufus rogante Elipando Carolum, ut controvertia haec pleniori Concilio dirimeretur, obtinuit Carolus ad Adriano ut Concilium Francoford. propterea convocaretur, quod factum est, ibique damnata sententia Elipandi tamquam heretica.

Quod antem hoc Concilium fuit proutum auctoritate sufficienti ad eum condemnandum, constat; quia intercessit auctoritas Romani Pontificis non solum per Legatos eius Theophylactum & Stephanum, quos nominat Aduo, verum etiam per peculiarem eius instructionem missam per decretalem epistolam, in qua continetur damnatio erroris, & definitio fidei. Quidam volum hoc Concilium fuisse OEcumenicum, id est, generale, co quod interfuerint Legati sedis Apostolicz, & Carolus generaliter postulaverit; verius tamen est non fuisse generale, sed nationale trecentorum Episcoporum, quorum dumtaxat fit mentio in titulo epistole ad Elipandum: quamquam verisimile est affuisse aliquos ex Italia, quandoquidem affuit aucto libri Sacrosyllabi Panitus Italus, nemo tamen trientalium Episcoporum interfuit, nec Pon-

tifex generale esse voluit. Ceterò Alexandrinis, & Tolerantis pluribus Conciliis interfuerunt legati sedis Apostolicz, neque propterea fuerit vniuersalita: & si quilibet Romanus Pontificis dicto Concilio interfuerit, ij non ad praesidendum, sed tantum ad insinuanda acta Concilii Niceni Romammissi fuisse videtur. Atque propterea habet tantam auctoritatem, quantum quodlibet Concilium prouinciale confirmatum à Pontifice, & quantum Pontifex docens & dechniens ex cathedra ut Pontifex, exhibita consideratione, & consultatione requiri.

Vetum enim vero quamus haec vera sint, non tam men fatis, constat Francofurtense hoc Concilium, quod praे manibus est, esse illud ipsum de quo iam dixi: lumen enim rationes vtrinque dubitandi. Atque ex una parte quod sit idem, probati videtur primum opinione integritatis, solertia, & fidei Laurentius Surij, multis argumentis testata cum aliis plerisque in rebus, tum maxime in hoc munere inestigandi acta Ecclesiæ, & Sanctorum. Et ipse in epistola ad Philippum regem Catholicum, & ad lectorum testatur se nihil Concilii, aut numero Conciliorum addere, quod ex veterissimis exemplaribus manu scriptis, & ex probatis Catholicisq[ue] bibliothecis non exscripterit. Secundò nulla potest subesse suspicio quod hoc Concilium sit alicius fronde confitum, quia nihil contra sanam Ecclesiæ doctrinam continet. Tertiò constat, Felicianam heresim fuisse damnatam à Concilio Francofurtensi, & in hoc quod praे manibus est, nihil continetur aliud, nisi eius damnatio: ergo est illud idem. Quarto quia licet alioquin revocare in dubium omnia Concilia, que Laurentius Surij in lucem edidit.

E contraria vero parte obstat. Primum quod Laurentius Surij in adiunctione ad lectorum, quam scribit de Concilio Francofurtensi, sit, ex actis huius Concilij solam hanc partem contra Felicianam heresim extare, aliis omnibus, quae contra leconomachos habita sunt, aut amissis, aut oblitteratis, aur alicubi delitecentibus, quod factum suplicatur fraude hereticorum, qui contendebant ab hoc Concilio damnata fuisse Nicenam Synodum de cultu imaginum; quae Laurentij admonitio operatur ut minus sit certum hanc esse veram sinceramque Synodum Francofurtensem. Primum quia non docet vbi & apud quos illam inueniret. Deinde quia cum pater partem hanc quae superest separatam esse ab hereticis & potestatis traditam; hoc ipso fatetur, penes hereticos fuisse in ea tradenda fidem & suiceritatem ferunt; cui cum minime fidere possimus, certè ad probandum eius veritatem, non iam ab auctoribus, qui Synodum conseruarent, & tradiderunt, nec proinde ex loco, unde illam accepit Surius, sed aliunde sumere oportet probationes.

Confirmatur, nam quod aliquod Concilium verum sit, confare debet vel pontificia auctoritate, nullus autem Pontificum docuit, Concilium hoc, quod praे manibus est, continere veram & infallibilem doctrinam, aut hanc epistolam Adriani esse illam, quam Adrianus scripsit integrum, & incorruptam, seu invariabilem, vel traditionem, quam hic non habemus, cum acta huius Concilij diu laiquerint usque ad annum 1567. quo nuper à Surio sunt in lucem edita. vel demum testimoniis Scriptorum, & historiarum, sed haec nulla existunt de dicto Concilio, sed tantum quod factum congregatum Concilium, & cum tandem latuerit Concilium, de quo loquantur historiæ, non videtur absque probatione admitti posse illud de quo loquuntur historiæ, esse hoc quod nouissime prodidit, quin etiam ex historiis suspetit nonnulla contradictione conieciatur; narrant enim (quod ipse etiam Surius,

rius fateretur) actum in Francofurtensi Concilio contra Ieconomachos de cultu imaginum, de quo nihil in Concilio quod iam exstet, ex quo defecutionis minus sumi potest conjectura, quod non sit illud idem, quanuod ea pars oblitterata fuerit, vel amilla, ut tufpictur. Suntius, & profecto vno ex tribus prefatis modis constat de veritate aliorum Conciliorum, quae habent ut vera, vel secundum totum, vel secundum partem, & quorundam partes sunt dubia, quae non habent partem ex his probationibus.

Denum Concilium hoc reprehendit vniuersam Hispaniam eiusque Episcopos, tanguam hacten infra, & ideoque Hispaniam in Saracenuorum patetatem venisse quod Christo iniurii fuissent, & iamen ex hostiis constat Hispaniam longe ante Elipandum fuisse a Saracenis occupatam, ut videtur licet apud Garsianum Laifa in collectione Conciliorum Hispanorum in commentario de primatu Ecclesie Toletana.

His argumentis in meo ad affirmandum Concilium hoc, quod nuper innuentur eis, non obsecrare tantam auctoritatem, ut certa & catholica fide accipere necesse sit quicquid in eo definitum apparere. nec tamen adeo leues coniecturae sunt ad indicandam Concilii veritatem, quin temeritatem sit silam negare; multam enim fidem, seu perficiacionem huic facit, exitiile olim, quod dicitur Concilium Francofondientis contra Felicem & Elipandum; & hoc quod nuper prodiit, horum damnationem contiure; & tam in hac, quam in omnibus dictis, quae continent, nil redolere quod sapient vel frandem, vel temeritatem alienius, qui auctor fuisse id depravare. Atque hoc iudicium hanc Concilii sapienti tuit Suarez dis. 49. sect. 3. similique de epistola Adriani ob causam rationes.

Cuiusmodi fuerit error Elipandi. §. 2.

Ad statuendum gradum certitudinis supradictae assertoris quod Christus ut homo non sit filius adoptivus, maxime confort scire cuiusmodi fuerit error Elipandi, a dicto Concilio damnatus. Etenim esse filium adoptivum alterutro è duobus fundaneis perparat tribuitur Christo, nempe vel ratione petione creare humanæ distinctiæ à diuina, quonodo tribuit Nestorius, vel ratione naturæ humanae distinctiæ à diuina in eodem supposito, quonodo tribuit Durandus, ut supra dictum est, & nos ostendimus, teibui non posse.

Quidam enim censent Elipandum hunc posteriori rem sensum secutum, nec sensisse cum Nestorio; quidam vero priorem, & sensisse cum Nestorio. Qui negant, sensisse cum Nestorio, ducuntur his fundamentis. Primum confessione Elipandi, quam Valsquez ex libro Beati Presbiteri apud Astures, & Heterij Episcopi Vximensis transumptam, & cum exemplari Gotico à se collatum testatur, & proponit dis. 89. c. vbi inter alia continetur haec verba de Verbo eterno & filio Dei: *quem sicut Scriptura testatur pro salute humani generis destitue extinxit humanum fultum, circumcidit, baptizavit, flagellavit, &c.* Hic eidem persona Verbi tribuit, quæ conueniunt naturæ humanae, subdit: *Cum gloriam secundum dominatorem suorum celestis, &c.* Hie eidem persona cui tribuerat humana tribuit diuina & mox addit: *Homo interior in una eademque Dei & hominis persona ad gloriam, atque carnem vestimentu induens; quia non per illum, qui natu est ex Virgine, visibilis & invisibilis condidit, sed per illum, qui non est adoptivus, sed genere, neque gratia, sed natura: & per illum Dei simili & hominis filium adoptivum humanum, & non adoptivum dominatorem mundum redemit.* Vbi notanda sunt illa verba; in una eademque Dei & hominis persona. & illas

A adoptivum humanitatem, & infra, conformes sunt omnes sunt? Ut, & cum adoptivo adoptum, cum adiecto alienato, cum Claudio Chrysost. &c. Secundò Ionas Auct. lib. 1. de cultu imaginum, in principio, ait: *Fidelium Hispano secundum humanitatem non esse proprium filium Dei, sed adoptivum praeceps auctor est.* Idem ait Ado & Ammonius supra citati. Tertio Adrianus in ep. profectus loca, quibus probatur, Christianum esse filium Dei naturaliter, cuiusmodi est ad Romanos 8. proprio filio non popescit, & aliás. *Hoc est filius meus dilectus.* & tunilia ait: *Quod si secundum corum collidant tergiversationem, quae proualit ad dimidiatum tantummodo filii Dei secundum operantur, dicamus, ubi unquam communis effectu dixerit nobiscum, Pater notus, &c.* Vbi & infra contendit de Christo etiam ut nomine ea loca intelligenda; & significat, Eli- pandum tribuisse adoptionem Christo ratione huma- nitatis; negasse autem ratione divinitatis. Similis at- gumentandi ratio est in libro Saetosyllabo.

Proferitur praterea aliae conjecturae, scilicet primò quod Elipandus roget Carolum principem cum primis pliū ut eure cogi Concilium quod non speraret ab illo si ageretur de heresi Nestorianis. Secundò quod Partes Concilij ita de hoc errore loquuntur ut latius significant, non esse viisque adeo absurdum, adeo ut antiquum, ut Nestorij: *autem eum idem non esse dicendum adoptivum.* Quia nec *Apostoli eum sic non minuerunt, nec sancta Dei catholica Ecclesia confutaverunt habuit sic eum nonnihil, nam nec credere eum adoptivum esse.* Quæ verba leniora sunt quam ut conueniant errori Nestorij. Tertiò quia Adrianus & Concilium nunquam profert contra Elipandum testimonia ad probandum viritatem personæ, qualia proferri solent contra Nestorium, & profecti debent, si esset idem error ipsius & Elipandi.

Denum Elipandus in epistola quadam contra Beatum & Heterium ad idicem fertur sic loquutus: Bonos & Beatus pari errore condemnati sunt, ille cre- didit de matre adoptivum, & non de patre ante sa- cula proprie genitum, neque incarnatum. ille cre- didit de patre genitum, & non de matre temporaliter adoptivum, ubi Elipandus damnat errorem Bonosi quem postea segnitus est Nestorius.

His non obstantibus puro, Elipandum sensisse cum Nestorio faltem recipit, eti fortè non tam perspicuis verbis, ne propter inuisum uomen Nestorij statim incurret Catholicorum offensionem, & in primo aditu explodetur. Id refer Alcuinus, qui pri- mò proponit modum loquendi Elipandi de diabolo naturis, non discrepantem à catholicis, verum deinde profert sensum eius Nestorianum lib. 3. de Tim. cap. 9. vbi sic habet: *Ideo cum Patre & Spiritu simile, unus est Deus, non multiplicata sunt Hispanica barbis omnia temeritate affirmare præsumpsit, assertans Dei Filium in divina na- tura Deum esse verum, in humano nuncupatum simile & in diuina natura proprium filium Dei, in humana adoptivum.*

Sed subdit Alcuinus: *Dauidens unum personam filij Dei cum Nestorio in duas personas, id est, verò filij, & adopti- vionem carissimè conflet, ut duas personam, quam habuit eternali- ter de patre genitum Dei filium humanum præsumpsisse naturam, quia nemo catholicus fide confirmatus, adoptivum est ausus sit dicere.* Quæ verba Valsquez dis. 89. cap. 8. vult, non esse relata tanquam sententiam Elipandi, sed ran- quam conclusionem, quam ipse infert ex superiori sententia; sed certè superior propositio non affect necessitatē huius consequentias, nec merito dicitur heretica, & Elipandus hereticus solum ob hanc consequentiam, nisi reuera cum distinctione naturarum di- flingueret personas.

E Accedunt alii scriptores; Ionas Auctelianus lib. 1. de cultu magnum, in principio tom. 4. *Bibliotheca Patriarum Concilij.* sic ait: *Eiusdem principis insuff. (id est, Caroli) 78.*

unum coalli, aribus utero, unde & remaneat ecclesia ad scri-
tare, euidenti vel cum damnatur, uno cum aliis suis excep-
tis Nestoriis, quia omnibus est per se proprio, manifeste mani-
parum. Sigibertus in suo Chronico anno 893. sic inquit: Feliciana b. regis con. eti. vix. & in praefixa Adriani Papae ab ipso Felice audire abdicatur, hoc heresi offendebat. filium Dei in divina natura certum Denun cetero humana vero
nuncipauimus, item in divina natura certum esse filium. Dein humana vero adoptionem, omnia personam Dei & hominem di-
uidens in duas personas, scilicet vero filii, & adoptioni. Gal-
lisardus Atelatus in sua Chitonographia anno 816, sub Carolo Magno dicit dānatū fuisse Eliwandum in Concilio Francofordini, qui petronianum Chisili in duas diuidebat. Piatoleius in clementi Gregorii, verbo,
Felix 11. expressius dixi, Eliwandū potuisse in Christo duas hypothesas. Item referit de Eliwando Antoninus 2. p. hist. iii. 14. cap. i. 9. & Paulus Amilius lib.
2. prope finem. Nauclerius general. 27. Franciscus Feuar-
dinius in additionibus ad libros Aloysii de Castro, contra
heresi, verb. Cirsifl. heresi 3. Sandrus lib. 7. de vībili
monachia, anno 771. Noller Ioannes Mariana lib. 7. sue
historia de rebus Hispanicis, cap. 8. scribit hoc modo: Nestoriis placita Concilij Ephesini diligentia solpita,
quali veteris incēdui scutella in Hispania illis audito-
riis (Felice scilicet, & Eliwando) sicutitate sunt Clari-
stum affirmantibus qua parte homo est, Dei filium
adoptione esse. idem de his censet Suan. filii 3. & Se-
verinus Badius in notu huius Concilii.

Secundū non leue argumentum est reprehensionis at-
que inuestigatio Adriani Papae & Concilii Francoford.
vñque adeo vehemens, & rigida, vt hoc solo nomine,
quod præter modum & dignitatem videantur succé-
dere, occasionem dederint opinioni, qua ceduntur non
esse ipsorum scripta, quibus ea contingerent. Vocant
enim Felicem & Eliwandum impios, Deo odibiles,
querulos, obteletatores, venenoſi fauici, eorum do-
ctrinam perfidiorum verborum stramina, simulque
accusant totam Hispaniam, eamque vel ob hoc vnum
etiam hæretici dicunt tradidim in Deo in potestatem
Saracenorū, quamvis confit lög ante Eliwandum
Hispaniam ab illis occupatam, & id genus alia verba
habentur ibi. Similiter Iosua Auelian. vocat eorum
sententiam scleratissimum errorem, doctrinam insa-
nan, vitulentiam, haustum pestiforum, ipsos vero
autores præcones hostis antiqui, certissimos Anti-
christos, &c. Que sane exaggerationes & dicta non
benè conuenient doctrinæ viquadeo obscuræ, vt
postea Theologis carholici, & doctis probati potuer-
it, & recipi, qualis doctrina est Durandi, & aliorum;
sed solum exploratissime notissimæque hæretici, qualis
fuit Nestorian. Has exaggerationes non videntur
probè notaſe recentiores, qui, vt paulo superius tetu-
limus, dicebant, errorem Eliwandii leniter refutauim
in Concilio. Confirmat. nam non est vlo modo cte-
dendum, Durandum & dictos Theologos sequitos
doctrinam vñque adeo damnatam, & à Felice cotam
Pontifice retractatam; aut certe huius damnationis
necios fuisse: viderunt ergo solummum damnatum in his
erroribus Nestoriom.

Sed vtterius ex ipsa Adriani epist. & Concilio col-
ligere licet, damnari eos tanquam erroris Nestoria-
ni sectatores. Adrianus sub initio epistole de Eli-
wandō & sociis, ita loquitur: Non sum illi ex illis ho-
minibus, quos ei pater dederas, qui cum adoptionem, & non
proprium confitentes; & ibidem: Nunquam non sum filius,
quia neque tu neq; sum pater. certe non sunt ad rem hæ-
verba contra hominem, qui fatetur eandem persona
eile filium proprium, & adoptionem, & proprium
esse exterius filium. & infra: Vnde & Christus Dei ho-
minis filius, non per grantiam adoptionis, sed propria filii di-
gnatio. Hoc dictum procedit contra assertentes duos

filios, & contra ponentes filiationem Dei per adop-
tionem, & non per dignitatem, & alicui contra-
dictum, felicit per dignitatem, & non per adoptionem:
supponit ergo dictos auctores non tribuite unum vni
virtutem genus filiations. Prætexta contra cosdem
Adrianus profet haec verba Athanasi: Si quis auferens
divinas Scripturas docet, alium dicens filium Dei, alium ex
Maria virginis bonitatem ferendam gratuitem adop-
tionem, scilicet nos, quasi duo filii, &c. hinc an. 37. in Eclesia. Addit
simile testimonium Naziarci ad. Cldoum: Si quis
introducit duos filios, vnum quidem, qui ex Deo patre, secun-
dum vero, qui ex mare, & non eandem, ut adoptiuem exce-
derat gratiam, &c. alienum eum a nostro confortio iudicamus.
Hoc loca tum Adrianus, tum vero horum Patrum alle-
gata contra Eliwandum non patiuntur qualcumque il-
lam auctoriū prima sententia, quid scilicet error
Nestoriis tributetur Eliwandū non tanquam eius sen-
tentiam, sed tanquam consequens eius sententiam.
Primum enim non tam precipue sequitur hic error
ex ea sententia, quandoquidem non vnum solum,
cūmque praurium letitiam adiunxit, præterim quia si
vera est qua factur confessio Eliwandii protestantis, se
ita affirmare adoptionem, vt non neget vnitatem per-
sonæ, solum posse tribui ipsi abusus nominis filii
adoptiuem, & de hoc abusu tantum accusati: atqui Ad-
rianus tum verbis suis, tum vero allegatione patrum
supponit illos per se direcere in eo etiō versari. Et
hoc modo procedunt etiam contra ipsam loca fe-
quentia: nam paulo infra adducens illud Ioannis 13.
Omnia dedit ei pater in manus, ait: Adoptiuem filii non de-
dit omnia, sed quædam dona charismatum. Hoc argumen-
tum non valet nisi contra eos, qui ponunt adoptionem,
qui non sit naturalis.

Eandem sententiam Nestoriis tribuit illis bellus
Sacrosyllabus, qui habetur in eo Concilio his ver-
bi: Hæresim veterosam alim fundius deruncas molis-
tus, resuina radice, suscitare de spirite. Ibidem supponit
sententiam eorum fuisse, Christum habuisse necel-
lentiam adoptionis, vt nos; non ergo erat filius. Quo
igitur modo nobis adoptionem tribuit, si ipse necessarium erat,
vt sibi haberet. ibidem exponens id Læca 1. vocabitum filii
Dei, nota non dici, adoptiuem vocabitum filius
Dei, sed abolitus filius. hoc argumentum non vale-
ret, si illi eundem vocarent filium Dei naturalem, &
filium adoptionis. Vltreius pag. 416. sic loquitur: Si
igitur iuxta hereticos adoptionem nomine confit, vt nos pater
homines, quo ergo patto Apostolis cum nomen, perhabet, super
omne nomen habere. Hoc argumentum mal valeret, si illi
sentient, illum, qui est filius adoptiuem, eile simile
naturali. Rursus pag. 416. col. 2. in fine sic habent:
Non duo filii, alius Dei, & alius hominis, ut (sic illi erran-
do ex clysmis) adoptiuem sit hominis filius, & sine adoptione
Dei filius, sed in una persona unus idemque Dei, & hominis
filius. pag. 418. paulo ante finem vocat Eliwandum &
Felicem novos hostes Eclesie, sed veteros facit perdidisse pollu-
tos, id est, Nestorianos.

Eundem Nestoriis errorum tribui Eliwandū vide-
mus in epist. Concilij Francoford. ad Episcopos His-
pania. Primum enim refutetur ex epistola ipsorum
hæc verba: Conficiunt, & credimus eum factum ex mu-
liere, factum sub lege, non genere esse filium, sed adoptione,
non natura, sed gratia. Non additur capitula, vt homo,
quia mens illorum era geminare suppositum, tametsi
latebat. vnde clariss pag. 419. col. 1. dicitur: Hominem
Christum verum Dei pater filium esse negoſt. pag. 420. Ne-
que vero alium Iesum Christum, alium Verbum dicimus, vt
non heresi calumniantur, sed eundem & ante facula. & ante
mundum, & post Mariam, immo ex Maria magnum Deum
appellamus. Hæc sunt verba Hieron. que profert Con-
ciliū contra Eliwandum pag. 412. col. 2. in fine. Piu-
rime vero sunt in sanctis Scripturis appellationes Domum nostri
Iesu

Iesu Christi, sicut leo, &c. que certas habent & mysticas significaciones, ex tua dicuntur; adopitius sequuntur non habet aliud significacionem, nisi ut Iesu Christus non sit proprius filius Dei, nec ex Virgine ex filium genuit, sed nexus ex quo seruo adoptans in filiatum, ut vos dicitis. Diecban ergo Felix & Elipandus quandam seruum, qui filius Dei non erat, fuisse factum filium Dei per adoptionem. pag. 423. col. 4. Nōmē olim eadem hereticis vestra m' Nefirio ad universales S. Ecclesias damnata est, quapropter forte illum anathematizare nolens, dum alios, Bonosum, felicem, Arium, & Sabellium, Manicheorumque, qui prava de filio Dei senfirant, in epist. vestra anathematizatis.

Relat iam ut satisfaciamus argumentis quibus ab hereti Nestorianis Elipandus excusat. Ad prium ductum à confessione, dicitur primò memoriam confessionem, qua ex libro Beati excepta est; non esse eandem cum ea quam Elipandus milit in epistola ad Carolum, queque in Concilio est lecta; nam ex ea epistola multa referuntur in Concilio, qui in dicta confessione non continentur: quare standum potius est confessioni in Concilio lecta, tāquā certiori & ampliiori, & per hanc altera explicanda, si quidem illam admittamus. Nec mouere debent verba ex eadem superioris relata: quoniam familiare est hereticis verba Catholicorum, quae perspicue habentur in Scripturis, aut non facile depravari possunt, vñspat ad tollendam superiorēm contradicendi veritatem, vt deinde facilius sensum sensum insinuat. Sic Lutherus in suis articulis vñspat vocem illam: recognabo tibi omnes annos meos in amaruarine anima mee. Sic in re proposita Nestorius, ut nota S. Thomas supra q. 2. art. 6. vñspat eum catholicis nonem vñritatis personam sub diverso sensu, & ratione, scilicet affectus, dignitatis, honoris, quem vñritatis sensum damnat lecta Synodus. Similiter Elipandus sermonem in Scripturis frequentissimum de hīc Dei, quod exinanierit seipsum cūn̄ effet x̄alit Deo, factus homo, flagellatus, &c. non negat, quin etiam vñspat, verumtamen sensu à Catholicis aliena, vt colligere licet cum ex iis, que dicta sunt de eius errore, tuū maximē ex quibundam verbis praefixa confessionis; primū enim quod ait: In una esdemque Dei & hominis persona deglomeratus, a que carnis organismus induit; accidentale vñritonem significat, cui confitit, quod referunt ex ipso Elipandis in epistola Concilij ad Episcopos Hispanie, scilicet appellatis Christum: hominem Deificum, & Deum humanatum, contraria Concilio: una persona Deus & homo, non homo deificus & humanatus Deus, & quidem humanatus Deus bene dici potest, quanvis non sit dicendum homo deificus, aut deificatus. Ceterū Concilium vñritum reprehendit in Elipando, nimurū quia sub his verbis sequatur sensus hereticus. Demū illa verborum per illi quinātū ex virginis vñsibilia & innūsibilia cōditūdī, sed per illū, qui non est adoptione, sed genere, notant distinctas personas, nam pronomina haec illum & illum, sum personatum. Cum ergo ait: adoptiuū humanitatē, non adoptiuū dissimilitudinē, sub illis vocibus non distinguunt rāntū naturas, vt solent Catholicī, sed cum naturis simul personas, & callide loquuntur, vt cīn̄ sibi opportunitum fuisset, & impune potuissent, expōnerent sūm̄ sensum.

Ad secundum. Idem Jonas, qui refert ex Elipando dicta verba, quod secundum humanitatem non sit proprius, sed adoptiuū filius; tribuit ibidem inferius ipsi errorem Nestorij, vt super nota uimus quare humanitatis nomen vñspat modo iam dicto pro natura, & persona creatā. Idem dicendum de A-done, & Aimone.

Ad tertium institutum Adriani iij est ostendere, verba Scripturæ, quibus Christus nominatur filius

A Dei, non dici ratione diuinitatis eo sensu, quo volebat Elipandus, nempe vt conuenienter tantum personæ subsistenti in diuinitate, non item personæ subsistenti etiam in humanitate, vñ enim etiam hinc tribui, & huic homini, quod negabat Elipandus.

Ad primam coniecturam, non est nonum hereticis, imò vero cum primis affectant appellare Imperatores & principes, & posse Concilia. Sic olim Ariani, Eutychiani, & alij, ac nouissime Limeritis, teste Bellarmine prefat. controvēsia de Concilio. Neque verò hoc facto subiicitur se Elipandus Imperatoris prouidentia, vt constat ex epistola Caroli Magni vbi sic habet: In quarum viue seruūterarum non satis nobis elicebatur, an ex auctoritate Magisterij nos vestra docere dispuſtis, an ex humilitate discipulatu nostra defere desideremus. Ad secundum iam fatis suprà dictum est quo loco habebatur hic error apud Pontificem & Concilium. Ad tertium ita Concilium & Pōtīfex p̄ce ip̄m infēctētum modum loquendi, qui erat familiarior & vñtatiōr in epistolis & confessione Elipandi, contra quos scribabant; nihilominus proferunt etiam argumenta pro vñritate persona Christi, quam constabat ip̄is non recipi ab Elipando, quae argumenta suprà relata sunt. Ad ultimum Bonosus dicebat, Christum esse filium adoptiuū, vt refecti Sandrus lib. 7. de vñsibili monarch. Ecclesi. Heret. 67. quo verò fundamento duceretur, & quid reprehendat Elipandus in Bonoso non ita certum est: illud certum est quod suprà restulit ex epist. Concilij Franciford. scilicet Elipandus arathematicalle Bonosum, Arium, Sabellium, Manichaeum prava sentientes de Christo; Nestorium verò non damnasse, à quo nimurū non discrepabat. Quare verum non est, Elipandus in Bonoso damnasse errorem, quem postea sequitur est Nestorius, sed forte errorem suum Ariano, aut alii quempiam. Interim de errore Elipandi constat ex hacēnus dictis.

His ita constitutis ac præmissis, respondentium est quatione proposita de gradu certitudinis huius propositionis, Christus quatenus homo non est nisi filius adoptiuū.

Dicendum est propositionem hanc de fide quidem non esse, verū certissimam; ita vt contraria heretica quidem non sit, verū fallit, omninoque vitanda, & non vñspanda. Sequor in hoc libertate sententiam Sancte dī. 49. s̄l. 3. Palatios in 3. dī. 10. dī. 1. qui solum ait, proprie non esse admittendam propositionem illam; & Medina questione sequentiā 24. dub. 4. cond. 3. Prima pars quod de fide non sit, probatur ex eo, quod nulquam sit definita in Ecclesiā, neque ante Concilium Franciford. neque in ipso Concilio. Nam, vt fatis oftensum est, mens cīs solum fuit excludere sententia Nestorij, aut saltem non est perspicuum aliud voluisse; præterquam quod de Concilio, quod iam extat sub nomine Francifordensis, non constat quantum fatis est ad faciendam rem de fide. Et doctores Catholicī nō omnes abhorrent à cōtaria sententia, quidam verò etiam admittunt. Neque verò aliunde ex principiis fidei perspicuū tanquam res de fide colliguntur; his enim solum cauetur admitti duas personas, excluditūque omnis aliterio perspicuū inferens duas personas, vel Christum esse personam creatam; quod sine ex hac propositione, Christus vt homo est filius adoptiuū, non ita evidenter inficitur. Etenim verum quidem est, nomen filii esse noīnen personam, quod est principium sancti Thomæ supra nobis confirmatum; nihilominus non ita euidentur est hoc principium & discursus, quo confirmatur, vt faciat rem de fide. Nam primò non est ita euidentis liaisonem esse ita propriam personam, vt non possit conuenire ratione naturæ, & si singulat producitur noua natura in eadem persona, & ab eadem persona non

non posse habere locum nomen filii, sicutem minus A proprie respectu producentis. Deinde dictum principium & eius confirmatione procedunt per se de filiatione naturali; ceterum adoptiva, qua est iuris & consuetudinis humanæ, non videtur sequi hunc rigorem; tum quia solum imitator aliquo modo, & imperfectius naturalem, multum ab illa deficiens: tum quia in humanis non habemus exemplum duarum naturarum vniuersi personæ, quarum altera sit inferior capax contractuum, pauci, scederis, &c. cum altera, ac proinde hereditatis; quare non possimus hinc idem sumere argumentum.

Lam secunda pars assertioñis quodd dicta propositio sit certissima, & contraria falsa, & non vñtpanda, probatur primo communiori sensu Theologorū extra paucos, & recetiorum omnium, vt hac ætate nemo audeat contariat, vi probabilem admittere. Secundo auctoritate Patrū. Tertio ex Concilio Francofordi, quod non ita manifestum est ita voluisse damnare manifestum errorem Nestorij, quietiam dictam assertioñem voluerit comprehendere: & coniecurat allata à priori sententia non sunt contempnendæ. Demum est modus loquendi familiaris hereticis Elipando, & Felici, & antiquioribus, scilicet Nestorio & Bonoso, vt refert Sandrus.

Sed contra hæc obici possunt quedam verba Iterazi lib. contra herefes, cap. 21. Proprius hoc enim Verbum Dei homo, & qui filius Dei est, filius heminis factus est commixtus Verbo Dei, ut adoptionem percipiens fiat filius Dei. Feuerantius hoc loco intelligit Iterazum dicere, Christum secundum humanam naturam adoptione euasilem filium Dei, illumque p̄i exponit ut per adoptionem intelligat gratiā vñionis. Sed loquutio hæc Iterazi, si referatur ad Christum, absurdum est, & non est ad mentem Iterazi: absurdum quidem, quia nullo modo potest ferti causalitas illa, quod ideo Verbum Dei fit factus homo, vt recepta adoptione fieret filius Dei: extra mentem vero ipsius, quia verbis proximè superioribus dicebat adoptionem hominum esse opus & effectum incarnationis, & contemnere incarnationem, integratò quod esse verbo Dei, qui non recipiunt adoptionem; quorum dictorū occasione subdit prelata verba: proprius hoc enim verbum Dei homo, &c. ut adoptionem percipiens, fiat filius Dei. Vbi particularilla, ut adoptionem percipiens, non refertur ad Verbum, sed sumitur indebet, & sensus est, vt quicunque adoptionem percipit, fiat filius Dei; vt reæ exponit etiam Suarez sententia in principio.

QUESTIO XXIV.

De Prædestinatione Christi.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat prædestinatum esse.

AD Primum sic proceditur. Videatur, quod Christus non conueniat prædestinatus esset. Terminus enim prædestinationis videtur esse adoptionem filiorum, secundum illud Epcl. 1. Prædestinationis non est ut adoptionem filiorum. Sed Christus non conuenit esse filium adoptum: vt dictum est. Ergo Christus non conuenit prædestinatum esse.

2. Praeterea, In Christo duo est considerare, feliciter naturam humanam & personam. Sed non potest dici, quod Christus sit prædestinatus ratione humana natura, quia hec est falsa, humana natura est filius Dei: Similiter etiam neque ratione persona, quia illa persona non habet ex gratia quid est filius Dei.

sed ex natura prædestinationis autem est coram qua sunt ex subiecto: ut in Prima parte dictum est. Ergo Christus non est prædestinatus filius Dei.

3. Praeterea, Sic illud quod est factum, non semper fuit: & illud quod est prædestinationis, eo quod prædestinationis antecessionem importat. Sed quia Christus semper fuit Deus & filius Dei non propriè dicitur, quod homo ille sit factus filius Dei. Ergo pars rationis non debet dici quod Christus sit prædestinatus filius Dei.

Sed contra illud quod Apostol. dicit Rom. 1. de Christo loquitur, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.

Respondeo dicendum, quod sicut patet ex his, qua in prima parte dicta sunt prædestinationis proprie accepta, est quodam diuinâ præordinatione ab aeterno, de his que per gratiam Dei sunt fienda in tempore. Est autem hoc in tempore factum per gratiam vniuersi à Deo homo est Deus, & Deus est homo. Nec potest dici, quod Deus ab aeterno non præordinauerit hoc factum in tempore: quia sequeretur quod diuina mens aliquid de novo accideret. Et ideo oportet dicere, quod ipsa omnia naturarum in persona Christi cadat sub eterna Dei prædestinatione: & ratione huic, Christus dicitur esse prædestinatus.

Ad primum ergo dicendum, quod Apost. ibi loquitur de prædestinatione, quia nos prædestinatur ut simus filii adipisci. Sicut autem Christus singulari modo per aliis est Dei filius naturalis: ita quodam singulari modo est prædestinatus.

Ad secundum dicendum, quod sicut dicitur in Gleff. Rom. 1. quidam dixerunt prædestinationem intelligendam esse de natura, non de persona: quia scilicet humana natura facta est hec gratia, ut uniretur filius Dei in unitate persona. Sed secundum hoc locum Apostoli est in proprio, propter duo. Primo quidam ratione communis. Non enim in diuisione naturæ aliquis prædestinari, sed ipsum supponit: quia prædestinatus est dirigiti in factum, quod quidem est supponit agentem propriæ beatitudinis finem. Secundo ratione speciali: quia esse filium Dei, non conuenit humana natura: est enim hec falsa. Humana natura est filius Dei nisi forte quis velit ex expone extorta expositione. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, id est prædestinatus est, ut humana natura uniretur filio Dei in persona. Relinquitur ergo, quod prædestinatio attribuitur persone Christi, non quidem secundum se, vel secundum quod subtiliter in diuisione naturæ, sed secundum quod subtiliter in humana natura. Unde cum dixisset Apostolus, Qui factus est ex semine David secundum carnem, subiunxit. Qui prædestinatus est, est filius Dei in virtute, ut dare intelligere, quod secundum hoc, quod est factus ex semine David secundum carnem est prædestinatus filius Dei in virtute. Quemvis enim sit naturale illi persona secundum se considerata, quod sit filius Dei in virtute: non tamen est ei naturalis secundum humanam naturam, secundum quam hoc sibi conuenit per gratiam unionis.

Ad tertium dicendum, quod Origenes super Epist. ad Rom. dicit hanc esse literam Apostoli. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, ita quod non designatur aliqua antecessio: & similiter habet difficultatem. Alij vero antecessionem, quia designatur in hoc participio prædestinationis, refutant non ad id, quod est esse filium Dei, sed ad eam manifestationem: secundum illum conseruatum modum loquendam in Scripturam, quo res dicuntur fieri, quando innescatum, ut si sensis quod Christus prædestinatus est manifestaretur filius Dei. Sed sic non propriè prædestinationis accipiuntur nam aliquis dicitur propriè prædestinari, secundum quod diriguntur in finem beatitudinis: beatitudo autem Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo meius dicendum est, quod illa antecessio, quam importat hoc participationem, prædestinationis: non refutatur ad personam secundum seipsum, sed ratione humana naturæ: quia scilicet persona illa est ab aeterno facta filius Dei, hoc tamen non sicut semper, quod subtiliter in natura humana, facter filius Dei. Unde Augustinus dicit in lib. de Prædestinatione. Sandlerum. Prædestinationis est Iesu, ut qui fuerint erat secundum carnem filius Daniel, est tamen in virtute filius Dei.

Ei est considerandum, quod licet hoc participium praedicti a natura, importet antecessionem, sicut & hoc partis patrum factio: aliter tamen & aliud. Nam si pertinet ad ipsam rem secundum quod in se est, praedictum autem periret ad aliquem secundum quod est in apprehensione alienus praedictum. Id autem quo subest alius forma & natura secundum rem, potest approbatum, non propter sub formâ illâ, sed etiam absolute. Et quia absoluta non conuenit persona Christi, quod incepit esse filius Dei, conuenit autem in se, secundum quod intelligitur vel apprehenditur ut in natura humana existens, quia scilicet hoc eligendo incepit esse, quod in natura humana existens esset filius Dei; ideo magis est huc vera, Christus est praedictus filius Diuinus sita, Christus est falsus filius Dei.

Prae o explicatione huius articulo premittere oportet. Primum est cum Caietano hic, nomen praedestinationis usurpari posse tum simpliciter absque additione, ut cum dicimus, sanctus Petrus fuit praedestinatus; tum vero cum additione, ut cum dicimus, sanctus Petrus fuit praedestinatus ad apostolatum. Secundum est hic tria spectari posse. Primum actum diuinum praedestinandi. Secundum obiectum praedestinationis, nempe rei seu personam praedestinatam. Tertium rem, id est, terminum ad quem Deus obiectum praedestinat. Et quidem finis his tribus non est praedestinationis: quare quando usurpatum praedestinatio simpliciter absque termini additione, regula generalis est, ut terminus intelligatur beatitudine (supernaturalis, que cum non sit debita & naturalis hominibus, convenit illis ex gratia praedestinationis, & ex adoptione ad beatitudinem). At certe beatitudinem haec Christus est connaturalis & debita ratione personae diuinâ, cui est unica humanitas; atque propriece non conuenit falsum immediate ex gratia praedestinationis ad gloriam, sed ex alia gratia, ratione cuius sit connaturalis & debita beatitudine, quia gratia est vno hypostatica.

Hinc fit, ut in titulo articuli cum proponitis quaestio sine additione, videlicet, vtrum Christus conueniat praedictus esse; subintelligatur terminus non quidem communis omnibus hominibus, qui est beatitudine, sed proprius & singularis Christo, unde habet excellenter & singulare bonum virtute coniunctus beatitudinem, & plurima, caque maxima bona, quae est vno hypostatica, ut recte habet S. Thomas hic ad primum.

Conclusio igitur ipsius est: Christus est praedictus, ut probet sanctus Thomas considerat Christum ut subiectum, seu obiectum; gratiam vero vniuersitatem non quidem communis omnibus hominibus, qui est beatitudine, sed proprius & singularis Christo, unde habet excellenter & singulare bonum virtute coniunctus beatitudinem, & plurima, caque maxima bona, quae est vno hypostatica, ut recte habet S. Thomas hic ad primum.

ARTICVLVS II.

Vtrum haec sit falsa, Christus secundum quod homo, est praedictus esse filius Dei.

A d secundum sic procedunt. Videtur, quod haec sit falsa, Christus secundum quod homo, est praedictus esse filius Iesu Raguie in 3. p. S. Th. str. p. 9.

Dei. Hoc enim est unusquisque secundum aliquod tempus, quod est praedictum esse quod praedictum Dei non nullum. Ergo Christus secundum quod homo, est praedictus esse filius Dei, videtur segni quod sit filius Dei secundum quod homo. Haec autem est falsum, ergo & primum.

2. Praeterea, illud quod conuenit Christo secundum quod homo, conuenit cunctis hominibus, eo quod ipse est unius speciei cum aliis hominibus. Si ergo Christus secundum quod homo est praedictus esse filius Dei, sequentur, quod cunctis hominibus hoc conuenit. Haec autem est falsum, ergo & primum.

3. Praeterea, ille ab eterno praedictus est, quod est aliquando secundum in tempore. Sed magis hoc est vera. Filius Dei secundum quod est homo, quam ipsi Homo filius est filius Dei, supra habuum est. Ergo magis haec est vera, Christus secundum quod est filius Dei, praedictus est esse homo, quam conuenit, Christus secundum quod est homo, est praedictus esse filius Dei.

B Sed contra, est quod Aug. dicit in lib. de Prædict. San. Ipsius Dominus glorie, in quantum homo fallit est Dei filius, praedictus est decimus.

Respondeo dicendum, quod in praedestinatione duo possunt considerari. Unum quidem ex parte ipsius praedestinationis aeternae, & secundum hoc importat antecessionem quandam in respetu eius, quod sub praedestinatione cadit. Alio modo potest considerari secundum effectum temporalem: qui quidem est aliquod gratitudo Dei donum. Dicendum ergo, quod secundum utrumque illorum attribuiatur praedictio Christi ratione solius humanae nature. Nam humana natura non semper habuit Verbo unius: & etiam hoc per gratiam est collatum, ut filio Dei in persona vivatur. Et ideo falsum ratione humanae nature praedictio concepitur Christus: unde Augustinus dicit in lib. de Pred. Sancti. praedictus est illa humana natura ratione & tam celso & summa subtilitate, ut quo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenit, si secundum quod homo, quod ei conuenit ratione humanae nature. Et ideo dicendum est, quod Christus secundum quod homo, est praedictus esse filius Dei.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicimus Christus secundum quod homo, est praedictus esse filius Dei, haec determinatio secundum quod homo, potest referri ad alium significatum per participationem duplicitate. Uno modo ex parte eius, quod materialiter cadit sub praedestinatione: & hoc modo est falsa. Etenim sensu, quod secundum quod homo, sit Christus, secundum quod homo, sit filius Dei: & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo potest referri ad ipsum proprium rationem alias: prout scilicet praedictio importat in sua ratione antecessionem & effectum gratiarum. Et hoc modo conuenit Christo ratione humanae nature: ut dictum est. Et secundum hoc dicatur praedictus, secundum quod homo.

Ad secundum dicendum, quod aliquid potest conuenire alieni homini ratione humanae nature duplicitate. Uno modo sic, quod humana natura sit causa illius, sicut est risibile conuenit sensu ratione humanae nature, ex cuius principiis causatur. Et hoc modo praedictari non conuenit nec Christi, nec alicui homini ratione humanae nature, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo dicuntur conuenire aliquod alius ratione humanae nature, cuius humana natura est suscepit, & sic dicimus Christum esse praedictum ratione humanae nature, quia praedictus refutatur ad exaltationem humanae nature in ipso, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de Pred. Sancti. Ipsa est illa insufflatum fides a homini a Deo verbo suscepito singulari, ut filius Dei & hominis simili, & filius hominis proper suscepit hominem, & filius Dei proper suscepit unigenitum Deum veraciter & propriè diceretur. Et ideo quia illa suscepit sub praedestinatione cadit, secundum gratitudo, et trunque potest dici, scilicet quod est filius Dei praedictus, si est homo, & filius homini praedictus est esse filius Dei. Quia tamen gratia nostra est facta filio Dei ut est homo, sed non humanae nature, ut filio Dei uniretur: magis propriè potest dici, quod Christus secundum quod homo, est praedictus esse filius Dei, quam quod Christus secundum quod filius Dei praedictus est esse homo.

STATVIT sanctus Th. articulo superiori, Christum esse prædestinatum, quia factum est in tempore, & præordinatum in æternitate, ut homo esset Deus, & Deus esset homo, & virtutem cœnunt Christo, scilicet esse Deum qui est homo, & esse hominem qui est Deus, là de modo loquendi, & tribuendi Christo esse prædestinatum in propositione affirmante, potest esse quæstio quoad virtutem terminum, scilicet Dei & hominis; nempe an sit virtus dicere, Christus secundum quod homo est prædestinatus esse Deus & Christus secundum quod Deus est prædestinatus esse homo. S. Th. huc examinat priorem propositionem non sub termino Dei, sed filii Dei, qui est proprius huius personæ, & huius Dei qui est Christus. De posteriore vero dicit aliquid in response ad tertium, & ferè concludit idem quod de priori.

Conclusio est eam propositionem esse veram, & veritas eius fundatur in veritate conclusionis superioris articuli quodam tria. Primo, quod factum sit, ut homo sit Deus. Secundo quod hoc ipsum sit terminus prædestinationis. Tertio quod hæc duo conueniat ipsi ratione naturæ humanae, nempe ut ratione gratiae unione facte naturæ humanae, sit prædestinatum ut homo sit Deus, & conueniat Christo esse hominem, qui sit Deus. His politis argumentum S. Th. in hoc art. est: Quidquid conuenit aliqui ratione humanae naturæ, conuenit ipsi ut homo sit; sed Christo ratione humanae naturæ conuenit prædestinatum esse ut sit homo, qui sit Deus, & filius Dei: ergo conuenit ipsi secundum quod homo quod sit prædestinatus esse filius Dei: igitur vera est ea proprie.

D I S P U T A T I O N E XXXI.

An posuit dici, Christus, seu homo, vel hic homo prædestinatus est filius Dei.

DIFFICULTAS est tū de locutione ipsa, tum præstutio de sensu Apoll. ad Rom. 1. occasione cuius hæc quæstio à Theologis tractatur. Ac primò agetur de locutione, deinde de sensu Apolloti.

Quod primum huic propositioni, homo, vel hic homo prædestinatus est Deus, posset ad liberti distinctione hæc, scilicet ut partiprium prædestinatus cadat super subiectum huius propositionis, de quo prædicatur, & dicatur quod sit prædestinatus. Secundū ut non cadat supra subiectum, sed supra compositionē ipsam, ut sit sensus, præordinatum est, seu prædestinatum, ut homo sit filius Dei, eo modo, quo sanctus Thomas supra q. 16. art. 7. dixit post sumi hæc propositionem, homo factus est Deus, id est, factum est ut homo sit Deus. Et quidem hoc posteriori sensu dubium non est de veritate huius propositionis; nam difficultus est statuere veritatem huius propositionis: Homo factus est Deus, vbi agitur de actione in te, eiisque subiecto, & forma, qua est terminus actionis in te, quam veritatem huius, homo prædestinatus est Deus, vbi solùm agitur de compositione in mente, ut dicetur etiam infra; & tamen illa propositio, homo factus est Deus, vera est. sic sentiunt Durandus in 3. diff. 7. q. 3. Palud. b. & alij.

Difficultas vero est de priore sensu, in quo negant esse veram Durandus, & Paludanus. Fundamentū ipsorum est, quia terminus prædestinationis non conrinetur in obiecto, id est, in te, seu persona, qua prædestinatur, quia nihil prædestinatur ad suum esse, quod habet: Christus autem & homo, vel hic homo, qui ponitur hic ut obiectum prædestinationis, est filius Dei, & hanc filiationem in conceptu suo includit: ergo non potest prædestinari ad hoc ut sit filius Dei.

Aliorum sententia communior est, Christum, seu hominem, aut hunc hominem, verè dici prædestinatum, ut sit filius Dei. Hæc sententia non alio modo probari potest, nisi assignando distinctionem inter terminum prædestinationis, & obiectum eius, id est, tem prædestinatum, ita ut terminus non contingatur in obiecto. Et quoniam id quod sit tale supponitur forma per quam sit tale; & id quod prædestinatur, ut sit tale, supponitur termino, que prædestinatur, ut sit tale; oportet etiam assignare aliquam prioritatem inter obiectum, & terminum.

Primum igitur id est, distinctionem quatuor modis explicatur inuenio. Primum est quoniam qui dicunt, obiectū prædestinationis huius est filium Dei, & humanitatē quatenus præintelligunt unionem; terminum vero est filium Dei ad hoc prædestinatum, ut in substantia subsistens sit filius Dei. Sed hic modus non est ad rem; nā primū filius Dei, & humanitas præintelligens unionem non sunt aliiquid vnum obiectum, quod supponatur prædestinationi, neque habent aliiquid commune nomen: non ergo potest dici Christus vel homo, & hic homo est prædestinatus filius Dei. Deinde sumunt filium Dei per se ut filium Dei tanquam obiectum, idemque est terminus: non ergo distinguunt.

Secundus modus est Caiet. hæc art. dicentis, obiectū prædestinationis esse Verbum incarnatum, ut abstractum à personali unioni cum humanitate; & ab accidentali unioni cum illa tanquam cum templo, quam solū admittunt heretici; terminū vero est filius substantialem unionem; ita ut sit ordo inter Verbum, ut habens carnem, & seipsum ut habens carnem personaliter unitam, sicut inter commune & proprium; & hoc est Christum seu hunc hominem prædestinatum esse ut sit filius Dei. Hic modus Caietani ponit quidem aliiquid vnum obiectum; ceterum si illud sit vnum significans directè filium Dei, similiq[ue] humanitatem vniuersitatem confusa sumpta abstracta à personali & accidentiali; certè hoc vnum non potest dici Christus, seu homo, & hic homo, quoniam vnum huius nominis tam apud Apost. ad Rom. 1. vbi dicitur Christus prædestinatus filius Dei, quam apud omnes præterim Theologos disputationes de veritate huius propositionis, est ut significetur vno personalis, & Verbum vniuersitatem personaliter. Præterea secundum hunc modum confunditur terminus, qui est filius Dei, cum obiecto: nā obiectū est aliiquid abstractum solū à qualitate vniuersis, non vero à persona, qua vnitur, scilicet filio Dei: atque filius Dei est terminus: confunditur ergo terminus cum obiecto. Si iverò illud vnum significet directè Verbum, & connotet incarnationem abstractè sumptam; multe clarius sequitur idem absurdum, scilicet non distinguere terminum ab obiecto.

Tertius modus est Vaquez, qui procedit ex sua sententia, quam 1. p. quesit. 157. & hæc supra diffut. 63. cap. 4. docuit, scilicet nomina concreta naturalia homo, his homo, Deus, &c. significare directè naturam, tum communem, tum singularem; indirectè vero suppositum. Hinc autem in re propria, hominem, sive hunc hominem significare naturalam humanam determinatam tum in specie, tum in individuo; suppositum vero vagè hoc, aut illud, creatum, vel increatum, & rursus increatum, qui vel sit filius, vel pater, vel Spiritus sanctus: & propter distingui hominem & hunc hominem à filio Dei vel Spiritu sancto, vel persona creata significata sub aliquo nomine creatura, & hominem posse esse obiectum prædestinationis; esse verò filium vel Spiritum sanctum, esse terminum: & prædestinari hominem ad hoc ut sit filius Dei, prædestinatione gratiae, quin etiam ad hoc ut sit persona creata

E

lud, creatum, vel increatum, & rursus increatum, qui vel sit filius, vel pater, vel Spiritus sanctus: & propter distingui hominem & hunc hominem à filio Dei vel Spiritu sancto, vel persona creata significata sub aliquo nomine creatura, & hominem posse esse obiectum prædestinationis; esse verò filium vel Spiritum sanctum, esse terminum: & prædestinari hominem ad hoc ut sit filius Dei, prædestinatione gratiae, quin etiam ad hoc ut sit persona creata

creata prædestinationi prædestinatione naturæ; & obiectum hoc secundum rationem esse prius termino, licet in re nullo modo, ne quidem natura, sit prius propone de teste dici hominem & hunc hominem prædestinatam esse etiam ut sit filius Dei. Sed primùm opinio haec, quod nomen concretum naturæ significat directe naturam, suprà nobis circa questionem 16. refutata est. Deinde etiam si concretum nomen homo dicitur significat natum, & solum indirecte suppositum; tamen hæc indirecta significatio suppositi per se continetur in subiecto dictæ propositionis, seu in obiecto prædestinationis, hoc ipso quod non prædestinatur natura abstractè significatur, sed in concreto, concretum enim ab abstracto differt per additionem suppositionis, & se habent ut includens & includum: ergo ut statutum an homo, & hic homo possit esse obiectum prædestinationis, statuere oportet an prædestinatione haec possit conuenire supposito siue vagè, siue determinatè sumptu, quod per nomen concretum naturæ siue directè, siue indirectè significatur: parum ergo restat ad hanc questionem, quod nomine concreto dicitur vel indirecte natura significetur.

Quartus modus est Suarez disq. 50. sect. 2. & aliorum; quod videlicet cùm in natura humana possint subsistere variæ suppositiones, scilicet creatum, vel ineratum; & tunc ex ineratis quodlibet ex tribus pater vel filius, &c. non solum possumus spectare naturam humanam determinatè, & suppositionem vagè, ut spectabat prior modus; verum etiam possumus spectare vagè suppositionem, id est, subsistens in humana natura, quod potest determinatè esse tale, scilicet ineratum, vel eternum, &c. & cùm liberum Deo sit posse hoc, vel illud; non absque fundamento datur locus considerationi, qua spectetur subsistens in humana natura distinctum tatione à tali subsistente; & hoc ipso quod operatio Dei sit facere, ut sit tale, & id, quod sit tale, debet supponi ut prius forma, per quam sit tale; spectetur ut prius prioritati subsistens in natura humana, quā tale subsistens: tametū non prius sit prioritate in re, ne quidem natura; quandoquidē confusa non sunt priora determinatis, nisi prioritate à quo secundum subsistendi consequentiam, non autem prioritate natura.

Rursus autem cùm sit opus gratia quodd subsistens in humanitate sit filius Dei, prouidet illa libera Dei, qua hoc statutus ab æterno, habet rationem prædestinationis, qua definitur à sancto Thoma, quod sit divina præordinationis ab æterno de his, qui per gratiam Dei hent in tempore: ergo cùm dicitur homo, vel hic homo prædestinatus est filius Dei, sensus est, subsistens in humanitate prædestinatus est, ut sit filius Dei, seu persona diuina & humana.

Ez dicit sequitur non posse similitudinem dicere, filium Dei, vel Verbum Dei prædestinatum esse, ut sit filius Dei, quia haec nomina supponuntur determinatè pro persona diuina filii Dei, id est, non distinguunt terminus ab obiecto, sine qua distinctione non habet locum prædestinationis, & ordo, qui necessariò debet esse inter distincta. Idem dicitur de hoc nomine, Christi, si absolute accipiatur absque additione, quia supponitur pro filio Dei: ut vero addatur determinatio, ut homo potest esse obiectum prædestinationis, ad eum filij Dei: nam hæc additio distrahit acceptiōne & sensum nominis Christi, ut non accipiatur secundum determinatam acceptiōnem, que dicitur hoc nomine, Christus, sed secundum indeterminatam, quia notari potest hoc nomine, homo, ut sit sensus, Christus non spectatur ut filius Dei, & ut subsistens in divinitate, sed ut subsistens in humanitate, ac proinde solum per se spectando subsistens in humanitate substantiatione communis subsistentis in illa, prædestinatus Ios. Raguza in 3. p. S. To. tral. post.

A est, ut sit filius Dei.

Ex his primis soluitus quod obiecti potest, nempe Christus ut homo non est filius Dei: ergo Christus ut homo non est prædestinatus filius Dei. est enim falsa illatio: nam homo in antecedente sub particula, ut, & quatenus, sumitur formaliter, significat humanitatem esse rationem, cur prædicatur hoc, filius Dei insit huic subiecto, Christus, quod est falsum: in cœquente vero sub verbo, prædestinatus, sumitur materialiter, simulque cœfusus, ut iam declarauimus, ut significet subsistens in humanitate, & ita est verū, est enim sensus, subtilis in humanitate prædestinatus est, ut sit filius Dei; quo fieri modo respondet S. Thom. art. 2. ad primum.

Hinc fecundū habetur dissensio inter has duas propositiones, Christus ut homo factus est filius Dei, & Christus ut homo prædestinatus est filius Dei natura: nā in prima propositione subiectū, ut homo, sumitur determinate secundū determinationē quā habet in re, quod sit filius Dei: prædicatur enim actio realis, id est, factū esse, quod nō est nisi eirea subiectū determinatū. In secunda vero nō sumitur determinatē secundū determinationē, quā habet in re, sed sumitur cōfusē, prædicatur enim actus mentis, qui potest rē abstracta here a pluribus, ad quæ sit indifferens. Quod si penes eū, qui ita abstracta, potest sit determinatē illā in re, potest apud te rem sic natura sua abstractam, determinare ad unū operatione mentis priuiliquam in re, & illa indifferens, quā tes haec natura habet ad plura, fundamentū est, quo possumus spectare rē indeterminatā priorem ratione termino ad quē determinatur.

Exponit locus Apol. ad Rom. I. §. 1.

Quoad secundū id est, quoad locū hunc Apostoli loquēs de materia & subiecto Euāgelij, qui erat filius Dei, subdit: *@ us fatus est ei ex semine David secūdū carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundū spirituali sc̄lificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri, per quem accipimus gratiam, &c.* Cōtrouertia est apud interpretes & Theologos de lectione, tunc de sensu illius verbī, qui prædestinatus est. Ac primum de lectione. Legunt quidam: *Destinatus, destinatus, nō prædestinatus.* & hanc volunt esse legitimam lectionē, eo quod in exemplarib⁹ Græcis habeatur *ἐπιθέτως*, non *τροπῶς*, ita Origenes hic, qui refutat exemplaria legunt *προποδίτης*. Hier. in Epistol. ad Ephesi. 1. & Tertul. lib. contra Prætā, quan lectionem sequuntur Cyrillus lib. de retia fide ad Reginas, Chrysost. Theod. & OEcumen. in comment. Alij legunt *prædestinatus*, ut habet lectio Latina, scilicet Ambrosii, & Aug. in comment. Irenaeus cap. 18. lib. 3. & cap. 33. & inter Græcos Athan. lib. 3. de assumptione hominis. & Epiph. herv. 54. in fine, cuius verbū Latinus interpres infideliter interpretatus est verbo, *qui declarans est*, cū Græci legantur *προποδίτης*, censendū est olim varia sive usque exemplaria Graeca, nō enim Athan. Epiph. Iren. Amb. & Aug. sic legiliscent, nec interpres Latinus sic vertit, nisi exemplaria sic habuissent. Quare non est ut recedamus à vulgata lectione, quam Ecclesia amplectitur, cū nota minus sit probabilis, quā illa, quæ verbum habet simplex *ἐπιθέτως*.

De sensu sive varia opiniones, pro quarū disterit oblerandū est, ex his, qui legunt *ἐπιθέτως*, & *τροπῶς*, & *ἐπιθέτης*, nō *προποδίτης*, quodā conuenient cū iis, qui legunt *προποδίτης* & *προποδίτης*, in eo quod præpositio *της* nō variet sensum, quem sine ea habet verbum simplex *ἐπιθέτως*, sed sive synonyma, quodā non cōvenient; volunt enim eam particularē nonnullū denotare tempus, idque precedens, alijs verū auctorē, ut idem sit, ac magis vel valde. Ruris quādam vtrumque vocabulum, id est, tam *προποδίτης* quād compositum accipiunt in proprio sensu ac natiuitate, qui est terminat, finire, definiere, acti gravitatem

L 2. 201. 431.

circumscribere; nam ἄριτος derivatur à voce ἄριτος, quæ A idem est ac terminus, limes, finis regionis aliquius, vel agri; quidam verò vtrunque accipiunt impropriæ per figuram metalepsim, ut idem sit, ac declaro, demonstro, manifesto; sunt ergo variae expositiones non solum inter eos qui vario modo, verum etiam inter eos qui eodem modo accipiunt hanc vocabula; in primo ordine sunt, qui sequuntur sensum figuratum, & in eo convenienter audentes tam ex numero corum, qui legunt verbum simplex, quam ex his, qui legunt compositum, non agnoscentes disserentes inter simplex & compositum. Est ergo expeditio ipsorum, quod Apostolus docere voluerit tuisse manifestatam diuinitatem Christi, quæ latebat, vt sensus verborum eius sit, de filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem (vbi scilicet latebat) quippe (ne lataret) destinatus est, seu prædestinatus est, id est, demonstratus & declaratus filius Dei. Est Chrysostomus, Theod. OEcumen. ex his qui legunt ἄριτον, huc pertinet ex his, qui legunt ἄριτον, Augustinus in expositione inchoata epist. ad Rom. cuius expositiō secundo loco est, vt sit idem quod apparet. Itenque Ambros. & Glossa ordinaria in hunc locum, & Toletus annotatione 9. in fine.

In secundo ordine sunt, qui sequuntur sensum proprium, nullumque ponunt discrimen, saltem quoddam hoc pertinens inter verbum simplex *destinatus*, & compositum *prædestinatus*, & sub hoc ordine sunt variae expositiones. Prima verbum prædestinatus, siue destinatus, non refertur ad filium Dei per se tanquam ad terminum, ita vt filius Dei sit per se finis & terminus adiquatus prædestinationis, seu destinationis; sed finis & terminus sit filius Dei secundum ea, quæ loquuntur, scilicet, In virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri, quod est dicere esse destinatum filium Dei ad salutem dominum, qui perficit virtute secundum spiritum sanctificationis, nimirum quo sanctificet homines ex resurrectione Iesu Christi, qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrectus propter iustificationem nostram. Faut huic expeditio Greca lectio, que vbi Latinæ habetur: qui prædestinatus est filius Dei, habet etiā opidū tuū bñū in dñis, videlicet destinato filio Dei in virtute. Est expeditio Cyrilli lib. 1. ad Reginas, & D placuit Augustino in expositione inchoata in Epist. ad Rom, quem sequuntur Titelmanus & Caietanus in eandem epis.

Secunda expeditio hanc prædestinationem tribuit humanitati que prædestinata dicitur ad uitonem cum filio Dei, ita Amo & Hugo in hunc locum Apost. & quidem de recipia an humanitas possit dici prædestinata, dicetur infra. Nam quod attinet ad sensum Apostoli, non est ad te, nam posuit hic ab ipso ut obiectu prædestinationis filius Dei seu Christus vt homo, & hunc refert relatum illud quia, præterea dicitur prædestinatus, ut si filius Dei: at verò humanitas neque est filius Dei, neque prædestinata est, vt sit filius Dei.

Tertia expeditio est, vt dicatur prædestinatus filius Dei non secundum generationem eternam, sed ex resurrectione mortuorum, quæ est regeneratio, secundum quod iij, qui resurgunt ad vitam immortalē, dicuntur filii Dei, qui ratione nominantur dicitur filius Dei Christus Ad 1. 3. vbi hoc sensu accipitur quod dicitur Psalmus 2. Filium meum es in meo hodie genui te. & propterea ad Ephes. 1. Christus dicitur primogenitus ex mortuis. Hanc expeditio tradit Anselmum secundo loco. Accedunt alii, sed non tam perficiunt, scilicet Augustinus in expositione inchoata illius loci, Primasius, Sedulius, & Hieronymus. Clarius tamen ita exponit Augustinus hunc locum tral. 105. in Ioannem. Sed hæc expeditio non videtur ad mentem Apostoli, nam ante verbum illud, ex resurrectione mortuorum Domini nostri

Iesu Christi, non ponit immidiatè filius Dei, sed interponuntur quadam verba, quæ distrahunt hæc verba a dicto sensu, scilicet, in virtute secundum spiritum sanctificationis, vbi notatur sanctificatio proueniens ex resurrectione.

In tertio ordine sunt, qui sequuntur sensum proprium, & ponunt discrimen quod rem significatam inter verbum simplex *destinatus*, & compositum *prædestinatus*, & sub hoc sunt duas expositiones, prima quæ particulam τὸν ἄριτον, pre Latinam, in verbo composito *prædestinatus*, accipiunt secundum vim augendi, quani non habet in verbo simplici *destinatus*; hæc enim particula tanq; apud Latinos, quam apud Graecos non lolum antecellionem temporis, verum etiam ordinis significant; quo sensu dicimus aliquem prædilectum, præelectum, id est, plurimum alios, & iupia alios dilectum. In presenti ergo volunt prædestinatum idem esse ac pra alios omnibus hominibus destinatum filium Dei. Ceterum non inuenio, qui tamen perspicue verbum, *prædestinatus*, sumpta præpositione secundum ordinem modo iam explicato intelligent in sensu proprio; vt idem sit, præ alios omnibus destinatus, ut sit Dei filius; in sensu verò improposito accipit Toletus in commentario & annotationibus, vt dicatur prædestinatus filius Dei, quia præ omnibus aliis filius Dei stabilitur, comprobatur, designatur, & designatur; ipse enim est filius naturalis, certeti adoptati.

Secunda expeditio accipit verbum, *prædestinatus*, in sensu proprio sub præpositione *pre*, & προδεντante antecellionem temporis, eo sensu, quo accipere sollemus hoc verbum, vbi agitur de prædestinatione hominum, præfert ad gloriam, & gratiam, nimirum, vt dicatur ab æternio Christus homo prædestinatus, vt in tempore sit Dei filius. Itaque Apostolus accipit filium Dei vt homo est, cùm ait: De filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, & sermo præcedens hoc postulat; nam Euangelium promiliū à Prophetis, & Scripturis, quod præmittit his verbis Apostolus esse de filio suo; & de homine filio Dei, & quidem perficiū de homine, scilicet de filio Dei vt homo est; non sic perficiū, sed obicitūs de ipso vt Deus est. Particula etiam addita, qui factus est ei ex semine David; hoc ipsum omnino determinat, dum filium Dei, qui est filius ipius, & genitus ei generatione æternæ secundum diuinitatem, dicit filium suum ex semine David secundum carnem; de hoc ergo eodem homine subiungit illa verba: qui prædestinatus est filius Dei in virtute, &c. id est, idem homo, qui factus est secundum carnem, prædestinatus est ab æternio vt in tempore sit filius Dei naturalis. Hæc expeditio est Augustini lib. de prædest. sanctorum cap. 1. & de bono perseveranti cap. 8. & tral. 105. in Joan. Bernardi lib. 5. de conf. circa fidem, dicens, Dominus a bone illam, qui prædestinatus est filius Dei, sibi copulavit. Accedit Beda & Glos. interl. Lyra, Carthusianus, & Adamus in hæc epis. S.Thab. & bicart. 2. & iii. sentent. distillat. 7. vbi Magister & Scholastici, Bonai. art. 2. q. 3. Richard. art. 2. Scot. q. 2. Matfr. q. 3. art. 1. Alfr. p. 9. q. 3. memb. 2. & 3. Luxta hanc expeditio cùm dicitur: qui prædestinatus est filius Dei in virtute, &c. Id quod additur in virtute, &c. non determinat terminū & finē prædestinationis, vt non sit esse filii Dei, sed sicut illa opera filii Dei, quæ sicut in virtute, vt volunt quidam rectories, qui propterea reiciunt hanc expeditio; sed determinat finē ob quæ hominē sit prædestinatus filius Dei, nèpē vt sanctificari, &c. Itaque hæc expeditio ponit duos fines prædestinationis, vnu immediatū & proximū, qui est eis filii Dei naturalē, alterū mediātū & ultimū, qui est sanctificatio hominē ex resurrectione mortuorū, &c. Et prior hæc rationē medijs respectu posterioris, sicut decretū incarnationis respectu decreti redēptionis, vt sup̄a dixim". Itaque

Itaque qui relictum hanc expositionem, non agnoscent iuxta mentem Apostoli esse prædestinationem à Deo, ut homo sit filius Dei naturalis, nec esse effectu prædestinationis hominem esse filium Dei naturalē, sed solum prædestinatum eum dictum opus sanctificationis, &c. hæc autem iam proposita expositione agnoscat virtutemque, nec videtur rei scienda, quamvis exposuit Graecorum non caret probabilitate.

Solum potest obici contra hanc, quod homo, seu filius Dei vt homo, qui ponitur obiectum prædestinationis, includat eius terminum, id est, filiationem diuinam, cum hic homo sit filius Dei: sed satis supra explicatum est quomodo hic accipiat nomen, homo, & non includat terminum prædestinationis.

DISPUTATIO XXXII.

An rectè datur, filium Dei prædestinatus est vt sit homo.

 V o sunt certa. Primum est, si participium prædestinationis non cada super filium Dei, sed supra compositionem ipsam hominis cum filio Dei; vt sit sensus prædestinatum eum, & præordinatum, vt filius Dei sit homo; veram esse eam propositionem, vt supra etiam notavimus; tamen hi sensus est minus proprius. Secundum est, si nomine prædestinationis late sumamus pro quaenam ordinatione viuis rei ad aliam, tanquam obiectum ad finem & terminum, vera item est, etiam vobis prædestinationis referatur ad filium Dei tanquam ad subiectum, seu obiectum; sicut S.Thom. art. 2. q. 3. & alij: nam id quod solum est in tempore à Deo, præordinatum est fieri ab æterno in mente diuina, ne ponamus in illa aliquod accidens: in tempore autem filius Dei factus est homo; ergo & ab æterno sicut præordinatum, & prædestinatum, late sumptuosa prædestinatione.

Dubium ergo est si nomine prædestinationis sumatur proprius, sic enim non significat præordinationem ad quaenam terminum, sed determinat ad terminum qui sit gratia & beneficium eius, qui præordinetur, cuiusmodi non est respectu verbis esse hominem, quod venit ab Apostolo ad Philip. 1. dicitur exinanitio. Propter hoc argumentum S.Thomas art. 2. ad 3. ait pragmatis propriis dici quod Christus secundum quod homo est prædestinatus esse filius Dei, quām quod Christus secundum quod filius Dei, sit prædestinatus esse homo: quia, inquit, gratia non est facta filio Dei, vt esset homo, sed potius humana natura vt filio Dei vniuersetur. Durandus in 3. diff. 7. q. 3. & 8. q. 9. & Albertus art. 6. non solum comparatio nūnus propriam, verum absolute impropiam dicunt esse hanc propositionem ob dictam rationem, quod sequitur Valquez diff. 92. cap. 1. Alij dicunt etiam cum propriate sermonis polle dici filium Dei prædestinatus, vt sit homo; tribuitur Richardo in 3. diff. 7. art. 2. q. 2. Sed ipse quanquam dicit simpliciter esse concedendam hanc propositionem, tamen in tota questione & responsionibus ad argumenta solum expicit, & docet illam secundum rationem communissimam præordinationis ab æterno rei qua sit in tempore, & non meminit gratiae: Suarez diff. 50. coll. 1. meminit gratiae, & ad obiectum propositionem responderet, ad veritatem illius locutionis non esse necessarium vt gratia sit ei, qui denominatur prædestinatus; potest enim per gratiam factam vnu, alter secundum denominacionem extirpescant dicti prædestinatus: nam similiter per mutationem solum humanitatis sit homo Verbum Dei absque illa sui mutatione. Sed non videtur simile

Ig. Regula in 3. p.S. Th. art. 1. p. 1.

A exemplum, nam dicta mutatio, quamvis solum sit in humanitate, tamen includit duos terminos per se eo quod effectus eius immediatus formaliter sit vno duorum, cum alijs in alijs mutationibus, tum in hac mediatis vero sit compositum, quod per se constat extremis, ideoque hæc mutatione ponit aliqd realiter in Verbo scilicet vnonem, & rem vnitam tametsi absque eius mutatione. At vero gratia, seu vno sub ratione gratie respicit tantum vnum terminum scilicet humanitatem; alterum vero non solum non respicit, verum potius excludit secundum hanc rationem gratia, hoc ipso quod respectu illius fieri exinanitio, ideoque prædestinatione pro vt significat præordinationem ad beneficium, non potest Verbo conuenire.

Potest ergo sumi materialiter filius Dei prout significat hoc subsistens in humanitate, & hunc humanem, seu concretum naturam humanam, cui facta est gratia, qui homo ab æterno prædestinatus sit, vt sit homo; & hoc modo vera est hæc proppositio, quamquam minus proprii sub verbo prædestinationis proprii accepto, vt facetur Suarez. Puto ergo sentendum simpli citer dum priore sententia.

DISPUTATIO XXXIII.

An absolute posse dici, Christus est prædestinatus.

 I C E N D V M est propositione hanc, Christus est prædestinatus, esse absolute veram, non solum cum additione quatenus homo, verum etiam absque additione. Ut probetur, suppono in hac & similibus propositionibus, quæ simpliciter pronuntiat aliquæ esse prædestinatum, subintelligi terminum prædestinationis præter obiectum. Potest autem hic duplex terminus assignari. Primum conum nissimum, qui in vnu communis denotatur nomine prædestinationis, sed hæc est gloria supernaturalis. Secundum proprius, qui denotatur nomine Christus: cum enim Christus sit opus quoddam eximium non solum inter opera naturalia, verum etiam inter omnia supernaturalia, atque idea singulari quadam & exinia prouidetia pronsum; videtur ipsi sumere posse dici per se terminum prædefinitionis. Vtique sensu hæc propositione est vera, ac de primo constatnam Christus id est, asubsistens in duabus naturis, propter quæque de illo dici potest prædestinatio conueniens ratione viuis naturæ, cuiuslibet est quæ respicit gloriam vt terminum. Itenq[ue] prædestinatione non conueniens quidem ratione viuis vel alterius naturæ, verum quatenus est vnum compositum. Et vero gloria conuenient ratione naturæ, quoniam est vnum prædictatis, quæ dicitur de toto ratione naturæ, nimirum intellectualis, non ratione corporis, & cum sit bonum creatum, non potest dici de Christo nisi ratione viuis naturæ, scilicet creatæ. Porro gloria creata, quam accepit in tempore, sicut præordinata ab æterno ipse Christo, quod est, Christum fuisse prædestinatum ab æterno; & in vniuersum cum dicitur quis simpliciter prædestinatus sine addito, subintelligitur ad gloriam: ergo Christus, qui est prædestinatus ad gloriam, potest dici simpliciter prædestinatus, quod tecce docet Richard. diff. 7. art. 2. q. 1. ad 1. & Bonavent. ibidem in corpore questionis. Nec obstat quod gloria sit connaturalis Christo homini, & prædestinatione sit de his, quæ per gratiam habent in tempore: nam fundamentum ratione cuius est connaturalis gloria, est vno, quæ est opus gratiae. Dies, ratione huius gratiae vniuersis non potest dici Christus sine determinatione prædestinatus,

L 3

vt sit filius Dei: ergo nee potest dici sine hac prædestinatione ad gloriam. Respondeo etia; difficulter inter veranque propositionem, quod in prima predicatione, seilicet filius Dei, non determinat subiectum quod est Christus, ut supponatur pro subsistente in natura humana. Ideo debet apponi determinatio ex parte subiecti: at verò in posteriore gloria creata, & vox, prædestinatus, quæ simplieriter accepta denotat gloriam creatam, vt terminum, determinat subiectum nomen Christus, ut supponatur pro subsistente in natura humana.

Iam verò secundum initio propositionis, nempe quod ipse Christus possit esse terminus prædestinationis, & subintelligi in voce prædestinatus; declaratur, & probatur. Nam primum Christus, ut dixi, est opus factum in tempore, & prouisum ab aeterno ex tua prouidentia, que prouidentia dum prouidet alia opera naturalia, quanvis eximis, & dum prouidet bona supernaturalia, que vel non pertinent ad naturas supernaturales, vel non pertinent ad summum ipsorum bonum, cuiusmodi est gloria supernaturalis, non dicitur prædestinationis, sed retinet communis nomen prouidentie: at verò cum Christus sit summum quoddam bonum maius gloria, illaenque virtute continens, sicut bonum naturae rationalis, metu prouidentia que prouidetur ipse, dicitur prædestinationis.

Et quidem recte potest dici, Christus est prædestinatus, ut sit Christus, sicuti dici potest, mater Christi est prædestinata, ut sit mater Christi; & Beatus est prædestinatus, ut sit beatus. Ratio est, quia esse beatum, esse matrem Dei, esse Christum, habetur ex præordinatione secundum gratiam; & hanc vim habent hi modi loquendi: nos similiter dici potest Adä vel homo est prædestinatus, ut sit Adam, vel homo; bene potest dici, est præordinatus & prouisus, ut sit Adam, vel homo quia non lumen prouisi secundum gratiam, & secundum supernaturalem ordinem, sed secundum naturam & naturalia: & in his propotionibus nomen, Christus, Adam, Beatus, mater Christi, sumuntur materialiter, & denotant personas confusè ex parte subiecti propositionis; formaliter autem ex parte prædicari, & sic distinguuntur obiectum, & terminus prædestinationis, seu præordinationis: non potest autem similiter dici, filius Dei est prædestinatus ut sit filius Dei; quia filius Dei non habet ex gratia vel præordinatione quod sit filius Dei, nec fuit factus in tempore filius Dei, sed habet ex necessitate generationis ab aeterno. Similiter nec potest dici sine addito, quatenus homo Christus prædestinatus est filius Dei, quia Christus simplieriter supponitur pro filio Dei, qui non habet ex gratia, quod sit talis; sicut autem potest simplieriter dici, Christus est prædestinatus, ut sit Christus & dici potest simplieriter, Christus est prædestinatus, subintelligendo ut sit Christus.

Quod si queras, quando dicimus absolute, Christus est prædestinatus, ut et terminus potius subintelligatur, Christus ne, an verò gloria: Respondeo priuimum attendenda esse circumstantias, cum enim loquimur de ipsa in materia prædestinationis communis, vel de influxu, quem habet circa prædestinatos, terminus intelligitur gloria; cum verò loquimur extra circumstantias, subintelligendum Christus ipsisimò & loqui de ipso extra circumstantias, est circumstantia sufficiens ad subintelligendum Christum, tunc quia loquendo de aliquo pro statu huius vite, si vocarius illum prædestinatum, intelligimus expectare gloriam, & nondum esse consecutum: Christus autem habuit illum in hac vita: tunc quia intelligimus Christum esse beatum, seu fuisse ab aeterno prædestinatum ad beatitudinem, non ex immediata electione ad illum sicut

alii homines, sed ex eo quod sit Christus & filius Dei, sicut ex hoc concipiimus ipsum ut sanctum, iustum, &c. ergo si intelligimus ipsum esse prædestinatum ad gloriam, id intelligimus ex eo quod sit prædestinatus ad hoc ut sit Christus. Atque hoc expressius videtur Concilium Tolestanum XI. his verbis: *Per hoc quod de Maria Virgine natu est, & prædestinatus esse credens est.*

D I S P U T A T I O XXXIV.

An Christus posset dici prædestinatus ad gloriam, & ad alia dona gratia.

PRIMA sententia affirmit, cum ratione communi prædestinationi cum omni alia præordinatione rerum quas ab aeternitate decrevit Deus facere in tempore, tom ratione propria, que est talis terminus & finis, seilicet gratia, & gloria creata, quo distinguuntur quidem prædestinationis ab aliis præordinationibus, obtinetque nomen peculiare prædestinationis, verò non distinguuntur quod subiecta, seu subiecta capacia gratia & gloria, sed est communis omnibus, etiam Christo, cui Deus preparauit gratiam & gloriam creata ab aeterno, & alia beneficia; talis autem præparatio est prædestinationis ad gloriam, ita Suar. sed.

Secunda sententia negat, sed proferuntur diversa fundamenta, quidam enim rationem negandi sumunt à defectu proprii termini, qui est gloria; dicunt enim, prædestinationis proprii sua nozione resipiente tanquam terminum optimum ac summum bonum persona prædestinatus; & quia hoc euincunt creaturae intellectuali extra Christum, est gloria; ideo vobis obtinuit, ut prædestinatione definiteretur per ordinem ad gloriam. Ceterū vno hypothistica est manus bonum, quam gloria, & Christus est ordinatus ad illā, prouinde debet dici prædestinatus ad unione hypostatis, & ad esse filii Dei: ad gloriam autem non prædestinatus, sed præordinatus proprie, improprie, verò & latè prædestinatus, vel ut loquuntur alii, secundarij prædestinatus. Est Cajetani, & passim discipulorum sancti Thoma.

Quidam verò ex parte termini volunt esse eiusdem rationis prædestinationem Christi, & nostram, sed differe ex parte subiecti, seu obiecti, ita Scotus in 3. divisione 7. q. 3. vero, respondet; vbi docet terminum prædestinationis Christi fuisse gloriam; vniōne vero fuisse prædestinatus, ut medium ad illam, sicut in aliis hominibus merita ad gloriam, licet vno non sit meritum, nam sine vniōne non fuisse collata humanitati Christi tanta gloria, subiectum vero fuisse obiectu prædestinationis non fuisse personam Christi, sed naturam humanam; quia prædestinatione ad gloriam cum sit finis, est prior præordinationis vniōnis, que est medium; in eo autem priori, non potest intelligi prædestinari persona Verbi, ut per se patet, sed tantum natura humana; in aliis autem hominibus, inquit Scotus, prædestinatione resipicit personam, quia in nullo alio extra Christum prædestinavit bonum naturae nisi prædestinando persona bona.

Pro determinatione huius dubitationis obseruandum est, propositione hanc, de qua agimus, posse accepi dupliciter. Primo secundum simplierē affirmationē prædicari, quo subiectum dicitur tale, quomodo possumus dicere, Christus est sc̄iē sc̄iēta acquista, vel et sc̄iē sc̄iēta viatorū. Secundo secundum affirmationē prædicari quo per se simplierē, & absolutoe ac proprii subiectū haber quod sit tale, verbi gratia, Christus quod sit sc̄iēta, ut sit sensus, scientia qua Christus est sciens, est

est genere suo acquisita, vel est scientia viatorum, siue acquisita, siue infusa. Laut si hac propositio, Christus est praedestinatus ad gloriam, accipiat secundo modo; nimur ut sit sensus, praedelinatio, qua Christus per se proprius est praedestinatus, est ad gloriam, est falsa: qui praedelinatio, qua per se proprius est praedestinatus, est ad aliquid maius gloria, ipsam virtualiter continens, scilicet ad esse Deum, & filium Dei, modis supra explicato, & hoc conceditur Caietano, & alii predicatorum sancti Thomae, iuxta mentem ipsius art. 1. ad 1. dicens: *Sicut Christus singulari modo per aliis est filius Dei naturalis, ita quodam singulare modo est praedestinatus;* sicut etiam est falsa hoc sensu illa propositio, Christus est sciens, scientia generi hinc acquisitam est sciens scientia praeflantiori, scilicet beatior. Si vero accipiat primo modo, est vera, sicut est vera haec, Christus est sciens scientia acquisita; quanvis enim per se ex eo quod sit Christus, id est, constans perlunga diuina, & natura humana, proprium sit tibi scientiam esse scientiam beatae creature, & ex eo, quod sit subsistens in diuina esse scientiam scientiam increta; tamen habet etiam acquisitam genere suo. Similiter quanvis ex eo, quod sit Christus, habeat quodam praedelinatio, qua per se primus est praedestinatus, ita ad esse filium Dei; tamen sicut accepit esse filium Dei operatione diuina in tempore, quam necesse est filius praedestinatus ab eterno necessitate imminutabilitatis diuina, ne ponatur accidentis in Deo; ita accepit gloriam operatione diuina in tempore, quam necesse est eadem ratione sufficere prordinationem ab eterno, & preparatam ipsi Christo, quod est Christum esse praedestinatum ad gloriam.

Nec obstat, quod obiciebat nonum praedestinationis respiceret per se maximum bonum praedestinatio, id est non conuenient Christo respectu gloria, quia gloria non est maximum eius bonum; nam licet impositum sit hoc nonum praedordinationi ad id, quod est summum bonum in creaturis rationalibus, scilicet ad gloriam; non tamen amittit suam significacionem hoc solo, quod in vno gloria non sit summum bonum; nomina enim retinent suam significacionem, non solum si ratio impositionis denerat in uno, verum etiam si deficit in multis, modo non deficit, vel mutetur res ipsa significata.

Nec secundum obstat, quod gloria sit connaturalis Christo, & proprietates consequens vnoniem; hinc enim solum probatur, gloriam non esse primum, ac praecipuum terminum praedestinationis Christi, quod iam ultra concessimus; hoc ipsis tamen quod solum modo est terminus, ad quem praedordinatur Christus a Deo, dicitur Christus praedestinatus ad illum, & vero, etiam est esse necessari, & physice consequens vnoniem: nam recte dici potest homo praedestinatus ad gloriam corporis, etiam hinc consequatur gloriam animi; multo vero magis in proposito, cum non sit necessari, consequens vnoniem gloria ipsa, sed solum debitum quoddam morale ipsius, quod debitum non affect eam necessitatim, vt non sit liberum Deo conferre, vel non conferte illum; ideoque ut libere conferte in re, ita & liberte statuit confere, & preparat in extirpatione illam Christo, quod est praedestinare Christum ad illum.

Atque ex his satisfactum est fundamento secunda sententia. Fundamentum Scoti procedit ex sua sententia supra refutata, quod fuisse incarnationis non fuerit redemptio hominum, sed exaltatio naturae humanae in Christo, & gloria ipsius. Præterea ille dicitur praedestinati ad gloriam ab eterno, qui recipit gloriam, & sit beatus in tempore; quia praedelinatio non est aliud nisi praetordinatio termini, qui sunt in tempore; in tempore autem sit beata persona per se;

A ergo & persona praedestinatur, præterquam quod in vniuersitatem omnes actiones, & passiones sunt personarum, ut supra lapse ostendit est.

Iam quod dicitur de Christo, etiam de filio Dei videtur dici posse, scilicet quod si praedestinatus ad gloriam; quia prædicatum determinat subiectum, ut supponatur pro subiecto in humana natura; quin etiam volum quidam sine addito ad gloriam dici posse, filius Dei est praedestinatus: tria enim hoc verbo significantur, videlicet res futura, & efficienda in tempore, & actus diuinus praedestinans illum, antequam sit, quod significat particula prius praeter terminus, qui est gloria, que omnius determinant subiectum, ut supponatur pro homine. Ricardus, tandem distillat. 7. art. 2. quod. 1. ad 2. negat dici posse, quia esse praedestinatum absolute includit esse filium Dei implicite, non vero gloriam, tanquam terminum, & ita significat inceptionem filii Dei, quia pugnat cum eius actualitate. Sanctus Bernardus quoque abolitus, filius Dei est praedestinatus, non est vsuperpusus: nam cum filio Dei in se prout subsistit in natura diuina, conuenienti live duo, scilicet esse, & esse beatum; si dicatur de ipso, quod si praedestinatus, certe huc hoc nomine praedestinatus notetur tanquam terminus ipsius esse, sive notetur gloria; sensus est esse, quod habet filius Dei, vel gloriam, habere ex praedestinatione, non vero ex generatione aeternali; vero ratio est de hoc praedicatione, mortuorum, &c. cum enim nullo modo conueniant filio Dei in se, non possunt intelligi de ipso, in virtute humanitatis.

DISPUTATIO XXXV.

An humanitas Christi posset dici praedestinata.

 Vastio potest esse de duplice termino praedelinatio, scilicet de beatitudine, & de vniione cum Verbo. Sunt varijs modi dicendi. Scouus in 3. def. 7. q. 3. affirmat humanitatem Christi huius praedestinatam ad gloriam, & ita tribuit hoc humanitati Christi, ut neget personam etiam subiectum in humanitate: hoc autem ait esse peculiare in illa, cum alioquin omnis alia praedestinatio ad gloriam non sit natura, sed persona. Eandem ait esse praedestinatum ad vnoniem, ut ad medium consequenti gloriam.

Medina ait in hoc art. 1. conclus. 4. ait praedestinationem ad vtrumque terminum proprii tam unum personam conuenient, humanitatem autem non nisi in proprio. Probat, nam praedestinatio ad gloriam ut ad finem, est eius, qui operatur propter finem, hoc autem est suppositum: praedelinatio vero ad vnoniem hypotheticam, est praedestinatio ad filiationem diuinam, filiale vero per se non conuenient natura, sed supposito. Concedit tamen secundario esse praedestinatum humanitatem, cum primatio sola persona sit praedestinata, eo modo, quo anima Petri secundario, persona vero prius duci potest praedestinari.

Vasquez dicit. 90. cap. 4. ait vero, & propriam naturam abstrahit significatam, tam ad vnoniem Dei, quia beatum, quam ad vnoniem hypotheticam dici posse praedestinari. Affirmat hoc suo illo fundamento, quod tradit supra def. 21. cap. 2. & utrum alibi, nimur non solum supposito, sed etiam natura singulare, abstrahit tamen significata, conuenient operationem solum ut quo, sed etiam, ut quod: quare non vult esse singulare humanitatem. Christi prie aliis, di-

ci prædestinatione esse ad gloriam, ut Scotus, sed communis omnibus.

Suarez dis. 50. sct. 4. non odiem modo loquitur de prædestinatione ad gloriam; & de prædestinatione ad uniuersum hypotheticam; primario enim ait propriè non conuenient natura, sed supposito: posteriore vero satis verè propriè dicit posse de humanitate: Primum probat, quia beatitudine in operatione consistit, operatio autem est suppositum. Secundum probat, quia motus ad uniuersum non est per operationem eius, qui vnit, sed alterius momenti; potest autem ab alio moueri etiam natura: ergo & prædestinari natura. Confirmatur: nam haec uero est ab eterno prædestinata; ergo & partes ad illam, seu extrema: ergo sicut Verbum, ita & humanitas. Confirmatur secundò, nam hoc est, quod Deus o diuinitab aeterno, scilicet humanitatem uirum Verbo.

S.Thom. art. 1. ad 2. reficit opinionem dicentium prædestinationem esse naturam, non personam, ratione communem, qua non dicimus natu ram alicuius prædestinationis, sed suppositum.

Pro determinatione huius difficultatis notandi sunt hi termini, scilicet esse, produci, seu fieri, & præordinari, seu prædestinari: tunc enim esse, seu ens sumitur dupliciter. Primum latissime, vt est communis nomen omni rei, qua est extra nihil, ac proinde substantia, & accidenti, toti, & partibus, generi, & differentiæ. Secundum minus late, vt significat entia completa, & perfecta; ita & nomen productionis, seu operationis potest accipi late, vt conuenient omnibus rebus, quæ illi subiectiunt eo modo, quo subiectur scilicet toti, & partibus, &c. cum vero quicquid factum est in tempore à Deo sit præordinationem in aeternitate, eo modo, quo sit in tempore; si hinc, vt similiter his duobus modis, scilicet late, & minus late prædestinationis, seu præordinationis nomen accipiat. Illud tamen distinxim est inter haec nomina, quod nomen entis æquè propriè possit accipi latissime, vt significat omne, quod est extra nihil, & prædicari de partibus, differentiæ, &c. & minus late, vt significat entia completa; tunc enim propriè dicitur ens homo, quam humanitas, & tan propriè anima, quam homo, vel humanitas; non sic autem producio; hac enim propriè accipitur solùm, vt est totius, impropriè vero, vt est partium, hoc alias late ostendimus ex Arist. & Peripat. quibus conuentient passim Theologis; quod scilicet agere, & pati sit totius, & suppositi. Similiter autem præordinatio, seu prædestinationis que est rerum facientium, propriè recipit totum, minus propriè recipit partes: hoc tamè de his actionibus verum est que possumus dici de toto, & partibus, cuiusmodi est productio, seu generatio, que dicitur de forma composita, & de composto; propriè enim dicitur de composito, minus propriè de forma. Ceterum sunt quedam nomina actionum, que sunt aut solùm, aut propriè ipsarum partium, cuiusmodi est educi de potentia materie, informare, uirare, &c. & has non est dubium propriè solùm partibus conuenire, similiterque præordinationem ipsarum. Ex his ad rem.

Dico primum prædestinationem ad gloriam personæ Christi propriè tribut, humanitati vero solùm impropriè. Probatur, quia quando nomen actionis tribuitur toti, & partibus; & partibus conuenient partialiter, quatenus communicant cum toto, & non ratione peculiari, quatenus partes, aut tales partes sunt; propriè dicitur de toto, & minus propriè de partibus: talis autem est prædestinationis ad gloriam; verè enim Christus videt Deum per humanam natu ram, & est beatus huius beatitudine, & humanitas est aliquid totius: ergo totum propriè dicitur præ-

destinatum ad gloriam. Nam quod attinet ad prædestinationem ad uisionem, obleruandum est, hanc posse accipi dupliciter: primum materialiter secundum terminum proximum, quod est compositem ex duobus extensis, secundum communem rationem compositi. Secundum formaliter secundum ultimum terminum, qui sit duplex, scilicet hominem esse filium Dei, & filium Dei esse hominem: quod quidem utrumque sit per uniuersum. Ex his.

Dico secundò, si accipiat uero primo modo, tam humanitas, quæ Verbū propriè dici possunt ad uniuersum hypotheticam pterordinata, minus tamen propriè prædestinata. Prima pars probatur, quia uero est nonen per se conueniens partibus suo modo proprio, & in actu; toti autem alio modo in obliquo, dicuntur enim illæ propriè uiri, hoc autem esse per uniuersum, proinde præordinari ad uniuersum diuerso sensu, nimirum illæ ut uincent, hoc autem ut sit per uniuersum. Secunda pars probatur, quia prædefinitionis nomen proprio sumptum significat præordinationem factam per gratiam, quæ gratia cedar in bonum, & beneficium alicuius, vel aliquorum; præordinationis autem primo modo accepta, nempe materialiter abstracta ab hac ratione gratia, & beneficij, & solùm spectatur secundum rationem communem omnibus actionibus, & uniuersibus, quæ sunt in tempore, & disponuntur ab aeterno.

Dico tertio, si accipiat uero secundo modo, nempe secundum dictum terminum ultimum, non dicitur prædestinari ad illam humanitatem, sed perfona. Probatur, nam si accipiamus terminum hunc, qui est, filium Dei esse hominem per eam uniuersum; hoc non est aliud, nisi filium Dei accipere esse, non simpliciter, sed tale, scilicet hominis, vt dicitur ad Philip. 2. In similitudinem hominum falsi, & habui inueni uero. Si autem accipiamus terminum hunc, qui est, hunc hominem esse filium Dei; sic homo significat subsistens in humanitate, in abstracto, & personam confusum: igitur persona, & non humanitas dicitur prædestinari ad uniuersum subiectam secundum terminum ultimum. Atque hoc sibi voluit S. Thomas in dicta responsione ad secundum: ait enim fore impræcipian locutionem Apolloti ad Romanos. 1. dicentis de Christo, qui prædestinans est filium Dei, si, vt volunt quidam, quos refert, intelligatur Apollonus loqui de prædestinatione naturæ: loquitur ergo de prædestinatione, que terminatur ad esse filii Dei, non autem de prædestinatione, quæ terminatur ad uniuersum naturæ cum Verbo per se materialiter spectatam; & subdit S. Thomas duas rationes, vnam communem, exemplo termini præordinationis communis alicuius hominibus, quæ est beatitudine, ad quam non ordinatur natura, sed persona alteram propriam ducat à termino proprio præordinationis Christi, qui est esse filium Dei; quod non conuenit humana naturæ. Ceterum non negat S. Thom. naturam humanam dici præordinari ad uniuersum, quatenus ipsa, seclusa proprio supposito, ad quod non eguisset peculiari præordinatione, ponitur in supposito alieno Verbi, ad quod eget peculiari præordinatione, proprieque subest caulla ad hoc, vt possit dici præordinata, quia etiam prædestinata ad uniuersum cum supposito dicens, que non subest ad hoc, vt possit dici præordinata ad proprium naturale præordinata, inquam, dicitur ob rationem communem, que hoc nomen potest conuincere, & toti, respectu hinc, & vni parti respectu alterius, prædestinata vero, non solùm latissima acceptance prædestinationis, qua confunditur cum præordinatione, verum etiam magis peculiari, quatenus est beneficium, & bonum in ordine gratie supernaturale uirum Verbo; licet bonum hoc consistat in

eo, ut homo sit Deus, conueniatque per se simpliciter, & proprietati non patibus, nisi secundum quid, eo modo, quo postulamus dicere, beatitudinem esse bonum animae rationalis, cuncte ad illam esse praedestinatum, quanvis simpliciter sit bonum persone, & totius, & hoc simpliciter dicatur praedestinationum. Atque hanc doctrinam sub hac distinctione praedestinationis accepta latius pro omni præordinatione, & proprie pro iam dicta, rem prelenitem tradidit: & applicat S. Thomas in 3. distill. 10. art. 2. q. 3. quest. 1. in corpore. Ibidemque ad 1. tradidit duplē dicētū effectū prædestinationis Christi, scilicet uniuersitatem, secundum quam potest dici prædestinata natura; & filiationem, secundum quam non dicitur prædestinata natura. Eodem modo Richard. distill. 7. art. 2. q. 4. ad 2. dicit minus proprie prædestinata humanitatem, magis autem proprie filium Dei in quantum hominem prædestinatum fuisse. Accedit alij, Gabriel dñs. 10. quest. unica, art. 3. dub. 2. Maior quest. 1. Aimo, & Hugo Cardinalis in cap. 1. epist. ad Romane, in id, *Qui prædestinatus est filius Dei*, exponentes hoc dictum de humanitate, ut supra notauimus.

ARTICVLVS III.

Vtrum prædestinatio Christi sit nostra prædestinationis exemplar.

AD tertium sic proceditur. Videatur, quod prædestinatio Christi non sit exemplar nostra prædestinationis: exemplar enim præcessit exemplatu. Nihil autem præcessit eterno. Cum igitur prædestinatio nostra sit eterna, videatur, quod prædestinatio Christi non sit exemplar nostra per legimationem.

2. Præterea exemplar ducit in cognitionem exemplari. Sed non oportuit quod Deus diceretur in cognitionem nostra prædestinationis ex aliquo alio, cina dicatur Rom. 8. Quis præfuerit nos prædestinari. Ergo prædestinatio Christi non est exemplar nostra prædestinationis.

3. Præterea exemplar est conformis ratione. Sed alterius rationis ostendetur esse prædestinatio Christi, quam prædestinatio nostra: quia nos prædestinatur in filios adoptionis: Christus autem est prædestinatus filius Dei in virtute, ut dicunt Rom. 1. Ergo eius prædestinatio non est exemplar nostra prædestinationis.

Sed contra eis, quod Aug. dicit in lib. de pred. San. Et præclarissimum lumen prædestinatiois, & gratia ipsi Salvator, ipse Adiutor Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Dicunt autem lumen prædestinationis & gratiae, in quantum per eum prædestinationem, & gratiam manefestatur nostra prædestinationis: quod videtur ad rationem exemplaria perire. Ergo prædestinatio Christi est exemplar nostra prædestinationis.

Respondeo dicendum, quod prædestinatio dupliciter potest considerari. Vno modo secundum ipsum alium prædestinamus: & sic prædestinatio Christi non potest dici exemplar nostra prædestinationis: vno enim modo, & cetero alio eterno prædestinavit Deus nos, & Christum. Altero modo potest prædestinatio considerari secundum illud, ad quod aliquis prædestinatus: quod est prædestinationis terminus, & effectus. Et secundum hoc prædestinatio Christi est exemplar nostra prædestinationis, & non duplice. Primo quidem quantum ad bonum, ad qua prædestinamus. Iste enim est prædestinatus ad hoc, quod est Dei filius naturalis: nos autem prædestinamus ad filiationem adoptionis, que est quedam participatio similitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Rom. 8. Quos præfuerit, & prædestinans conformes fieri imaginis filii sui. Altero modo quantum ad modum consequentiū istud bonum, quod est per gratiam, quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nulli suis precedentibus meritis est unita.

A filio Dei. Et de plenitudine gratia eius nos omnes accepimus: ut dicitur Ioh. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod illa ratio procedit ex parte illius atius prædestinationis. Et similiter dicendum ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod non est necessarium quod exemplarum exemplari, quantum ad omnia conformatur, sed suffici, quod exemplarum aliquantuer inueniuntur suorum exemplar.

RESPONDET S. Thomas tribus conclusionibus. Prima negat de actu, eo quod sit unus virtutique prædestinationis. Secunda affirmit de termino, qui est filiatione adoptionis, que etiam apud homines imitatur naturalem. Tertia de modo, seu medio, quod inveniuntur ex meritis. Eadem est communis sententia Theologorum in 3. distill. 10. & nos supra de hac fatis diximus, tractantes quemadmodum Christus sit primum prædestinatus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum prædestinatio Christi sit causa nostra prædestinationis.

AD quartum sic procedunt. Videatur, quod prædestinatio Christi non sit causa nostra prædestinationis: aeternum enim non habet causam. Sed prædestinatio nostra est aeterna. Ergo prædestinatio Christi non est causis nostra prædestinationis.

2. Præterea, illud quod dependet ex similius Dei voluntate, non habet aliam causam, nisi Dei voluntatem. Sed prædestinatio nostra ex similius voluntate Dei dependet: accidit enim Ephes. 1. Prædestinari secundum propositiū eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. Ergo prædestinatio Christi non est causa nostra prædestinationis.

3. Præterea, Remota causa, removetur effectus. Sed removet prædestinatione Christi, non removetur nostra prædestination: quia etiam si filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostra salutis, ut Augustinus dicit in libr. de Trinitate. Prædestinatio ergo Christi non est causa nostra prædestinationis.

Sed contra eis, quod dicitur Ephes. 1. Prædestinatio nos ad adoptionem filiorum per Iesum Christum.

Responeo dicendum, quod si consideretur prædestination secundum ipsum prædestinationis alium, prædestinatione Christi non est causa nostra prædestinationis, cum uno & cetero alio Deus prædestinaverit ipsum, & nos. Si autem consideretur prædestination secundum terminum prædestinationis, sic prædestinatione Christi est causa nostra prædestinationis. Sic enim Deus præordinatus nostram salutem, ab eterno prædestinando, ut per Iesum Christum completeretur. Sub prædestinatione enim aeterna non salutem cadit id, quod est secundum in tempore, sed etiam modus, & ordo, secundum quem est comprehendendum in temporibus.

Ad primum ergo, & secundum dicendum, quod rationes illae procedunt de prædestinatione, secundum prædestinationis alium.

Ad tertium dicendum, quod si Christus non fuisset incarnatus, Deus præordinatus homines salutari per aliam causam: sed quia præordinatus Incarnationem Christi, sicut cum hoc præordinavit, ut esset nostra salutis causa.

5. THOMAS similiter negat de actu, affirmat de termino, qui est salus aeterna, & qua paratur per meritā Christi. De hac materia diximus circa art. 3. quest. 1. disputantes, quemadmodum Christus sit causa finalis prædestinationis nostra: & q. 19. de operibus Christi, quemadmodum hinc censiderem.

Causa meritoria.

Questio

QUESTIO XXV.

De adoratione Christi.

ADORATIO est actus proprius virtutis religionis, quo quis submittendo seipsum, exhibet honorem alteri; vbi cernere est duo obiecta, scilicet honorem, qui potest dici obiectum, quod, & personam, cui exhibetur, qui potest dici obiectum, cui. Honor latissime patet, pertinente ad varias virtutes, scilicet religionem, pietatem, obsequiam; hic autem sumitus, ut pertinet ad religionem, non quidem adequate, nam religio habet varios actus, tum internos, tum externos, quibus exhibet honorem; sed solùm quoad unum ex pluribus aliis externis, scilicet adorationem. Rursum hic honor ab adoratione pluribus modis, & generibus actuum exhibetur, sive exteriori tantum, scilicet genuflexione, inclinatione, &c. ut quidam volunt: sive etiam interiori, ut volunt alii, de quibus infra. Sed neque unum genus personarum respicit, verum plura, scilicet Deum, & creaturas, Angelos, & homines: & rursum Deum, ut subtiliter in natura diuina, & ut subtiliter in humana. Creaturas item secundum varios status viatoris, & comprehensoris, & secundum communes, vel eminentissimum aliquem gradum. Cum ergo Christus sit unum speciale obiectum, cui, adorationis, non verò adequatum, & adoratio sit actus virtutis pertinentius ad iustitiam: locus proprius tractandi de adoratione est, vbi agitur de virtutibus, & nominatio de una est species iustitiae, quas S. Thomas 2. 2. q. 80. vocat potentiales, scilicet de religione, de qua in vniuersum q. 8. & in specie, quoad actum adorationis agit q. 8. 4. Ceterum Theologi tractant de adoratione in 3. sententiis, distinc. 9. & 10. dum disputant de adoratione Christi id, quod fecit ibi etiam S. Thomas; & recentiores Scholastici commentatores 3. p. S. Thomas tractant hic, vbi de Christo, nec deest ratio: nam Christus vnu coniunct rationes omnes adorationis, quas continet Deus formaliter, rationeque, quas tantum creature continent formaliter, Deus autem eminenter, cuiusmodi praestimunt gratias, eiusque dona creata superaddita, & accidentia naturae; quanvis autem controversum sit, vtrum propter rationes creatas adoracionis Christus in natura creatura, seu natura cuius creata possit adorari adoratione propria creatura, que est dulia, vel sit tantum adorandus latra; nihilominus declarare oportet, que sint rationes adorationis latra in Christo, que non? & an illa, que non sunt rationes adorationis latra, non sunt tales ex eo, quod non sint per se aptae facere dignam adorationem, ut verò quia suppositum diuinum caussa sit, ne possit recipi à Christo adoratio minor latra, cuius per se possunt esse caussa, & sunt causa huiusmodi rationis in supposito creata. Itaque Christus solus est sufficiens, & adequatum obiectum, ac materia tractationis de adoratione, properteaque non immixtus tractatio de adoratione in vniuersum à plerisque Theologis coniungitur tractationi de adoratione Christi: de qua nos etiam hic aliquid dicemus, quanquam breviter, priusquam huius vigilium quinto questionis articulos exponamus, porcumque materiam pertractemus.

DISPUTATIO XXVI.

De usu nominis latrie, & adorationis.

BROTULIMVS supra duplex obiectum adoracionis, alterum, quod, alterum, cui, que est persona adorata. Consideranda est velut in persona adorata ratio formalis, qua sit obiectum, cui; ea vero est bonitas, seu virtus, non quatenus facit amabilem personam, sed quatenus ornat decor, reddite excellentem, & claram. Et quidem circa personam ita decoratam, ratione huius decoris tres actus versantur, scilicet laus, honor, & gloria, quos explicat S. Thomas 2. 2. q. 8. 4. art. 1. ad 3. ponitque laudem in verbis, honorem vero in exterioribus signis. Et rursus laudem ait testimonium ferre de bonitate aliquius in ordine ad finem, exhibitionem vero honoris absolutae. Gloriam ait, esse effectum honoris, & laudis; ex his enim sequitur manifestatio, & notitia bonitatis, que est claritas, quam denotat nomen gloria. Ex his titulis honor pertinet ad adorationem, tamen obiectum, quod, non tam secundum totam latitudinem: nam in tota latitudine honor idem est, ac cultus; & honorata idem est ac colere, respicique omnes personas virtutis dignitate praeditas, sive inferiores, sive superiores, sive aequales. Adoratio autem est cultus exhibitus superiori ab inferiori proprio; atque hoc discrimen inter duos haec, scilicet honorare, & adorare, tradit Aug. lib. contra ferm. Arrian. cap. 23.

Rursus autem Latinum verbum, *adoro*, & nomen *adoratio*, ac Gracum, *αλπίε*, & *αλπίου*, vbi agitur de facto cultu, eodem modo apud fideles veteris, nonque Legis vissit, tametsi nativa significatio, institutioque non est eadem Latini, Gracique vocabuli: *αλπία* enim Gracce, est seruitus propriæ dictæ, relationem habens ad herum, & dominium, qualis vñi recepta est in civilibus: est enim origo eius *αλπία*, quod seruum primò quidem proprio mancipatum, & addicatum domino alterius significat. Deinde etiam mercenarium, qui suum oblequium, operasque locat alteri, vnde *αλπία*, & *αλπίου* deducuntur: at vero vocabulum *adoratio*, & *adorare* apud Latinos, significat libertum, ingenuumque oblequium aliquo actu liberæ submissionis exhibitum, in honorem alterius. Hoc ipsum confirmat, vera est deriuatio huius verbi, que est apud Priscianum ab *ador*, hoc est, instrumento sacrificii destinato.

Vtraque vero vox Gracca, & Latina, si spectetur institutio, neque communis est honori, & cultui, qui exhibetur Deo, atque hominibus; nihilominus vñi Patrum, & Scholasticorum, & passim in Ecclesia vtrunque vocabulum determinatum est ad cultum, honorisque soli Deo exhibendum, ita tamen ut religiosus obseruetur haec determinatio in vocabulo *latra*, quod iam factum est Latinum, quam in vocabulo *adoratio*; hoc primum habetur ex cap. 4. *Math.* cum dicitur, *Domnum Deum unum adorabili*, & illi soli servici. Gracice vocabulum *τροπωνία*, responder Latino, *adorabilis*, & non ponitur vox solum pro vocabulo vero sermo, cui præmittitur, *sibi*, Gracce est *αλπίου*, id est, *latram prefabis*. Hoc obseruantur Patres, Augustini, q. 6. in Genes. Anastas. Episcopus Theopolios in epist. que referuntur in sepeima Synodo, allione 4. & Taratius in epist. ad Confessorum, & Hieron. Et in vniuersum notat August. lib. 10. de cantic. c. 1. in sacris literis vocabulum *αλπία* aut *τροπωνία* aut tam frequenter, ut scilicet semper, vñsparsi pro ea seruitur.

que

que pertinet ad colendum Deum; in novo vero Testamento obseruant quidam nulquam inueniunt in alia significacione: atque ita Patres passim usurpant verbum *Jurias August. locis canticis & lib. 20. contra Faustum Manich. cap. 21. & lib. 1. de Trinitate. cap. 1. post medium. Iosid. lib. 8. Euseb. cap. 21. Beda in id Luca. 4. Dominum Deum tuum adorabis. Iosas Aurelian. lib. 1. de cultu imaginum som. 4. sive Biblioth. Damascenus orat. 3. de imaginibus. Germanus Patriarch. Constantinopolit. in epist. ad Thom. m Episc. Clandapol. habetur in septima Synodo aliione 4. & passim septima Synodus.*

Altetrum verbum, *adore*, & *adorans* Latin Patres plerunque soli Deo accommodant. Sic August. lib. de vera & falsa religione. cap. 55. Hieronymus. epist. 13. ad Romanos. Fulgentius lib. ad Donat. cap. 4. & alii, quos suo loco agentes de cultu Deo tribuendo, refutemus. Similiterque in novo Testamento passim ita usurpatur, tametsi inueniunt etiam usurpatum pro hominibus. Act. 10. dicitur, *Cum intraveris Petrus, omnium venit in Cornelius. & procidens ad pedes eum, adorans.* Graec verbum *adorans*, est, *προσκύνων*. In veteri vero Testamento frequenter *adoratio*, Graec *προσκύνων*, & *προσκύνειν*, à verbo *προσκύνω*, quod *adore* significat, tribuitur aliis extra Deum, scilicet creaturis Gen. 37. Praeditus Ioseph. sub figura manipulorum lunc, ac stellarum se a suis parentibus, & fratribus adorandum. 3. Reg. 1. de Nathan dicitur, *Cumque intraveris in conspectu Regis, & adorassest eum pronus in terram.*

Aliud vocabulum est apud Graecos ad seruitutem significandam, scilicet *σεβαστία*, quod quidam confundunt passim cum vocabulo *τέλεσις*, vt idem significet. Ita Ludouicus Vives in cap. 1. lib. 10. de Civitate Dei, vbi refert Laurentium Vallam, atque his nominibus mercenariam seruitutem eodem propterea modo significat; quibus accedit Suidas in suo Lexico, & probant ex Xenophonte 3. lib. de Peida Cypri, vbi verbum *τέλεσις*, ex quo *τέλεσις* deriuatur, in ea est significacione. Deinde ex Scriptura Lemici 23. nam vbi Latinè legimus, *Omnis opus servile non facetus pro servile*, Graec habetur *τέλεσις*, ab eodem verbo, & eodem capite vbi legitur, *de semine tuo, non dabu servire principi*. Graec pro *servire*, est *τέλεσις*: hoc vocabulum *τέλεσις* usurpatum promiscue pro seruitute exhibita, sive sanctis, sive hominibus viatoribus, docet August. quest. 61. in Gen. & lib. 1. de Trinitate. cap. 7. & Beda in cap. 4. Luce, nec ab antiquis Patribus attribuitur singulatiter sanctis. Sic ad Ephes. 6. vbi praecepit Apost. Ierius subiici dominis suis, est verbum *τέλεσις*. Sed iam vsu Scholasticorum tum veterum in 3. diff. 9. tum recentiorum passim applicatur cultui sanctorum, & utrumque nomen, scilicet *τέλεσις*, & *δουλεία*, & verbum *τέλεσις* & *δουλεία*, Latinè redditum verbo, adorans, & nomine adorationis, élèque commune cultui tantum Dei, & Sanctorum, quanuis aliis inueniunt applicatum cultui hominibus viatorum. Proinde accipitur vt actus virtutis religionis, cuius obiectum sunt actus, quibus colitur Deus propter suam excellentiam. An vero alijs actus sacri adorationis, quibus coluntur Sancti, ad ipsam pertineant, infra dicetur. Pertinet autem adoratio ad virtutem iustitiae; quoniam religio est pars eius non subiectua, sed potentialis, vt docet S. Thom. 1. 3. quest. 80. Non solum quatenus respicit Deum, utrumque quatenus respicit homines, sive respiciat illos iustitia secundum virtutem religionis, sive secundum aliam; quacunque enim alia assignetur, erit pars iustitiae, quia reddit debitum honorem alteri; quemadmodum pietas, & obseruatio, quae redditum honorem debitum hominibus, respondent religioni, quae reddit debitum Deo honorem. In qua adoratio duplex est, altera, qua colitur Deus, altera, qua coluntur Sancti; quicquid sit de

A virtute, ad quam pertineat, estque actus voluntatis, in hac enim recipitur iustitia, supponit tamen actum intellectus, scilicet vt bonam habeat existimationem personam adorandam, noui tamen in hoc consistit, vt non rectè Gabriel in 3. diff. 9. q. 9. vñca. Etenim bona existimatione est iudicium, dictum aliquid est colendum, ex quo oritur voluntas colendi, & cultus, in quo consistit adoratio, & nisi haec voluntas consequtatur, perspicuum est, existimationem excellentiæ alicuius, adorationis rationem nullatenus habere.

DISPUTATIO XXXVII.

*An adoratio consistat in actu externo,
vel interno.*

 *OLENDVM* esse Deum, non solum interno verum etiam externo cultu, certa fides est contra hereticos, quam confirmat S. Thomas 2. 2. q. 81. art. 7. & q. 83. art. 12. q. 84. art. 2. ad quam probandum, ita fuit passim obvia, & expensa exempla, loca, consuetudines, Scripturæ, auctoritatisque Patrum, & Conciliorum, vt superfluum sit iis recensendis immorari. Ratio vero manifesta suadet, quia Deus etiam corporis est auctor, & corpus subiacet motioni, & potest animare, cum in ceteris plerisque actibus, cum in iis, quibus exhibetur obsequium, & honor alteri, quibusquis proteguntur suam subiectiōnē, qua subiicit alicui personam: ergo etiam iis externis actibus colendus est Deus ab anima; controversia ergo est, an his tantum actibus, vel etiam interni confer pecularis cultus, qui dicitur adoratio, quam controvrsiam tractant quidam recentiores contraria studiis, ac sententiis.

Prima sententia agnoscit adorationem in internis actibus æquè, ac in externis, pro cuius intelligentia iubent distinguere duplēm sensum adorationis internae. Primus est vt interna adoratio vocetur actus animæ volentis adorare Deum, quatenus secundum se spectatur præcisus ab actu adorandi, seu ab exercitio adorationis, quod respicit, quovis fertur voluntas: & hanc negant esse eam, quam vocant adorationem internam; talis enim actus est propositum adorandi, non adoratio. Secundus est, vt vocetur adoratio actus spiritualis mentis, quo consummatur adoratio, qualique in mente ipsa est, seu potest esse obiectum propositi, & voluntatis adorandi, sicut alijs est obiectum huius actus exterior. Porro internam hanc adorationem positan esse volunt in actibus voluntatis, & intellectus, præfertim vero fideli, spei, & charitatis, quoniam sunt apti ad exhibendum cultum, & honorem Deo, vt supremo Domino: proinde posunt imperari à virtute religionis in hunc finem; atque ita adorabitur Deus actu interno.

Videtur confirmari auctoritate sancti Thomæ 2. 1. quest. 81. art. 2. in corpore: vbi agnoscit duplēm adorationem, scilicet spiritualem, & corporalem: & in respons. ad 2. illam vocat principalem, hanc nimis principalem. q. 81. art. 2. hac proportione ait, sacrificium externum esse signum sacrificij interni. q. 103. art. 1. ait hominibus solum deferri honorem exterum, quia non vident actus internos; Deo vero, qui hos vider, deferri internum in 3. diff. 9. art. 1. q. 1. quodcumque 3. ait Deum coli fide, spe, & charitate, quia actus earum assumuntur in cultum Dei: iisdem virtutibus coli Deum à religione Christiana docet August. in Encyclid. cap. 3. & 6. & lib. 12. de Trinitate. cap. 14. & lib. 10. de ciuitate. cap. 9. eandem distinctionem amplectuntur

tut alij Scholastici, Alex. 3. p. q. 30. menab. i. art. 3. Albert. a. 3. q. 9. art. 3. ad 3. Richard. art. 1. q. 3. ad 3. Palud. q. 1. art. 2. Thom. de Argent. art. 1. Gabriel art. 3. & lett. 50. in canon. Henr. quodl. 10. q. 6. VValdens. de Sacramenta. lib. cap. 17. Cordub. lib. 1. q. 5. Aiala de tradit. p. 3. confid. 7. r. 1. Bellarm. lib. 1. de cultu Sanctorum. cap. 12.

Probatur præterea ex Scripturis exemplo Angelorum, in quibus est actus verae, proprieatis adoratio-
nis, ad Hebr. 1. ex Psal. 95. Et aetore enim annis Angeli
eius. Apoc. 7. Omnes Angeli stabant in circuitu throni, &
cederunt, & adoraverunt. Eclesia lib. 7. cap. 9. Exercitus
celi se adorat. In prefat. Missa dicitur, Adorant domi-
natum, &c. iuxta visionem Isaiae cap. 6. Similia haben-
tur Daniel. c. 3. & 7. Hoc argumentum latè prosequi-
tur Suarez, productus, & refutatus variis euangelioribus.
Confirmatur præcepit ex cap. 2. ad Philipp. In nomi-
ne Iesu omne genu flectatur, caelum, terram, & infer-
num: vbi nomine genuflexionis, significatur in An-
gelorum adoratio spiritualis, respondens corpore, que
fit ab hominibus genuflexione. Nam similiter ex ver-
bis 1. ad Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, & An-
gelorum, colligunt Theologi præter locutionem huma-
nam, & materialem dari spiritualem, & internam.
Demum Ioan. 4. dicitur, Viri adorantes adorabunt Pa-
tem in spiritu, & veritate. quibus verbis quanvis non
excludatur adoratio exterior, quarens potest dici
vera ad exclusionem falsæ & nihilominus recte insi-
nuatur, veram adorationem posse solo spiritu perfici
absque corporis actione; quod notant illa verba, Spi-
ritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate
operari adorare. Confirmatur expositione Patrum dic-
centium, Deum adorari spiritu, & veritate, quando
virtutum actibus, praestitum fidei, spei, & charitatis,
colitur. Ita Chrysost. & Cyrill. in Ioan. Hilari. lib. 1. de
Trinit. Ambro. lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 1. Athan. q.
59. ad Antioch.

Secundum accedit auctoritas Patrum, August. lib. 10.
de Ciuit. cap. 4. sic habet: Et sacrificium humiliati-
onis, & laudis in aera cordi igne ferenda charitatis. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 13. ait: Qui ex visibili sensu, & inuisibili
natura constans, duplice quoque proinde adorationis genere
illum rerum omnium parentem, & archetypum officium,
quemadmodum videlicet & mente, & corporis labii pfelli-
mus; vbi hoc ipso, vt adhibet exemplum orationis
mentis, & corporis, admittit duas distinctas adora-
tiones, quia duæ distœ orationes distinguuntur.

Probatur præterea rationibus. Primum, quia vir-
tus religionis est, que in voluntate imperat actus exte-
rnorum facultatum; cum vero voluntati subline-
ti etiam interne facultates, scilicet intellectus, & ipsa
erit si domina suorum actuum interiorum; potest
religio hos actus ad suum finem imperare; & in uni-
uersum omnes actus aliarum virtutum intellectus, &
voluntatis, scilicet fidei, spei, & charitatis, proper
regulam generalem, qua una virtus potest imperare
actus aliarum etiam Theologicorum. Porro hi actus
habent proportionem cum fine religionis: ergo pos-
sunt assumi ab ipsa ad cultum Dei, vt nota adoratio-
nis. Quod autem habeant proportionem, probant:
nam actus externus induit notam adorationis, qua-
tenus est nota, vel signum submissionis, & honoris; signum vero huiusmodi neque est naturale, neque
omnino ex institutione, vt solum ex hac habeat vim
signi, verum habet fundamentum in re, quod tamen
satis non est absque deputatione ad significandum.
Ac primò tale fundamentum est in plenique actibus
externis genuflexione, inclinatione, &c. Deinde non
minus, in modo maius est in plerisque actibus internis,
scilicet fidei, que captiuit intellectum in obsequium
Dei reuelantis, & charitatis, qua diligimus Deum,
vt primum nostrum principium, & ultimum finem;

A de quo propterea dicit August. lib. 10. de Ciuit. cap. 4.
*Huc est Dei cultus, & vera religio, hoc tantum debet
seruari, malius, inquam, fundamentum est in his, quia
Deus mens, & spiritus est, & mente colitur magis,
quam corpore. Iam institutio non solum potest esse
publica, veterum priuata, quilibet enim potest al-
lumere actus quoquecumque ad testandam dictam sub-
iectionem, modò habent in se fundamentum eius;* ergo potest alloreum actus internos. Confirmatur ar-
gumentum sumptu ab oratione, que potest esse men-
tal, & vocalis. Item ipsa oratio habet duo, primum
est postulatio, secundum est submissio, quia se subiicit
ei, à quo postulat: potest autem fieri non solum affec-
tu obiciendi, verum etiam fœc submittendi, in quo
est ratio adoracionis.

B Secunda ratio dicitur ab incommodis. Primum
est, quod sequetur, hominem desstitutum facultate
mouendi sua membra, priuata actu perfectissimo virtu-
tutis, scilicet adoracione. Secundò sequetur, An-
gelos catere virtute obseruantie, qua le inueni co-
lant, qua virtus circa æquales relinquit religioni,
& adoracioni, qua colitur supremus princeps Deus:
si enim non datur adoratio meritis spiritualis pro
primo principe, nec datur adoratio spiritualis pro
æqualibus: est autem absurdum, eos catere virtute
obseruantie, qua est propria ciuilis societas, cum
sit in illis talis societas. Hanc sententiam defendit
Suarez disq. 5. sect. 2.

C Secunda sententia agnoscit adorationem in actu
tantum extero, & negat esse in interno. Probatur
primo, quia si adoratio non constituit solum in qui-
busdam externis actibus submissionis, cuiusmodi est
inclinatio, genuflexio, & similes, verum etiam in inter-
nus fidei, spei, &c. id ideo est, quia cultus, qui per
submissionem exhibetur Deo, quicunque dicitur adora-
tio, attendit penes finem, qui est in intentione o-
perantis; & quia operam ex intentione huius finis
potest exercere opera, non solum externa, verum etiam
interna, ideo etiam operibus internis constare
potest adoratio. At certe hinc sequitur non magis ha-
bere rationem adorationis illos certos actus genufle-
xionis, inclinationis, &c. quam quolibet alios actus
tam internos iam dictos, quam exteros temperantie,
iusticie, eutrapelia, &c. quod quidem in plerique
huiusmodi generibus actuum, est per se alienum
à communione omnium sensu, & notione adorationis,
quod ipsis concedunt. Quis enim dicat adorari Deum
acta temperantie, &c. in aliis autem, in quibus sub-
est aliqua ratio cultus cum submissione, qualis est fides,
spes, &c. illad est incommodi, quod per se ex
natura actuum confundantur cum genuflexione, &c.
vt æquè sit obiectum, & materia adorationis iij, atque
illæ, & virtus extrinsecus, neutri vero intrinsecus ex
natura sua id habent.

E Secundò cultus, & honor exhibitus Deo in gene-
re non est adoratio: & quantu[m] sit obiectum virtutis
religionis, non tamē exhibetur ab illa in genere, sed
in aliqua determinata specie ex his, quæ sub illa con-
tinentur, que sunt deuotio, oratio, adoratio, sacri-
ficium, oblatio, votum, iuramentum, & laus: neces-
sarie est ergo actus internos ab aliquo ex his affectibus
imperari ad hoc, vt subfiant religioni; atque vt patet
discutenti, ab affectu tantum voti, & iuramenti im-
perari possunt, non vero ab adorationis affectu, ex
quo à virtute religionis non potest elicere affectus ge-
nericus cultus diuini præcisus à specifico: & sicut lo-
rum hoc affectu vult prima sententia imperari hos
actus, qui dati non potest in re abstractus, nec po-
test esse in specie adorationis, nisi per propriam hu-
mum differentiam contrahatur. Hanc sententiam de-
fendit Vasquez disq. 93. cap. 2. & tradidit Valentia
1. 2.

2. 2. disputat. 6. cap. 3. punt. 1. & 2. Lessius lib. 2. cap. 38. dub. 1.

Pro solutione huius questionis attendenda pri-
mū est notio propria virtutis religionis, quæ est ex-
hibere debitum cultum Deo, propter eius excellentiam,
vbi includantur duo, scilicet cultus Dei, &
seruitus hominis, seu creaturæ, notata in particula,
debitum. Cultus respicit Dei excellentiam, cui reue-
rentia debetur, seruitus autem respicit subiectionem
homini, qui ex sua conditione obligatus est reue-
rentia exhibenda, atque haec duo inueniuntur in
omnibus actibus, qui religioni attribuuntur, quia
per omnes homo protestatur diuinam excellentiam,
& subiectionem sui, quasubest Deo; huiusmodi ve-
ro actus sunt, quibus aliquid Deo exhibemus, vel
offerimus, aliquid diuinum assumimus, &c. Haec
est doctrina, & verba sancti Thomæ 2. 2. quæst. 81.
articulo 3. ad 2.

Obtinetum secundū, præfata hanc subiectionem
in omnibus actibus propriis religionis conti-
nēti, tanquam circumstantiam generalem, seu tan-
quam rationem communem genericam, sicut obedi-
entia Dei in omnibus operibus præceptis, ob di-
ctam doctrinam S. Thomæ, quod religio non solum
testitur in suis actibus debitum Deo colendi eius
excellentiam nudè, & abstractè, veterum testi-
tur illud respectu nostri, profiendo dependentiam,
& subiectionem sub ipso, ac proinde non potest esse
nulla in creatura, respectu sui principi; idque con-
stat ex definitione August. lib. 83. quæst. quæst. 1. ex
Cicerone, quæ est talis: Religio est virtus, quæ superi-
oritudo cuidam nature, quam diuinam vocant, cul-
tum, ceremoniamque affert. Iam vero sicuti datur
obedientia specialis, & formalis præter communem
omnibus operibus præceptis, ita & subiectionis spe-
cialis; & haec est duplex; altera, quæ pertinet ad
humilitatis virtutem, eaque non adhibetur ad cultum
excellentiae diuinæ, tanquam ad finem, sed ad
moderandum honoris appetitum; humilitas enim
est species, seu pars potentialis temperantiae, quæ
veratur circa passionem. Altera quæ pertinet ad virtu-
tem iustitiae, reddens debitum honorem alteri,
propter eius virtutem, & bonitatem: id quod facit
eum aliis plerique actibus, tum maxime speciali
subiectione, non quacunque, sed quia colat, hono-
rante aliud propter suam excellentiam ex modo,
quo exhibetur. Videndum est ergo, an dentur duæ
huiusmodi subiectiones, scilicet interna, & exter-
na, ideoque externa per seipsum cedat in cultum
Dei, & verae in suo genere colat Deum, sicutque
duæ species subiectionis distinctor, sicut actus fidei
interior, & confessio exterior: an vero sit una tan-
quam specialis subiectionis, sive interior, cuius exter-
ior sit tantum nota, & signum, sive exterior, cui
interior voluntas dei est liberum, & morale, sic-
ut aliis actibus bonis bonitate ex obiecto externo.

Dico primò. Subiectionis specialis, quæ per se ex
modo proprio, quo adhibetur, colit Deum propter
suam excellentiam determinatè, tanquam proper-
tationem subiectionis, & colendi, solum est in quibusdam
determinatis actibus externis, quales sunt
genitrixes, inclinationes, & similes. Ut declarer-
tur, & probetur, tria præmittuntur sunt. Primum
est, omnes creaturas, omnèque carum operationes
subieci excellentiae diuinæ, & cedere in gloriam
ipsius, subiectionis physica ob communissimam ra-
tionem graduum naturarum, & rerum, qua inferioris
subieciuntur superioribus, & excellentioribus,
atque omnes supremo, qui est diuinitas, pri-
mum omnium principium: sed iam non est sermo
de subiectione tam ampla, sed solum de ea, per quam

Af. Ragusa in 3 p.D. Th. trad. p. 9.

A colitur Dei excellentia in actibus, operibusque libe-
tis, & moralibus.

Secundū est in omnibus actionibus bonis mora-
libus contineri subiectionem sub Deo, & quidem
propter eius excellentiam; sed non in omnibus pro-
pter hanc formaliter, tanquam propter rationem
propriam subiectioni; verum in plerisque tantum
virtualiter propter hanc, propter alias vero rationes,
formaliter. Tales sunt actus fidei, speciæ, & omnes o-
mnium virtutum, quæ singulæ secundum suas species
nituntur determinatis perfectionibus diuinis, vt his
est prima veritatis, spes fiduciaris, charitas summo bo-
no, eidemque subieciuntur, vt prudentia summa pro-
udentia, fortitudo immutabilitas diuinæ, &c. tan-
quam eius participationes. Virtualiter vero subie-
ciuntur omnes excellentiae, quatenus in his omnibus
excellunt diuinæ perfectiones, atque immediate, &
formaliter cedunt in honore prime veritatis, fide-
licitatis, &c. seu Dei, ut est prima veritas, &c. media-
te vero, & virtualiter in honorem excellentiae.

Tertiū est in actibus virtutis religionis contineri
subiectionem sub Deo per se formaliter sub ratione
comuni omnibus actibus pertinentibus ad illam, sub
qua zamei communis ratione varia sunt differentiae,
quibus constituitur, sive haec constituent species sub
virtute religionis una genera, sive non: tales sunt de-
votio, oratio, votum, iuramentum, sacrificium, oblatio.

His potius propositio nostra est, dati præterea sub-
iectionem aliquam specialem sub Deo, cui si pro-
prium, & speciale, quod est commune aliis actibus
religionis, & non habet aliam bonitatem in ratio-
ne, sive specie sua, præter hanc, quæ est esse subiectionem,
quæ ex modo quo fit, colat Deum, seu aliam
personam, propter excellentiam suam; sicut habent
aliæ bonitates, & hanc bonitatem respiciat ipsa
expressio, & immediate, tanquam rationem propriam,
quam aliæ actus relipcent implicitè, tanquam ratio-
nem communem sub religione, & hanc specialem
subiectionem positanæ esse in actibus externis. Nam
quod hæc detur omnes admittunt, & est perspicuum
in quibusdam actibus externis, scilicet genitrixes,
inclinationes, &c. qui defuerint cultum, & honorem
personæ, solum propter eius excellentiam, non au-
tem propter aliam rationem, nec habent aliam boni-
tatem præter hanc; habent autem hanc, tum ex qua-
litate actionum, quæ per se sunt actus submissivis,
tum vero ex adiuncta institutione, sive publica, sive
privata, sive deputataria venetationi exhibenda pro-
pter excellentiam.

Quod vero tantum in his externis actibus consi-
stat hæc subiectionis, non autem in internis, nec in
quibusvis aliis externis; probatur, & primū de aliis
externis: nam vel sunt indifferentes, id est, neque
boni, neque mali; & ita non possunt habere dictam
rationem specialem subiectionis, nisi deputentur,
habeantque fundamentum, quo deputati possint, &
si qui tales assignent præter vulgares, & vsu rece-
ptos actus, scilicet genitrixes, inclinationes, &c.
sunt pertinent ad hunc ordinem subiectionis specia-
lis consistentis in actibus externis, quoniam, ut dixi,
possunt quicunque actus deputari deputatione pri-
vata, vel non sunt indifferentes, sed boni moraliter,
at certè secundum hanc bonitatem pertinuerint ad alias
virtutes, aut extra religionem, iustitiam, temperantiam,
&c. subieciunturque aliis attributis diuinis, diuinæ
vero excellentiae, solum virtualiter; aut ad virtutem
religionis: atqui omnes actus externi boni moraliter
sub religione respiciunt suas singulæ distinctas boni-
tates sub ratione speciali, subiectionem vero diuinæ
excellentiae sub ratione communis; non ergo consistit
in illis actibus bonis moraliter subieccio specialis.

M

Deinde

Deinde probatur de actibus internis, etenim duplex horum genus spectare possimus. Primo actus variarum virtutum, qua ex obiecto, & natura sua consultant in actibus internis, sive in nullo praeter ea consultant externo, vt actus ipsi, sive etiam in extero, vt satisfactio pro pena peccati; atque iij subiiciunt alius attributus formaliter; excellente verò, aut virtualiter, vt plerique actus virtutum extra religionem, vel sub ratione communii, vt deuotio, & oratio, que sunt actus religionis: non ergo in vlo ex his est subiectio specialis.

Secundum genus actuum internorum est voluntas, seu affectus internum honoris exhibendi excellentiæ diuinæ per subiectiōnem, & hic affectus variè potest explicari. Primo quidem, vt homo subiectiōnem determinat, secundum suum esse subiectiōnem limitata, qua non includat actionem, vel passionem, & hic affectus est quidem subiectio specialis, verum non est virtutis religionis, sed solum modestia, & humilitatis continentis hominem in gradu suo, ne supra illum feratur: quare hic affectus suapte natura subiectio excellentiæ cuiuscunq; naturæ superioris, sive sit superior secundum excellentiam speciem, sive secundum individuum; & rursus sive habeat dominium, & imperium inferioris, sive non; atque ita subiectio excellentiæ Dei, solum ratione communii; virtus autem religionis recipit excellentiam Dei colendum per actus aliquos, quibus per se colatur. Secundò ergo per dictum affectum intelligi potest subiectio, qua subiectiū anima excellentiæ diuinæ secundum operata, scilicet actions, vel passiones, & hinc affectus si recipiat subiectiōnem hanc in operibus bonis, certè in operibus aliarum virtutum extra religionem, non recipiet formaliter excellentiam diuinam, sed solum virtualiter: in operibus verò religionis, formaliter quilem, verum secundum subiectiōnem communem pluribus actibus, non autem speciale, vt supra declaratum est. Si vero respiciant subiectiōnem hanc in operibus genere suo indifferenteribus ad bonitatem, vel malitiam moralē, certè hanc si assumantur ad veuerandam excellentiam diuinam, tanquam actus, & nota, seu professio subiectiōnis, erunt subiectiōnes speciales; quia cùm nullam habent aliam bonitatem ex obiecto, hoc ipso, quod indifferenter sunt, solum habebunt hanc, ad quam assumentur ab affectu, scilicet esse notas subiectiōnes, quod est, esse specialem subiectiōnem.

Quod autem actus indifferentes, qui assumuntur, solum sint extermi, probatur, p̄timum quia neque apud Parres, neque apud Theologos, neque in Scripturis inuenimus ullam actum internum indifferenter ad colendum Deum; neque quisquam vnguam docuit, aut consuluit assumendum: actus verò extermi genere suo indifferenter, cuiusmodi sunt genuflexiones, inclinationes, &c. inuenimus & vlo, & sc̄iptis libris traditos: sed neque Theologi primæ sententia tradunt huiusmodi actus indifferentes internos ad subiectiōnem diuinam, Deinde ex actibus internis genere suo indifferenteribus, non est inuenire ullum idoneum, vt assumatur tanquam nota subiectiōnis excellentiæ diuinæ: nam hi actus in intellectu sunt aliqua cognitione, seu speculativa retum naturalium, vel mathematicæ, &c. sive prædicta, seu mechanica aliquius rei facienda: in voluntate sunt affectus rei genere suo indifferentes: at quis non videt, quām si extra rem, velle assumere aliquam eiusmodi cognitionem, vel affectum, tanquam notam subiectiōnis, qua ho-

mo sc̄e subiectat excellentiæ diuinæ? Similiterque extra rem est velie allūnere aliquem actum internum bonum, vt sit nota subiectiōnis, non secundum bonitatem, quam habet, sed secundum quodd̄tes quædam naturalis eū, v. g. actum credendi Deum esse trinum, & vnum, non secundum quod subiectat intellectum primæ veritatis, sed secundum quod est quædam notitia mentis, similiterque actum amoris, & sp̄ci, non prout subiectant hominem summo bono, sed vt lunt operationes quædam voluntatis. Maneat ergo in solis actibus extermi politam eū subiectiōnem specialem, quam proficitur homo sub excellentiæ diuinæ distingui à communī actuum, non modò aliarum virtutum, ve- timentum religionis.

Dico secundò, adoratio propriæ sumpta consistit in hac speciali subiectiōne, qua per se veneratur, & colit excellentiam diuinam, id est, Deum, ratione sua excellentiæ, ac proinde consistit tantum in actu extero, non verò in interno; an vero, & quomodo adhibetur actus internum, mox dicam.

Hac est aperta sententia sancti Thomæ 2. 2. q. 81. art. 1. ad 1. vbi tribuit religioni duplices actus, quodam propriis, sicut, inquiri, sacrificare, adorare, & huiusmodi; quodam imperatos, non proprios: & hi sunt actus aliarum virtutum misericordia, temperantia, &c. eliciti ab ipsis, qui quatenus imperantur à religione propter diuinam reverentiam, qua est proprium ipsis finis, dicuntur actus religionis: ergo ex sententia sancti Thomæ nomen adoracionis non tribuitur actibus imperatis ob cultum excellentiæ diuinæ, etiam si pertinent ad religionem, quandoquidem distinguunt adoracionem ab iis, non solum quatenus sunt actus aliarum virtutum, verum etiam quatenus sunt actus religionis, ratione imperij, qua ratione prima sententia vocat adoracionem internam actus internos sic imperatos. Idem quælinea 84. profitetur, se tractasse, & absoluisse tractationem de actibus interioribus latræ, & aggredi tractationem de exterioribus, & facit initium ab adorazione, similique explicat, qua ratione si externus actus, his verbis: *Et primo de adoracione, per quam aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet.* Certè his verbis notatur genuflexio, inclinatio, & huiusmodi actus corporis, & limitatur ad hos adoratio.

Præterea art. 1. in respōnd. ad 1. quomodo dicat, Ea, que exterius agunt signa sunt interior reverentia, quod quomodo intelligatur, dicam infra; tandem nomen adoracionis solum tribuit actu extero proprio, quod expellit, subiectando hanc verbā, *Quædam exteriora ad reverentiam pertinencia exhibent excellentiū creaturis, inter quæ maximum est adoratio, sed aliud est, quod sibi Deo exhibetur, scilicet sacrificium.* Sicut ergo nomine sacrificij, quod est vnu ex actibus extermi, quo sunt signa reverentiae internæ, solum tribuit actu extero proprio, ita & nomen adoracionis. Eadem est sententia Bonaventure in 3. distinl. 9. articulo 2. quæst. 3. & 4. Satij quidem claret, non autem obscurus, vt quidam opponunt, duicti ea ratione, quod ibidec Bonaventura tradat distinctionem adoracionis internæ, & extermi, quis enim sit sensus eius, dicitur infra. Eadem est sententia aliorum, quos citat Vasquez disputatione 93. capite 4. Solūm dispiicit, quod Bonaventura, & quidam alij vident in vniuersum latram versari circa actus exteriore, tanquam obiectum, verius enim est, quod docet sanctus Thomas, habere etiam actus interiorres.

Ratio verò huius secundæ propositionis fundatur in prima; etenim inter actus, qui pertinent ad relin-
quendam eliciem, ut distinguatur ab imperante, quales
nimis sunt, qui secundum rationem lüz speciei per-
tinent ad reverentiam Dei, ut docet S.Th.2.2.9.b.4.a.ad
2. adoratio ex vi nominis, eiudèque vsi significat ex-
plícite formaliter, & immediate cultum reverentie
diuinæ per subiectionem specialem; alij verò actus,
ut deuotio, oratio, votum, oblatio, sacrificium, im-
mediate, & explicitè significant aliquid aliud; sicut
obedientia immediatè significat subiectionem manda-
ris diuinis; alij vero actus, quibus obeditur, non si-
gnificant hanc immediatè, & formaliter: sicut ergo
propter ea subiectione formaliter, & specialis circa man-
darium diuinum secundum se sumptum, ut obiectum,
dicitur propriè obedientia; ita & subiectione specialis
excellentiæ diuinæ, dicitur adoratio, præsentim, quia,
ut iam dicam, adoratio est etiam nomen generale plurimis
alii actibus. Solùm potest obici, quod laus,
qua est actus religionis, recipiat immediatè excellen-
tiæ diuinæ, & nihil aliud immediatius: ergo non
conuenit soli adoratio esse per se formaliter cultum
specialem, & non solùm generaliter excellentiæ diu-
na. Respondeo, ad actus religionis rationalis creatura
non constare solùm cultus Dei, verum etiam subiectione
ut ex S. Thom. supra dicti: laus vero, quanvis for-
maliter, & per se denotat cultum Dei, subiectionem
tamen non denotat formaliter, & immediatè, vtrunque
denotat formaliter, & immediatè adoratio; ideo
ipsi soli conuenit absolute, & explicitè ratione spe-
ciali esse cultum Dei propter eius excellentiæ, quod
conuenit alii implicitè, & virtutalem ratione com-
muni generica. Dici etiam potest, laudem vtrunque
explicitè contineat, id est, non solùm cultum, ve-
rum etiam subiectionem: possumus enim propter sub-
iectionem, & verbo, & gestu corporis: nihil enim
prohibet multiplicari signa, & notas explicitas cuius-
dam rei, cuiusmodi præsentim sunt res, & verba,
tamen non tam perfectè profitemur subiectionem
verbo, sicut gestu; quia verba non habent ex na-
tura, quod sint notæ, & signa subiectionis, sed
ex mera sua institutione, gestus autem habent ex
natura rei. Rursus non omne verbum, quo colitur
Deus, significat subiectionem, eti omne, quod
significat subiectionem loquentis, colit Deum; at
omnis gestus, quo colitur Deus, est subiectionis, &
contra.

Dico tertio, adoracionis nomen latè tribuitur o-
mnibus actibus religionis, tam internis, quam ex-
ternis, quibus est subiectio, & cultus Dei, sive im-
plicitè, sive explicitè; & rursus sive hi actus sunt eli-
citi à religione, sive imperati. Hanc propositionem
tribuimus prime sententia, tamque traditum loco
Scriptura, primis indicatur, nullam creaturam esse
adorandam, tali scilicet adoratione, que deferat diu-
num honorem, quæcumque illi sit, que zalem defe-
rat. De hac sermo est Deuteronom. 6. *Domum Deum
tuum adorabis, & illi soli seruies.* vbi latè accipit ad-
oratio diuina, hoc duntaxat, quod diuina est, absque
vlo discrimine actionum, modorum, &c. quibus
exhibeat secundum hanc latiorem acceptiōem,
cultus idolorum generatim sumptus pro omnibus
obsequiis, dicitur adoratio: & qui est addictus illis,
dicitur adorare idola. Deuteronom. 5. 17. & 29. Exod.
20. & 23. Michez 5. *Non adorabis ultra opera manus
tuarum.* Augustinus libr. 1. de Trinit. cap. 6. sic habet:
*Vnde idololatria dicitur, qui simulacri eam servitum ex-
hibent, qua debetur Deo, secundum hanc enim servitum
dictum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli
seruies.* Vniuersam ergo seruitutem, que exhibetur
Iof. Regula in 3.p.D.Th.tracl. p. 97.

A idolis, tanquam Diis, vocat Augustinus adorationem.

De his latiori adoratione procedunt loci Scriptura
suprà allata à prima sententia, quibus prob-
batur, Angelos adorare Deum: quòd pertinet illud
Psalimi 96. *Confundantur omnes qui adorant sculpida, &
qui gloriantur in simulacris suis; cui subditur, Adorau-
tum omnes Angelis eius;* hic enim adoratio significat
professionem colendi idola: & hunc senium secta-
tur Basilius in fibolio huius Psalmi, dicens, hoc Psal-
mo opponi myriades adorantium Deum iis, qui si-
mulactra adorant.

Secundò hoc ipsum probo ex verbis capituli 2. ad
Philippens., quæ prima sententia citat pro se, scilicet:
*In nomine Iesu et in omni genere fletatur, cœlestium, ter-
renorum, & infernalium, vbi obseruare oportet primum,*
B sermonem esse in actu interno significato verbo ge-
nusflectendi. Secundò hoc nomen genusflexionis pro-
priè dici de externo corporis actu, imprroprie autem, & metaphorice de interno, quia genus est pars
membrorum corporis. Ex quo argumentor: aut adoratio
propriè, & principaliiter consistit in actu interno,
aut in externo; si in interno, debuisset Apostolus potius ut verbo significante actum internum;
nec potest dici defuisse nomina, quibus significa-
retur: nam actus interni sicutem in genere, & prefer-
entiū qui possunt deferire cultum Dei, satis sunt suis
nominibus noti. Si ergo propriè consistit in actu
externo, sequitur non nisi ratione quadam commu-
ni concurret actibus internis Angelorum, qui ac-
tus interni, sive vnu, sive plures, dicantur genu-
flexiones, & adorations similitudine ducta ab ex-
teriori, etiam si aliunde perfectior sit, nobiliorque
actus, quo Angeli colunt Deum, quanvis minus
propriè dicatur adoratio, quanq; dicti actus externi,
genusflexionis, &c. & hoc ipsum confirmat, quod
affertur ex Apost. 1. ad Corinth. 13. *Si linguis homi-
num loqueris, & Angelorum; locutus enim minus pro-
priè, & metaphorice dicitur de Angelica, etiam si
aliquo perfectior, nobiliorque actus sit ange-
lica.*

Tertium argumentum sumitur ex eo, quod in
D Scripturis, sacrificium dicatur adoratio: ergo adoratio
potest etiam latè sumi. Antecedens habetur
Genes. 22. vbi Abraham sacrificatus Isaac, dicti fa-
mulis suis, *Expellite hic cum asino, ego & puer illius
preparantes, postquam adorauerimus, reverteremus ad vos.*
Hic adorare est sacrificare, nam alia quævis adora-
tio non requirabet designatum montem. Ioan. 12.
*Eram quidam Genitalis, qui ascenderam, ut adorares in
die festo.* Actor. 8. *Eunuchus Aethiopis venerat adorare
in Jerusalem.* Hic adorare est sacrificare, solùm eniā
sacrificium prohibebatur fieri alibi extra Ierusalēm,
proper quoq; opus erat è longinquo regioni-
bus illuc ire. Demum Ioan. 4. illa quæstio Samati-
tanæ, *Parres nostri in monte hoc adoraverunt, &c.* erat
de sacrificio; qui teste Iosepho libr. 11. Aniquitat.
cap. 8. schisma Iudeorum, & Samaritanorum erat,
quod Samaritan templum edificasset in monte
Garizim, & ibi contendebant esse sacrificandum.
Contrà vero Iudei solùm in Ierusalem, iuxtam man-
datum Dei Deuteronom. 14. statuerint sacrificia de-
bet fieri in certo loco, quem Deus elegisset. De-
mum nomen, & ratio sacrificij suæ naturæ est
contraria, & limitatio, quanq; nomen, & ratio
adorationis; & tamen applicatur omnibus virtu-
tum operibus, auctore Augustino libr. 10. de Cita-
te, capite 6. quem sequitur sanctus Thomas 2. 2.
quaq; 8. articulo 4. ad 1. ergo multo magis nomen
adorationis.

Restat iam ut satisfaciamus argumentis primis
M 2 sen

lententia, quæ nituntur distinctioni adorations interne, & externe tradite a sancto Thoma, aliusque Theologis cum Damasceno, & præstantie, qua præferunt internam externam, quibus quidem fere latifacit ultima nostra propositiō: nullum enim argumentum conuincit, adorationem internam non esse contentam latiore acceptione adorations; sed ut hoc ipsum magis confirmetur, præsertim quod dicitur de præstanti interna, statuendum est primo, quod bene doceat Bonum adorationem externam esse actum eliciti à virtute religionis: adorationem verò internam esse auctiū eliciti ab aliis virtutibus, quarum auctiū possunt imperari à religione: tamen neque imperiū ipsum, seu actus imperans est adoratio; solum enim est affectus generalis circa cultum Dei; neque actus imperans, cùm non sit eliciti à religione, sed ab aliis virtutibus, nec sit imperans ab actu adorations; seu ab affectu adorandi, sed solum ab affectu colendi Deum in genere, propter suam excellentiam, à quo sicut procedunt varijs actus eliciti religionis sacrificium, votum, &c. & inter ipsos adoratio, ita & actus imperans alias virtutum. Quare neque ex proprio obiecto, neque ex obiecto proprio religionis, cuius affectus imperans, habent actus interni, quod sint adorations: ideo ergo habent similitudinem adorations externe, qua elicuit à virtute religionis.

Dicitur autem præcipualior adoratio interna, quam externa, & dupli ratione. Primum secundum comparisonē virtusque in diverso genere, diversisque ordine, sub quo participant idem nomen, & rationem. Sic enim præstantior est adoratio interior, & de ipsa dicitur præcipualiter; cum hoc ramen stat, quod nomen, & ratio, seu significatio nativa uominis dicatur præcipualiter de externa, sicut leuium dicitur de corporali, & spirituali passim in libris Patrum, & orationibus Ecclesiæ, & secundum præstantiam operis præcipualius de interno spirituali, sed secundum vnum, & rationem nominis præcipualius de externo: ab hoc ducitur similitudo illius. Et in viuissim quando est aliqua similitudo inter corporalia, & spiritualia, accommodamus nomen rei corporez spirituali, non verò contraria. Sic cogitatio interior dicitur visio; intellectus dicitur oculus mentis, aures cordis ab apostolo, affectus dicitur gulfus, &c. Sed visio non dicitur cogitatio, neque oculus, aut aures dicuntur intellectus. Et si quidem haec visiones internae, & externae comparentur secundum naturam, qualitatēmque operationis, præcipualis est interna; si vero secundum nomen, eiusque natum rationem, & significationem, præcipualis est externa, etiam similitudinem interior dicitur visio, mens, oculus, &c.

Atque haec est expressa mens Damasceni citata à prima sententia lib. 4 cap. 13. Cū enim tradidisset duplex adoracionem, scilicet internam, & externam, subdit: *Quemadmodum mente & corpore lobū psallimus, & aqua fons, & spiritu baptizamus, &c.* Profectò baptisimus quoad rem præcipualiter dicitur de interno, quoad nomen verò, & rationem significatam, præcipualiter de externo.

Secundo interne adoratio dicitur præcipualiter respectu externæ secundum comparisonem in eodem ordine, & genere adorations; ad quam simul concurrat anima per internas virtutes, & facultates, & corpus per externa membra: potest enim anima ad externam adoracionem dupliciter concurrende. Primum per solam liberam facultatem voluntatis, secundum quam dat esse morale omnibus actibus, sine internis, sive externis; & hoc modo tam adoratio, & quilibet actus externus, quām volitio sunt principales in suo genere: quod enim actus externus sit ho-

nus bonitate morali, habet præcipualiter à voluntate; quod autem sit bonus bonitate obiectiu, habet per se à suo obiecto præcipualiter. Secundò potest anima concurrende ad externam adoracionem per virtutem internam, quæ duo prestat potest. Trium est subiectio voluntatem. Deo subiectio generali, quam præstant plures virtutes tum mediate, tum immediata. Immediate humilitas, & religio latè sumpta, ut inclinat animam ad cultum excellentiæ diuinae; mediate verò iustitia, cuius est species, seu pars, religio, charitas, fides suo modo, &c. etenim ex huiusmodi subiectione tum mediate, tum immediata, ostendit affectus adorations propriū dictū, quia colatur Deus exterius, queque dicitur nota subiectio interna. Ceterum internam illam subiectiōnem, quæ est origo adorations, non est necessarij esse actualem, sed factis est esse habitualem, seu virtualem, qualem gignunt virtutes in anima redentes illam disponitam ad actus adorations, que dispositio dicitur etiam adoratio, sed minus propriè, cūm non sit actus, & tamen dicitur præcipualis adoratio, quia est fundamentum externa, & quia significatur per extetnam; nihil enim prohibet esse minus propriam, & tamen esse principalem, non in ratione adorations, sed ob aliā dictam rationem.

Secundum quod præstate possunt virtutes fidei, charitatis, &c. est imperans actus religionis, cūm alios omnes, tum verò adoracionem, ut habet sanctus Thomas in 3. distillat. 9. quest. 1. art. 1. quail. 3. & 2. 2. quail. 81. art. 5. ad 1. & ratione rei imperante participant noīm adorations, quomodo charitas, & amor, affectusque temperantie, iustitiae, &c. quo scilicet amat, & imperatur temperantie, &c. potest diei temperantie, &c. quod si haec participatio nominis non concedatur charitati, & amori, quo imperans actus aliarum virtutum extra adoracionem; concedenda ramen est charitati, & virtutibus imperantibus adoracionem: quoniam subiectio sub Deo conuenire potest omnibus virtutibus, earumque affectibus non solum cauilliter, verumetiam subiectio, & formaliter tum per se, tum per aliud, quæ vbi imperant adorations, quæ secundum propriam rationem speciei nihil est aliud quam subiectio specialis in cultum excellentiæ diuinae, intelliguntur subiectio etiam seipſas, & subiectio cadit formaliter in ipsas. Non conuenit autem fidei, charitati, &c. temperantie esse, aut iustitiae, &c. in saipſis vlo modo formaliter, sed solum cauilliter, ideo aut non conuenit omnino ipsi hæc appellatio, aut non eo modo, quo conuenit esse adorations. Igittu hæc quatenus imperant, dicuntur præcipualiter adorations, ex eo, quod sint origo, & causa, sicuti possent dici præcipualiter temperantia, &c. & tamen non propriè, quia principale hic non dicitur ratione proprietatis, sed alia ratione iam dicta. Præterea adoratio exterior dicitur signum & nota adorations præcipualis, que scilicet sit tantum præcipualis modo dicta. Sicut autem S. Thomas ait actus harum virtutum imperare interdum actus religionis, ita & è conuenio dicitur, imperans ab ipsa in 3. sens. loc. cit.

Atque ex his satisfactum est argumentum ductis ab auctoritate sancti Thomæ, Scriptura, Damasceni, atque Augustini. Ad id quod assertur ex cap. 4. Ioan. dicitur primò eo loco per adoracionem intelli-gi sacrificium, & per verum sacrificium significati sacrificium Eucharistie nouæ legis, & exclusionem veterum, ut super insinuandum, & docent gravissimi Theologi. Dicitur secundò, si quæ est specialis adoratio præter sacrificium, & præter adoracionem in noua lege,

de qua loquebatur Christus, ea est, qua non est contenta externis ceremoniis, exclusa religione interna, quemadmodum etate vivabant non modum Samaritani, verum etiam Iudei, quos propriece reprehendit Christus, sed qua coheret eum interno Dei cultu, & affectu, quem dicit adoracionem, eamque principalem, & quo modo supra explicauimus.

Præfertur etiam quidam locus Chrysost. homil. 1. in cap. 6. Isaie, vbi de Angelis ita loquitur: *Velabam faciem suam, suam religionem, & reverentiam significantiam, quam habens erga dominum: velabam pedes suos, id est, inexplicabili erga conditorem reverentiam exhibere student, multo tamquam univocatum, cum ipso habui, cum voce, cum aspectu, cum denique ipsa flatione; his enim verbis describitur adoratio interne similitudine externe. Sed primum non conuinxit. Hinc maior adoratio, quam quæ hactenus explicata est latè sumpta. Deinde subdit Chrysost. alia verba, *Quangum est & alia quedam magis mystica speculatio qua circa hoc considerantur, non quod pedes, & facies habent (sunt enim incorporei, quemadmodum ipsum numerum) sed ut hoc humani sermo declarare videquaque metu ac reverentia contrahat servire Deo. Vbi declarat, huiusmodi corporeis moribus, & gestibus denotari metum, & reverentiam, qua Deo temper inferuntur Angelii, qui sanè metus est actus charitatis, cùm sit filialis, & non est adoratio, qua constituitur à S. Thom. actus religionis. Reverentia etiam, qua est aliquid commune ad metum reverentiale iam dictum, & ad actus religionis, quorum quidam etiam Angelis tribuantur, hinc sicutur à Chrysost. prout denotat timorem reverentiale, quatenus est in Angelis principiū seruandi Deo.**

Ad secundum rationem ductam ab incommodis; ac primò ad incommodum eius, qui caret visu membrorum; idem responsum proferri licet, quod in similibus, plerisque deficibus facultatis exercendi actus quarundam virtutum moralium, felicitate liberalitatis, magnificientia, iustitia, &c. Etenim præparatio animi, & voluntas exercendi hos actus externos pertinet ad virtutem, ad quam illi pertinent, tametsi voluntas reflexa exercendi actus internos, v.g. amandi, sperandi, &c. non est amor, spes, &c. vt re clè notat Valquez d. p. 93. c. 2. potest ergo carens facultate adorandi extenui, habere effectum internum, isque pertinebit ad bonitatem adoracionis.

Ad secundum incommodum, quod dicunt sequi ex defecto virtutis obseruantia in Angelis. Responde si id purent incommodum ea ratione, quod nulla sit virtus in hominibus, qua non sit etiam in Angelis, falsum assument; quia obiectum, & materia, per quam constituuntur quedam virtutes, non itaenam apud Angelos, sed tantum apud homines, qualis est pecunia, cuius sumptibus designatur liberalitas, & magnificientia; bona fortuna, & fama, qua sunt materia iustitiae, delectationis secundum tacitum, qua sunt materia temperantiae propriæ dictæ, & principialis, nam humilitas, & modestia, qua sunt in Angelis, sunt partes potentiales, præferebentes similitudinem propriae temperantiae. Idem ergo posset diei de obseruantia eius obiectum, & materia ponentur actus colendi externi: & nihilominus possent habere hanc virtutem, sicut & adoracionem Dei in preparatione animi, & affectu, nimirum exercendi adoracionem, & obseruantiam in corporibus, siquidem non propriis, quæ cogitarentur ex impossibili suppositione, circa quam non nisi oriosè ponitus actus virtutis; ut scilicet allumpris ex suppositione, & conditione non solum possibili, yetamen, etiam sepe acta posita; affectus enim virtutis circa opus exterrum eiusdem rationis est cum ipsa virtute.

Sicverò defecitus obseruantia pntetur incommodus ex eo, quod virtus hac confeatur pertinet etiam ad Ios. Raguza in z. p. D. Tharacl. post.

A temp publicam ciuium incorporeorum, quod non negamus esse verisimile; dicendum est, obseruantiam non respondere adoracioni, quæ est unus ex actibus virtutis religionis, sed esse virtutem, qua circa personas in dignitate constitutas responderet virtutem, quæ sunt circa Deum, & circa parentes, scilicet religioni, & pietati, ex S. Thom. a. 1. q. 80. art. 1. & q. 102. Sic ut ergo religio plures actus habet tum imperatos, tum elicits præter adorationem, quibus colat Deum; ita & obseruantia plures actus habet, sive elicits, sive imperatos ex fine colendi virtutem dictatum personarum, etiam aliœ non haberet actum externum respondenter adoracioni. Talis actus præcipue est laudatio virtutis, quæ est exprefatio bonæ assimilationis, quam quis habet de alio, quācumque vult manifestari, personæ, de qua talis habetur estimatio, eaque manifestatio non solum est declaratio sensus proprii, verum habet rationem honoris, & laudis, eo quod hoc fine fit. Porro in Angelis datur interior estimatio, & cum haec non sit per se manifesta, datur præterea aliis actus, qui est manifestatio, seu locutio, limulque potest appetiri finis, ob quem manifestetur, qui est, velle colere personam, & hic est actus obseruantia. His præmissis in vniuersum de adoratione; reliquum est, vt articulos S. Thom. cuiusque doctrinam exponamus.

ARTICVLVS I.

Vtrum una, & eadem adorazione sit adoranda diuinicas Christi, & ciuis humanitas.

Ad primum sic proceditur. Videatur quid non eadem adoranda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas enim Christi sit adoranda, adoratio qua est communis Patri & Filio: unde dicitur Ioan 5. Omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Sed humanitas Christi non est communis ei & Patri. Ergo non eadem adoranda adoranda ei humanitas Christi & eius diuinitas.

B Præterea, Honor est propriæ premium virtutis, vt Philosophus docit in 4. Eth. Meatus autem virtutis suum premium per alium. Cum igitur in Christo sit alia operatio diuinæ & humanæ naturæ (vt supra habuimus eft) videtur quod ab alio honore sit veneranda humanitas Christi & alio eius diuinitas.

C Præterea, Anna Christi si non esset vebo unita, esset veneranda propter excellenciam sapientie & gratiae, quam habet. Sed nihil dignitatis est ei subtrahendum pe. hoc, quod est unita Verbo. Ergo natura humana in Christo est quadam propriâ adoracione veneranda, præter adoracionem, qua exhibetur diuinitati ipsius.

D Sed contra est, quod in capitulo quinto Synodi sic legitur, Si quis in duabus naturis adorari dici Christum (ex quo dicitur adoracione introductivo) sed non una adoratione Deum ex huminatu cum propria ipsis carnis adorat, sic in ab initio Dei Ecclesia tradidit est: talis anathema sit.

Responde dicendum, quod in eogli honoratur, duo possumus considerare, scilicet eum cui honor exhibetur, & causa honoris. Proprie autem honor exhibetur toti res subsistente in eum dicimus quod manu hominis honoretur, sed quod homo honoretur. Et si quandoque contingat, quod dicunt honorari manus vel per alium, hoc non dicunt ea ratione, quod huminadi partes secundum se honorarent: sed quia in istis partibus honoratur totum, per quem etiam modus aliquis homo propter honorari in aliquo exteriori: puta in vesti, aut in imagine, aut in munere. Causa autem honoris est id, ex quo ille qui honoratur habet aliquam excellenciam. Nam honor est reverentia aliqui exhibita propter sui excellentiam, vt in Secunda parte dicitur est. Et ideo si in uno homine sunt plures causæ honoris (puta predatio, scientia & virtus) quid illius homini unus honor ex parte eius qui honoratur, plures tamen secundum eaus honoris homo enim est qui honoratur, & propter scientiam

tian & propriez vniuersitatem. Sic ergo cum in Christo sustan-
tum vna persona dñe & humana natura, & etiam una
hypostasis & unum sappositum: est quicquid eius una adoratio.
& unus honor ex parte eius qui adoratur: Sed ex
parte causa que honoratur, possunt dicti esse plures adorationes,
et scilicet alio honore honoretur propter septemcentam incrementum,
& alio propter sapientiam creationis. Si autem ponenter in
Christo plures personae seu hypostases, sequerentur quod simpliciter
eis plures adorationes. Et hoc est quod in Synodo re-
probatur. Dicunt enim in capitulo Cyri. Si quis audet dicere
assumptionem hominem coaduторem operari. De verbo quasi alterum
alter, & non prius vna adoratione honorificat Emanuelem secundum quo factum est cito Verbum manibat.

Ad primum ergo dicendum quod in Triumphantia sunt tres qui
honorantur sed est una causa honoris. In mysterio autem In-
carnationis est e converso. Et si modo alio modo est unus honor Tri-
umphantiae, alio modo est unus honor Christi.

Ad secundum accendunt, quod operatio non est que hono-
ratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc quod in Christo
sunt duas operationes non offendunt quod sint duas adorationes,
sed quod sint duas adorationes causa.

Ad tertium dicendum, quod anima Christi, si non esset vi-
ta Dei verbo: esset illa quod est principissimum in homine
illo: & ideo sibi precipue debetur honor: quia homo est id
quod est patrimonium in eo. Sed quia anima Christi est unita
per suam dignitatem illi persona precipue debetur honor, cui anima
Christi vniuers. Nec per hoc tamen dominum dignitas anima
Christi, sed angelus, ut etiam supra dicitum est.

PREMISSA distinctione duplicitis fundamenti, vnde posse sumi vnitatis adorationis, quotum vnum est
persona adorata, alterum causa adorata; conclusio
S. Thom. est, ex parte personae vnam esse adorationem
diuinitatis, & humanitatis; ex parte verbi cause duas.

ARTICVLVS II.

Vtrum humanitas Christi sit adoranda
adoratione latræ.

Ad secundum sic proceditur. Videatur, quod humanitas
Christi non sit adoranda adoratione latræ. Quia su-
per Psal. 98. Adorate sanctum pedum eius, quoniam sanctum
est. Acc. Glos. Cero à Verbo Dei assumptus, sine imperio
adoratur à nobis: quia nemo carnem eius spiritaliter man-
ducans nisi prius adoret: non illud adoratione, quia latra est,
que solum creator debetur. Cetero autem Christi est pars humanitatis.

2. Præterea, Cuius latra nulli creature debetur: ex hoc
enim reprobant Gentiles, quod colerunt, & servierunt crea-
ture: ut dicunt Rom. 1. Sed humanitas Christi est creatura. Er-
go non est adoranda adoratione latræ.

3. Præterea, Adoratio latræ debetur Deo in recognitionem
maximi domini: secundum illud Deu. 6. Dominum Deum tuum
adorabis, & illi soli seruies. Sed Christus, secundum quod est
homo, est minor Parus. Ergo humanitas eius non est adoranda
latræ adoranda.

Sed contra est, quid Damasc. dicit in 3. lib. Adoratur autem
eius Christi incarnatus Verbo Deo non propter seipsum, sed pro-
pter unicum ei, secundum hypostasim Verbum Dei. Et super illud
Psal. 98. Adorate sanctum pedum eius, dicit Glos. Qui
adorat corpus Christi, non terram intuetur; sed illum posuit,
cuius sanctulum est, cuius in honore sanctulum adorat. Sed Ver-
bum incarnatum adoratur adoratione latræ. Ergo & corpus
eius, sive eius humanitas.

Respondeo dicendum, quod sicut supra dictum est, honor ade-
rationis proprius debetur hypostasi substitutam: et ratio hono-
rit potest esse aliquid non substitutum, propter quod honoratur
persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi
dupliciter potest intelligi. In modo, ut sit eius, scilicet rei adora-
tio: sive & adorare carnem Christi, nihil est aliud, quam adorare

A Verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem Regis, nihil est
aliud, quam adorare vestrum. Et secundum hoc adoratio hu-
manitatis Christi est adoratio latræ. Alter modo potest intelligi
adoratio humanitatis Christi, que iteratione humanitatis Christi
sicut perfecta omni munere gratiarum: & sic adoratio humanitatis
Christi non est adoratio latræ sed adoratio dulcis. Ita soler-
etur quod vna, & eadem persona Christi adoratur adoratione
latræ, propter suam diuinitatem, & adoratio dulcis, propter
perficiendum humanitatem.

Nec hoc est inconveniens, quia ipsi Dei patri debetur honor
latræ propter deitatem, & honor dulcis propter dominum, quo
gubernat creaturam. Unde super illud Psal. 8. Dominum Deum
meum in te spernere, dicit Glos. Dominus omnium per poenitentiam,
qui debetur dulcis. Deum omnium per creationem, qui debetur latræ.

B Ad primum ergo dicendum, quod Glosa illa non est sic intelligenda,
quia scilicet seorsim adorare caro Christi ab eis dimittit: hoc
enim potest concipi solam boni modis effigie hypostasis Dei
& dominii. Sed quia, ut Damascus dicit, si dimittat subiectum in-
telligentiam quod videtur, ab eo quod intelligetur, inadmirabilis
est, ut creatura, scilicet adoratio latræ. Et tunc sic intellexit,
ut separata à Dei verbo, debetur sibi adoratio dulcis: non cu-
muisque prius, que communiter exhibetur aliis creaturis: sed
cuiusdam excellensoria, quam hyperbolam vocant.

Ei per hoc siam patet responso ad secundum, & tertium:
quia adoratio latræ non exhibetur humanitati Christi, ratione
suspicio, sed ratione dimittit, cui umore, secundum quam
Christus non est minor Parus.

RESPONDIT S. Thomas duabus conclusionibus.

Prima est. Humanitas ut res adorata, adorat adoratione
latræ; ut ratio verbi adorandi, non adorat adoratione latræ,
probatur, quia in adoratione distinguimus rem adoratam, & rationem adorationis.
Et humanitas, ut ratio adorationis spectatur secundum id, quod est proprium sibi: secundum
hoc autem non est ratio adorationis latræ, sed dulcis; quia est forma creata limitata perfectionis, non vero
increate: proinde adoratio ipsius, ut ratio est adorandi,
non est latræ, sed dulcis. Porro non distinguimus in
adoratione rem adoratam, & ea, quae sunt ipsius, quia
adorata sunt personæ, ut vellet, &c. est adorare personam;
ideoque humanitas, ut est aliquid personæ, scilicet latræ. Secunda conclusio, consequens est, candem
Christi personam adorari adoratio latræ propter
suam diuinitatem, & dulcis propter perfectionem hu-
manitatis:

DISPVNTATIO XXXVIII.

Quomodo, & quare ratione Christus ut Deus
adorandus sit.

V & conuenient Christo ut Deus est, com-
munia sunt ipsi cum reliquis divinis perso-
nis, propterque locus traditandi de adoratio-
ne Christi, ut Deus est, esset is, vbi in uni-
versum agitur de cultu Dci. Quoniam tamen, ut pre-
monimus, concurrunt in Christum omnes rationes
adorationis, tam creatæ, quam increate, disserendum
est, an propter creatas rationes Christus sit adorandus
ad oratione conuenienter creaturis? Et tatio dubi-
tandi petitut ex eo, quod Christus adoratur adoratio
creaturis; ideo statuendum prius est quemadmo-
dum ita adoretur.

E Ac ptinib[us] in vniuersum quod Christus adorans
sunt adoratio Dei aquilam cum Parce Deo, pro-
batur alibi, vbi agitur de diuinitate filii Dei, &
ex qualitate cum patre adiutus Artianos, ac de qua-
litate Christi, quem esse hunc ipsum filium Dei,
sed

sed inaequalem, & inferiorem patre, etiam quatenus est filius Dei, ipsi opinantur: imo vero ad probandum, Christum esse filium Dei inaequalem cum patre; Doctores catholici inter multa argumenta, vnum ducent ad oratione, que Christo in Scripturis tribulantur eadem cum Deo, Ioan. 5. *Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem*, quem locum expendit Athanasius in lib. de communii essentia diuinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: *Non permisit, inquit, Christianus dividere honorem sibi debuum, ab honoris, qui debetur Patri*. Ad Philipp. 1. *In nomine Iesu omne genu flectatur, caleficiatum, &c. Ad Hebr. 1. Adorem eum omnes Angelorum, quamquam longe plura loca sunt, que per se directe probant, Christum esse Deum, ideoque ut tales adorandum.*

Quod vero Deus sit adorandus, etiam si aliunde non luppeditarent probationes, ipsum nomen, & ratio adorationis eiustud est, vt ex nativa sua institutione videatur Deo pra omnis, & ferè soli conuenire, atque a sua proprietate, naturaque distracta, ac deficeat, cum ad creaturas extra ipsum deriuatur, & non nisi imitatione aliqua his conuenire. Hoc significat illud Matth. 4. Deut. 9. & 10. *Dominum Deum nunc adorabis, & illi sibi seruies*. Vbi singulariter tribui Deo adorationem, notar Augustinus lib. 3, contra Maximinum cap. 13. Etenim adoratio, ut supra notauimus, ex nativa sua institutione actionis, & impositionis nominis denotat cultum excellentiae per actus subiectiois, atque ex eadē institutione respicit excellentiam simpliciter cui debeatur honor simpliciter, & non est limitata ad limitataam excellentiam, quod fanè est suæ naturæ respicit Deum, cui soli conuenit excellentia, hontorque simpliciter, iuxta illud 1. ad Timoth. 1. *fili Deo honor, & gloria, similiterque subiectio, que respicit excellentiam simpliciter, respicit Deum*; omnis enim alia subiectio reducitur ad Deum, & per alias Deo sublicitur, ad Romanos 13. *Omnis anima prostrans sublimioribus subdita sit, non est enim pectus nisi ad Deum, &c.*

Cum vero excellentia diuina duobus modis spectari possit. Primo secundum se, quatenus est id, quo in omni comparatione Deus præstat omnibus creaturis. Secundo in communicatione sui, & honorum suorum, quatenus est principium omnis boni, quod est in creaturis: & rursus cum bona haec sint variarum generum, atque ideo attendantur varia rationes primi principij, & excellentie in variis generibus, scilicet creatoris, redemptoris, &c. dubium est an secundum has distinctiones excellentia distinguantur species, vel modi adorationis.

Cordubensis lib. 1. q. 5. *dubio secundum*, censer secundum varias rationes excellentiae variari modos adorationis, non tamen sub diversis speciebus, sed intra eandem. Dicitur eo: argumento, quod si iuxta tres excellentias vnam absolutam sapientia, &c. absque communicatione ad extra, & duas cum communicatione, scilicet creationis & redemptionis, fugentur tres dīj, singuli habentes singulas, et silent adorandi tribus propriis distinctisque modis adorationum: ergo de facto distincti modi adorationis sunt, quando adoratur Deus secundum dictas distinctas adorationes.

Veruntamen verius est secundum has rationes, neque speciem, neque modum adorationis variari. Ita sentit Alenit. 3. p. 9. 30. mem. 1. ar. 3. §. 2. & 3. Gabriel lib. 49. in canon. Suarez dīj. 1. fid. 4. Valsquez dīj. 94. Fundamentum quorundam est, quod religio per adorationem respicit Deum et primum principium; diversas autem rationes attributorum concurent ad constitendum vnum primum principium, citantque sanctum Thom. q. 81. ar. 3. ad 1. & vere: quia, inquit,

A Deus producit omnia, & gubernat sapientia, voluntate, & potentia bonitatis sua, cirant etiam ex q. 84. responsione ad secundum articuli primi, vbi non loquitur de concursu attributorum ad rationem primi principij, sed de inclusione omnis excellentiae in inaestate diuina, ratione cuius dicebat Glosa, quam citat, debet Deo adorationem.

Contra hoc fundamentum illud obstar, quod ratio adorationis affigetur ab ipsis in Deo, secundum quod habet ordinem ad creaturas; non autem secundum se, & excellentiam suam per se spectatam: ut vero religio secundum hanc, & hoc modo illam respicit, ut constat ex eodem S. Thom. q. citata 81. art. 4. vbi affirmat deberi honorem Deo ratione excellentiae: quod autem loquatur de excellentia secundum se, patet primum, quia huius dicti reddit rationem vniuersalitatem & communem aliis. *Honor, inquit, debetur alicui ratione excellentiae*. Secundò quia subdit S. Thom. *Deo autem compedit singularis excellentia in quantum omnia in infinitum transcedunt secundum omnitudinem excellentiarum, unde ei debetur specialis honor*.

Econtrario vero obicitur dicta responsio ad primum. Cum enim argumentum, cui respondeat, probaret, religionem non esse vnam virtutem, ex eo quod essent multi attributa in Deo; non respondeat reducendo haec attributa ad excellentiam, sed ad primum principium. & ibidem in corpore articuli obiectum, unde habet vnitatem religio colens Deum, affigat primum principium.

Vt hoc concilientur, & vera ratio tradatur, statendum est, cultum Dei, quo ipsum colit creatura, hoc ipso, quod est a creatura respicit ut obiectum excellentiam Dei in ratione principij; cum vero nullo alio cultu colatur, aut coli possit Deus nisi creatura, saltem ut quo (ne loquar interim de filio Dei incarnato colente ut quod) consequens est virtutem religionis, cuius est colere Deum per adorationem, & alios actus, respicit excellentiam Dei in ratione principij. Quod autem talis cultus, id est, creatura, respicit excellentiam in ratione principij, habetur ex eo quod omnis honor, & cultus, qui tribuitur ab inferiori superiori & excellentiori tanquam superiori, est debitus; & tribuitur in eo in quo ille est superior, & hic inferior: Deus autem est superior, & excellentior omni creatura in ratione principij, & eiusmodi principij cui non sit nec possit esse aequalis, quodque ex modo, quo est principium, obtinet dominum creaturæ; prædicta creatura suo cultu respicit Deum in ratione principij, & tanquam serua dominum, quod sane aperte significat nomen huic cultui impositum, scilicet latrū, id est, seruitus; & bene confirmat S. Th. 2. 2. dīj. 3. art. 1. ad 3. his verbis: *Manifestum est autem quod dominum conseruit Deo secundum program, & singulariter quendam rationem, quia felices ipse omnia feci, & quia summum in omnibus rebus obtineat principium. & ideo specialis ratio seruitus ei debetur, & talis seruitus nomine latrū designatur apud Graecos, & ar. 3. ad 2. ait: Edem actum honor servit Deo, & colit ipsum, nam cultus respicit Dei excellentiam cui reverentia debetur, seruitus scilicet latrū, qui ex sua conditione obligatur ad reverentiam exhibendam Deo; & ad bac duo pertinet omnes actus, qui in eligioni attribuuntur. Dices, nonne potest creatura spectare excellentiam Dei per seipsum comparata cum sua natura secundum se, & sic adorare. Respondeatur, per hanc arbitrationem a sua subiectione, detrahatur de legitimis cultu Dei, & nihilominus semper ille cultus cùllet conditione ipsa colentis, subiectio.*

Ad difficultatem ergo propositum ex duplice obiecto, quod proponit religio, & adorationi S. Thom. scilicet excellentiam, & primum principium, dicitus adorationem exhibitam à creatura, quatenus est cul-

tus respicere excellentiam Dei; quatenus autem est subiectio respicere primum principium & excellentiam in hoc quod sit primum principium, & in ratione primi principij: neque per hanc determinacionem restringitur excellens Dei, quam colit adoratio creature, ut non colat creatura quidquid est excellens in Deo, excludaturque illa excellens cultu digna; nam bene recipet S.Thomas in dicta responsive ad 1. art. 3. his verbis: *Diverse autem rationes attributorum concordant ad rationem primi principij, quia Deus produxit omnia, & gubernat sepiem, volumate, & potentia bonitatis sua.*

Atque ex his constat bona esse fundamentum supra traditum ex S.Thoma, ad probandum non distinguunt species, modisque adorationis secundum distinctionem attributorum, propriez qua colit Deus, quia per adorationem prouinciat à creatura respiciuntur ut constitutim primum principium, neque secundum distinctionem beneficiorum, tum quae receperimus, qualia sunt *creatio, redemptio, &c.* tum quae speramus, qualia sunt *gloria, &c.* hæc enim si spectant secundum id quod ponunt in nebula, sunt tationes motius voluntatis nostræ ad colendum Deum: si verò spectant secundum id, quod ponunt in Deo, sicut in ipso sunt rationes primi principij omnis boni creationis, redemptionis, &c. unde habet quod sic excellens, dignus cultu, & obiectum religionis: & ex primo capite habetur *inæqualis ratio colendi Deum, ex secundo verò æqualis: atenditur autem quantum honoris, & cultus ex secundo, quia actus metitur ratione formalis obiecti, non autem ratione motiva operantis, quod bene notat Gabriel lib.49. in canonem.*

Ad fundamentum Cordubensis dicuntur, dato casu, nullum ex dictis tribus dñis habiutum infinitam perfectionem non solum absolutè, sed ne quidem in ratione talis principij, scilicet creationis, vel redemptionis, &c. quamvis enim ratione possint distinguiri, tamen in re huiusmodi limitatio intelligitur tollere infinitatem potentie ad hos actus, quia ad hos requiritur potentia infinita simpliciter. Deinde dicuntur ea casu fore diuersum modum adorationis eo sensu, quo sunt diuersæ adorationes, quæ tribuntur diuersis excellentiis secundum gradus inferiores & superiores, ostent enim illi tres dñi inferiores gradu uno Deo, qui posset omnia præfare, ideoque diuersa adoratione adorantur quocunque modo distinguantur. Non sequitur autem hinc quod de facto quando adoratur Deus secundum vnam rationem, & non secundum aliam, adoretur diuerso modo, quia per hanc distinctionem non colitur Deus secundum rationem collandi inferiorem, & vt habens rationem inferioris gradus, sic enim posset colli adoratio æquali cum creatura: quare non potest habere locum in Deo adoratio, cuius fundamentum est differentia, & inæqualitas graduum, quod ciset in dicto casu, quo fingantur dicti tres Dñi. Præter hoc argumentum obicitur Glosa, qua in illud Psalmi 7. *Domine Deus meus in te sperauis* sic habet: *Domine omnium per potentiam, cui debetur dulcis; Deus omnium per creatorem, cui debetur laus,* unde sequitur Deo debeti diuersum genus adorationis proper diuersa attributa contra doctrinam suprà traditam. Respondeo, diuliam prout tribuitur Deo non est distinctam specie à latia. His verò verbis Glosæ solum significari perfectionem hanc, quæ in creaturis dicitur dulia, ciuique titulum, quod est dominum in superiori, & servitum in inferiori, esse in Deo. Ceterum hoc perfectio in ipso est latia distincta secundum speciem à dulia, quæ est in creaturis: fundamentum etiam cùm dulium, scilicet creatio, unde habet Deus quod sit Dominus, quæ quatenus

A constituit Deum Dominum ratio est, cur nomen dominij similem dulix possit fieri communis Dñi, & creaturæ, licet diuersæ rationes sint vicequibus; quatenus autem constituit creatorem, ratio est cur tribuat sibi nomen latia, & cur dominium, quod in creaturis est dulia, in Deo sit latia, quamvis applicetur ipsi nomen dulia. Hæc est exppositio communis multorum, & Cajetani bī. Videlicet obstat S.Thom. anta, qui hac auctoritate probat conuenientem Christo diuliam & latianam ratione diuersarum naturarum per regulam dialeticā, si cui minus videtur inesse, inquit, & cui magis: loquitur autem de his tanquam de distinctis secundum speciem. Respondeo solum voluisse tollere inuidiam vocabuli, dulia, quam praefecit, dū tribuitur Christo, qui est persona diuina & Deus, profecto dictam auctoritatem ad ostendendum, nomen dulia non vñque ad eō abhorret à Deo, sed aliq; quo modo tribui, tametsi latet, & minus propriæ nec proinde à Christo, propriez quod sit Deus, cùm præfertim prædictus sit natura humana; ita Cajet. & Suarez, nuc sunt audiendi recentiores quidam, qui volunt, S.Th. intellexisse Glosum hanc de dulia propriæ, & non late sumpta.

Circa illud, quod dictum est, religionem esse vnam virtutem vniuersi obiecti formalis, scilicet excellens diuina, cāmque respicere per actus vniuersi, & non diuersæ speciei; recolendum est quod lupia diximus, non omnes actus immediate subici excellens diuina, sed certos præter adorationem, quæ sola immediate subiicit illi, subici immediata variis attributis & qualitatibus subiecti, & accipere varietatem ab iis, etiam secundum submissionem, seu subiictionem; que non respiciat excellentiam, id est, Deum ut excellentem. Oblation enim respicit Deum præcisè tanquam Dominum, viatima, ut auctoritatem mortis, & vita, &c. Ceterum he subiissions sunt differentiae materiales religionis, que non habent rationem religionis, nisi ut subiiciuntur excellentes diuinas; proinde huiusmodi varios modos sive genera subiictionis rationem neque constituere varias virtutes, neque varias species actionum sub virtute religionis, quia non variante subiictionem in specie religionis formaliter, sed materialiter.

Dubium esse potest quanam sit adoratio soli Deo conueniens, appellata nomine latia: est autem sermo de adoratione propriæ dictæ, qualis tantum est externa. Dicendum est ex natura rei, nullam esse quæ soli Deo conueniat, ut patet discurrenti per singulas, & docet Aug. lib.10. cīm. cap.4. & Greg. Nyssenus citatus à S.Thoma in catena, circa illa verba Luke 21. *Positis genibus orabis, qui, inquit, humana natura nihil habet Deo condignum, ideo honorifica signa, que inueni exibebitis, transiumpsum ad obsequium incomparabilis natura.* Itaque attendenda sunt tria, primum ex parte adorantis intentio, hæc enim quoquaque actus aliqui communes, potest facere peculiares cultui Dei, & materiam latia. Secundum publica institutio, & hæc quod attinet ad actus adorationis, vix illa inueniatur de aliquo actu externo adorationis, sed solum de sacrificio, & rebus ad ipsum pertinentibus, cuiusmodi sunt alaria, & sacerdotes, adde templum in tatione templi, quæ ratione respicit sacrificium, non autem in ratione balicis, ut infra dicetur; sed iam nobis non est tractatio de his, sed solum de adoratione.

*De adoratione Christi, et homo est, seu huma-
nitatis Christi. §. I.*

Excellentia creata & increata duæ sunt distinctæ adorandi rationes; & vitaque est in Christo. Secundum increatam communicari cum duabus aliis diuinis personis, nihil habens singulariter, quo distinguatur penes adorationem ab ipsis: secundum creatam verò conuenit cum hominibus, & Angelis cultu, & veneracione dignis tum dignitate naturæ, tum verò dono, & excellencia gracie, habens tamen in donis gratia aliquid praetantius, & singulare, quo distinguatur penes adorationem ab illis. Propterea primo loco agendum est de adoratione humanitatis Christi, seu Christi, ut homo est, secundum ea, quæ habet communia cum creaturis cultu dignis, quod est agere de adoratione sanctorum, sicut (ut supra monimus) agere de adoratione Christi, ut Deus est, est agere de adoratione Dei absolute, omniumque personarum, & sic eginus suprà. Secundo verò loco agendum est de adoratione humanitatis Christi, secundum ea, quæ habet singularia præ omnibus creaturis: & cum similiter aliquid singulare præ his omnibus habeat beata Virgo Mater Christi, conseqüens est & de eius adoratione aliiquid dicere.

DISPUTATIO XXXIX.

An Sancti sens adorandi.

SANTOS esse adorandos negarunt plurimi heretici antiquiores, & recentiores. Ex antiquioribus recentem Eustachium Sebastianum Episcopum, Alfonsum Castro lib. aduersus heres, verbo, *Santili Pratulus*, *Eustachium*, & Bellar. lib. 1. de sanctorum benedictione cap. 1. cundemnante refert Castro damnatum in Concilio Gangreni, allegant Socratem lib. 2. b. 3. cap. 33. qui quidem recentiter ibi errores Eustachij, sicut & Nicephorus lib. 9. cap. 16. & 45. sed huius erroris non meminerunt. Nihilominus colligi videat, eti non tam explesè, ex D præstatione illius Concilij, vbi dicitur, ipsum contemnere loca sanctorum Martyrum, & omnes, qui illic convenienter reprehenduntur. & canon 5. qui refertur cap. si quis doceat diffimili. 30. dicitur: Si quis docet a omnibus Dei contemptibilem esse, & conuenit, qui in ea celebrantur, anabera sit. De codem, inquit Socrates, & illis qui Ecclesiæ detestabantur perfusit, vt in eisdem suis communionem facerent, erat enim apud Bellar. Vigiliantius & Claudius Tauriniensis, ab aliis etià Faustus Manichæus, & Porphyrius quos omnes, constat, venerationem reliquarum sanctorum Martyrum reiecerunt. De Vigiliantio testis est Hieronymus epist. 53. de Claudio Ionas Aurelianensi lib. 1. c. 2. de cultu imaginum, de Fausto Augustinus lib. 10. contra ipsam. cap. 21. de Porphyrio Augustinus lib. 19. de cultu. cap. 3. vbi testatur, ipsum insimulasse Christianos, quia dæmones adorarent, quamquam non explicat, quas personas cultas a Christianis dæmones appellari. Cetero non absque fundamento dicitur, hos omnes sanctorum cultus reicisse, quodquidem non distinguunt, neque tollunt suspicione, quam meritū præbet ipsorum sententia, neque ad tollen tam huiusmodi suspicione, seu illationem prodest quod heretici recentiores negant adoracionem Crucis, & imaginum Christi, non negent illam Christum, tum quia Christus est Deus, quem solum volum ipsi colandam, exclusis non solum creaturis sanctis, verum etiam Crucis & imaginibus Christi. Tum quia si negent

esse Deum, & veulent nihilominus adorandum, confluunt super picionem negata adoracionis Christi, ne gantes illam eius imaginem, nisi explesè exciperent Christum.

Expresius hunc errorum profulus est Leo Iauricus, ipsumque lequatus Comitatus Copronymus, qui publico edicto prohibuerunt cultum, & veneracionem sanctorum, ut refert Cedrenus in variis formis & Nicephorus lib. 18. m. 10. qui testatur, eos beatam Virginem, quandiu Christum in vtero gestauit, cultu & honore dignam censuisse, post partum verò non suffit colendam maiorem cultu quam ciuili, e ceteris sciamini communis; itaque nullum cultum fauitorum Virginis, sed omnem soli Christi in cuius vtero tribuanter. Eundem errorem ait Castro verbo sancti sequentis Valdensis, qui omnium sanctorum felicitates austeri ab Ecclesia conatu sunt; & Joannes Vv. f. 1. perpetuus propugnat se & Valdensium, ut refert VValdens. l. 3. cap. 18. mom. 2. & cap. 103. accedit Ioannes Hull. pertinus discipulus VVicel & Boemi in omnibus obsequientibus Ioanni Hull. narrat tamen VValdensis hos hereticos aliquam salutacionem sanctis concessisse, forte tantum ciuilem. Eundem errorem tribuit Luther, & Ioannii OF: colampadii in explicatione Ifae, Alfonsi Castro. Calvini lib. 1. Inquisitorum cap. 1. §. 11. & cap. 12. §. 1. non patitur ullum cultum exhiberi sanctis Angelis, vel hominibus defunctis, neque parvum, seu ciuilem, neque magnum; non ciuilem, quia non versantur nobiliter ciuilitate, neque maiores, quia illi filios Dei, contentum Magdeburgenses apud Bellarium lib. 1. de cultu sanctorum, cap. 11. & alij recentiores heretici apud Valentian lib. 1. & 2. de idolatria. Huius principis fuit Julianus Apol. qui apud Cytilium lib. 6. contra ipsam. §. quid id est. obicit Christianis, quod multos miserios homines colecterunt; item opponerebat Augustinus Maximus Madurensis in epistola ad ipsam, que est 43. inter alias Augustini. Iudea etiam, teste Eusebii lib. 4. hist. cap. 15. idolatria crimen propter cultum sanctorum tribuunt Christianis, hoc ipsum crimen impunissile nobis Maometum, refert Pratulus vobis Mosesthem. num. 7.

Dicendum tamen est, sancti hominibus & Angelis debitum esse cultum & adorationem, est de fide definitum à Felice I. cum Concilio Romano in sua epistola 2. decretal., & in Concilio Gangreni can. 20. his verbis: Si quis per superbum tangit p. f. clam se existimat, conuenit, qui per leca. & basilicas faciliatas Martymrum sum, vel acconficerit, vel eius oblationem, que traditam celebrantur, spemnatur esse crediderit, memories per similes rem conseruandas, anabera sit. Eadem veritas definita est principium ab Economachis in sua prima Synodo generali, hic falso nuncupata, quæ refertur in scripta vera Synodo Nicæna. f. 2. ultio. 6. item. 6. Partes enim huius pseudosynodi, qui paruerint Constantino Copronymo in damnando cultu imaginum, noluerunt patere in damnando cultu sanctorum, sed defuerunt & adorandos, & invocandos esse: vnde per speciem huius Calami, qui conciliat auctoritatem huius Synodo, quoniam damnet imaginum cultum; quo sit, ut vel ipsius Calami calculo ure probatus sit sanctorum cultus, & damnatus ipse cum aliis, quibus huiusmodi cultus non probatur. Rarus veritas haec definita fuit in vetera 7. Synodo Nicæna. f. 2. c. 2. in Epist. Adriani prima ad Constantium, & Irenem & al. 3. in epist. Theodori, & al. 4. in dialogo Leonij Episcopi Neopoleos lecto in eadem scilicet, & in epist. Germani Patriarchæ, & al. 7. in definitione fiduciæ. Accedit Concilium Trident. f. 25. cap. de invoc. & vener. scilicet, & denuo omnia Concilia, quæ finiunt adorandas imagines, & reliquias sanctorum, à fortiori definiunt adorandos sanctos.

Præterea

Præterea probatur primò in vniuersum quod sit conueniens & debitus ipsi honor Psalmo 138. *Mibi autem nimis honoras sum amici tuis Dei, amici Dei sunt sancti, Ioannis 12. Jam non dicam vos seruos, sed amicos; &c. Si quis noster ministraverit, honorificabim us pater meus, si Deus honorificat, cur non honimes in Ecclesiæ 4. Lamen dum viros gloriosos, &c. latè ibi agitur de laudibus sanctorum, laus autem est species honoris.*

Secundò invocatio sanctorum aut est honor, aut non sine honore, quia est racita profilio, & protestatio excellentiæ, qua præstant nobis, & submersionis nostræ, qua prohmetur nos inferiores esse. Etenim eum adhibemus sanctos ad orandum Deum, ratio impetrandi non est gratia, qua valemus ipsi apud Deum, quomodo adhibemus nuncium oratores nostrum apud principem, apud quem valemus gratia, vt postuler nomine nostro, semper enim usurpamus illud Danielis 9. *Nec enim in iustificatione nostris pretermittimus precies ante faciem tuam, sed in miserationib[us] tua multitudinib[us]; sed est gratia, qua valent ipsi apud Deum, quamque prohmetur non suppetere nobis ad hunc effectu impetrandi; sicut cum adhibemus amicos principis, qui valent apud illum gratia, & meritis, quibus nos non valemus. Sic Moyse Exod. 32. *Quisca ira tua esto placabilis si per nequitia populi tui, recordare Abraham, Is. ac. & Iacob se uorum tuorum, &c. hoc autem est profiteri voce ipsa, & affectu sanctorum maiorum & protstantiorum nobis apud Deum vera præstantia, veraque gloria, quod est colere & honorare sanctos. Hinc Theodoretus 9.67. in Exodus, tractans hunc locum dicit: Sanctum Moysen cum se non exstinxerit, sed clementem ad placandum Deum, adhibuit etiam patrum suorum Prophætorum, & Augustinus q. 149. in Exodus. Admonetur, inquit, cum meritis nostra nos grauante, ne diligamus a Deo reuelari nos apud eum illeorum mentis posse, quos Deus diligere. Igitur sanctos invocari, & sanè cum prærogativa honoris, habetur istud, & aliis locis. Iob 5. *Voca si quis ergi, qui ubi responderet, & ad qualib[us] sanctorum conuenere, vbi nomine sanctorum ait Augustinus, in annotationib[us] in Iob, intelligi Angelos, sicut & illis verbis capituli 19. *Asteromini mei omnes mei, & illis capituli 15. Ecce inter sanctos eius nemo immunitus, iuxta quem sensum cap. 4. dicitur: Ecce qui seruimus enim sunt fidates, & in Angelio sibi reperiunt prauitatem, que verba eti[us] non recipiunt auctoritatem à scriptore libri, eum sicut dicta ab Eliphas amico Iob, indicant tamen receptionem tunc consuetudinem invocandi Angelos. Demum Iob 33. dicitur: Si fuerit Angelus loquens pro corvus de milibus, miseret tu ei, & dicas libera cum.****

Tertio magis in specie seu nominatum conuenientem esse adorationem Angelis, probatur alii Scripturae locis. *Adoravit Angelum Abraham, Gen. 18. & Lot, Gen. 19. h[ic]c] adoratio videtur posse civilis, eo quod credatur Abraham & Lot non cognovisse Angelos, sed initio, cum eos adorauerint homines putasse; sed ne diffumperet de hoc, extant loca, quibus cognoscuntur ut Angeli, & adorantur, Num. 21. Aperte Dominus oculis Balacram, & vidit Angelum stantem in via euangælio gladio, adoransque cum prona in terram. Iosue 5. cum vidisset Iosue virum stantem, euaginato gladio, dixit, *Noster es, an aduersariorum?* ille, *nequam, inquit, sed princeps sum exercitus Domini, omnino procedis Iosue pronus in terram, & adorans.* Iudicium 13. Manu & vxori eius cum vidissent & cognovissent eum, qui loquitos eis fuerat, fuisse Angelum, proni occiderent in terram, ridiculum verò esse dicere, Angelis debet ciuilium honorem, nec dici potest exstigmatos esse Deum, nam Angelus Iosue dixerat, se esse ministerum Dei, nec male fecisse, qui illos adorauerunt, quia Angelus non solum non prohibuit adorationem Iosue, verum iussit adhuc maiorem honorem sibi*

exhiberi, dicens: *Solis calorem suum pedum tuorum, loco enim in quo stas sanctus es, erat autem Iosue in campis Iericho; quare non nisi ob præsentiam Angelorum locus ille sanctus erat. Referuntur etiam in Scripturis, adorationes hominum sanctorum singulariter exhibita ratione sanctitatis. I. Reg. 18. Saul adorat animam Samuelis sibi apparentem, in quo non errauit, quia neque Samuel, neque Scriptura ipsum reprehendit, nec fuit honor ciuilis, quia non conuenit animabus defunctorum. Item 3. Reg. 18. Abdias vir sanctus adorat Eliam pronus in terram, non quidem adoratione ciuili, hac enim debita fuisse potius. Abdias ab Eliᾳ, quia ille erat unus ex principibus regni, hic autem priuatus homo; adorauit ergo alio genere adorationis debito sanctitati. Præterea 4. Reg. 1. filii Prophetarum cum audirent spiritum Elię requieuisse super Eliam, accedentes adorauerunt eum proni in terram.*

Quarto accedit communis consensus Patrum, & traditionis Ecclesiæ. Iustinus in 2. Apolog. pag. 2. sic habet: *Sed & illum (Deum patrem) & eius blvum, qui venit, nōsque h[ic]c docuit, & aliorum sequentium similiūmque bonorum Angelorum exercitum & spirituum propheticum colimus, atque adoramus, verbōque, & te, seu vertitate veneramus, idque omnibus, qui discere volunt, ut docti institutio sumus copiose trādimus. Basilius oratione in S. Mamarante*

C *Ecclesia, inquit, per hoc, quid est honor, qui praeferrunt, prefenses impelli, & oratione in 40. Mart. Honor, inquit, quem bona conserua exhibemus benevolentia erga coniunctionem Dominum significacione de se præber. Greg. N[ost]ri sicut oratione in Theodoreno Mart. multa dicit de cultu sanctorum Martyrum, & inter alia: *Cui regum, inquit, talis honor habeatur quia ex iis, qui supra modum inter homines excelleb[us] sunt, sali memoria celebratur. Chrysostomus de S. Lucentino & Maximo: Non aliter, inquit, præfeta, atque recentiores colim[us] sanctos, sed eadem diuinissime omnes, & infra: Idcirco sepe eos misericordia, summis adoramus, &c. Cyprianus lib. 4. epist. 5. Martyrum, inquit, passiones, & dies anniversarii celebrazimus commemoratione. Ambrofius sermoni 6. in fine: Quisquis inquit, honorat martyres, honorat & Christum, & lupras. Debemus reddere illis honosificemus, &c. Cyrilicus Alexand. lib. 6. in Julianum ultra medium: Nos, inquit, non Deo, sed offere diximus sanctos Martyres, sed omnino digni confusurum. Eusebii lib. 13. reparat Euang. cap. 7. Nos, inquit, quotidianum festinamus; nam vere pietatis mites, ut Dei amissimus honoramus. Theodoretus lib. 8. ad Gracchos, Suet., inquit, mortuos Dominus Deus noster in templo pro Diis vestris induxit, ac illos quidem casas gloria, vanegione reddi, suis autem Martyribus honorum illum dedit, &c. dicit autem traditum Martyribus honorem Deorum, eo quod colerentur in eorum templis loco Deorum, diverso tamē, & non eodem cultu. Quare subdit Theodoretus, Atqui nos è Graci homines, nec bestias Martyribus, nec libanina villa defferimus, sed ut similes homines Dicique amissimus honoramus. August. serm. 1. de SS. Petro, & Paulo: Beatisimum Petrum pescatorem modo genibus prouulnus adorat genitum multitudine. Idem lib. 20. contra Faustum, cap. 21. obiciunt Fausto, quod Christiani idola verificant in Martyres, respondet, à Christianis coli Martyres, sed non lacryma, idem responderet Ps. 16. obiciunt Ethnici quod Christiani coleant Angelos. Damascen. lib. 4. cap. 16. Honorare, ait, deos sanctos, ut amicos Christi, ut filios, & heredes Dei, &c. Bernardus serm. in illud Apoc. 12. *Signum magnum, &c. Amplexumur, inquit, Dei Mariae uulgaria, & devotissima supplicatione beatis illius pedibus prouulnamus.* Hier. in epist.**

ad Ripam. *Honoramus, ait, seruos, ut honor seruimus,*

Eadem

Eadem veritas probatur ratione. §. 1.

Primum argumentum est, quia excellentia, secundum quam quis est in dignitate tanquam principium regendi alios in omni genere honestorum operum, & in omni vita sue ciuii, sue bellici, sue studioi, &c. est digna cultu & honore exhibendo non solum ab iis, qui subiecti sunt ipsi, verum etiam ab aliis, qui non subiecti sunt, ut eccl. docet S.Thom. 2.1. q. 102. art. 2. ad 2. ac proinde etiam nullos habeat subditos, dignus est cultu, & colendus hoc solo, quod sit idoneus ad hunc dignitatis statum, vt habet idem art. 1. & ratio ipsa, atque usus hominum docet huiusmodi personas in dignitate constitutas, ut Reges, duces, magistri disciplinarum colli, quando sunt deputati successione, vel electione; multo ergo magis si sint praestantes, & idonei praestantia virtutum, nam in viuisum proprium virtutis primum est honor. Sic Arist. lib. 4. Ethic. cap. 3. de honore ait eccl. id, quod Dei attributum, quoddam maxime appetunt, qui in dignitate constitutis sunt, quod idem ob praelarissimis res dari primum confutat. Iam vero sancti omni genere virtutum & meritis operum praelarissimorum praestant omnibus, & superiores sunt, beneque comparati ad praeceptum omnibus; propterea maximus digni sunt cultu, & honore; qui uerum de facto instar principum praeſidetur Ps. 44. Confitives eis principes super omnem terram. Apoc. 3. Qui viceris, dabo ei sedere in throno meo. Luke 22. Dispono vobis sicut dispositi nubis pater meus regnum.

Hæretici, qui duos tantum cultus admittunt, alterum religionis, qui debetur soli Dco, alterum ciuienli prophetarum, quo honoramus homines potentes, & sapientes, hunc solum tribuunt sanctis; non vero tertium aliquem supra humanum, & infra diuinum; ita Caluinus. Veruntamen cum aliis argumentis ductis ab auctoritate, tum maxime hac ratione conuincuntur, quod ubi magis vel minus in formis non sumitur secundum gradus inateriales, sed vel secundum essentiales, vel secundum omnes rationes diversas aliunde peritas, differentia ipsarum secundum magis & minus est in diversa specie, non vero intra eandem, sive subiecta secundum esse suum similiter sunt diversæ species, sive non, sicut magis, vel minus visibile in lumine, & in colore, aut in colore illuminato per lumen Solis, & in illuminato per lumen ignis, est in diversa specie in vertice sine ipsa fabicia visibili, differunt species, sive non; similiterque magis & minus illuminatum in illuminato lumine Solis, & in illuminato lumine ignis, est in diversa specie, in illuminato autem lumine Solis intencio, & remissio est in eadem specie: aut si dicatur non esse diversæ speciei visibile, vel illuminatum lumine Solis à visibili, vel illuminata lumine ignis, in eo quod sunt visibilia & illuminata, ac proinde magis & minus differunt species, in his certe magis & minus, quod sumitur a differentia, quod est penes excellentiæ nec has fortas, non est eiusdem rationis, sed diversæ species, aut quem species, ab eo quod sumitur a gradibus eiusdem formæ; eiusdemque excellentia: Atque obiectum honoris hominum viuentium vitam ciuiensem humanam, & sanctorum, presentim defunctorum viuentiam vitam supra humanam, & diuinioram, quod obiectum est excellentia, recipit magis & minus; & non quidem secundum gradus materialis; neque secundum circumstansias, & rationes communes viuentibus & defunctis, verum secundum rationes diversitatis, & differentiarum peritas à diverso horum statu, quibus scilicet differentias viuentis ordo sanctorum defunctorum distinguunt ab vni-

A uestro ordine viuentium tali distinctione, quæ afferat distinctionem excellebit secundum magis, & minus: ergo differentia viuentium, & defunctorum secundum magis & minus in hac excellencia non est intra eandem, sed in diversa, seu quasi diversa specie. Huiusmodi autem rationes diversitatis sunt perfectio virtutum, prædictæ supranaturalium, cum incapacitate imperfectionis; facultas, & puritas cum incapacitate inacutæ: dignitas, quæ habent ex gloria animæ, & corporis; maxima similitudo cum Deo proprie hæc omnia, iuxta illud 1. Ioannis 3. Cum apparuerit, sicut ei erimus, unde benevolens sicuti es; unde & dicuntur regnare, Apoc. 5. Eccl. nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. & cap. 32. Dominus Deus illuminabis illos, & regnabunt in facili faculorum, que rationes diversitatis constituent statum diversitatis essentialem, & non solum materialiter, seu accidentialem à communis, & ciuiili statu hominum huius vita, & excellentiam maiorem secundum hanc diversitatem: ergo & honor huic statui debitus erit diversitas rationis & speciei, seu quasi speciei.

Confirmatur. nam re ipsa à primis Ecclesiis temporibus cultus exhibitus sanctis à fidibus Christianis ciuiusmodi erat, ut propter accusacionem idolatriæ ab infidelibus, scilicet ab Ehrnicis, vt refert Eusebius lib. 8. cap. 6. his, à Iudeis idem lib. 4. cap. 15. à Julianu apostola Cyrilus lib. 6. & 10. in Indian. à Maniclaio Aug. lib. 26. cap. 11. contra Farism. à Porphy. Vigilantio & Eunomio Hieronymus lib. contra Vigilantum, ministrum qui videbant, Christianos exhibere sanctis cultum maiorem ciuiili & communis, scilicet factum, & religiosum.

Eadem veritatem probant peculia Ecclesia officia, rationesque colendi Sanctos. § 2.

Constat exhiberi sanctis ab Ecclesia, & fidibus ciuiusmodi cultum, quem cuius extra illos exhibere nefas esset, nimisq; invocationem, quemadmodum supra descripsimus. Secundò extreunctiones, & dedications sacrarum donorum, ut habetur in Conciliis Gangren. in epist. ad Episcopos Armeniae cap. 10. Cabiliensi can. vlt. Carthagin. V. can. 14. extant etiam multa Patrum testimonia. Cyrillus catechesi 16. incminit Ecclesia Apostolorum extreucta in loco, ubi Spiritus sanctus delcederet. Athanas. in Epist. ad Sylvanianum agens, meminit templi S. Quirini. Basilius in Ps. 114. templi Martyrum. Ambrosius lib. 5. epist. 5. ad Felicem loquitur de Basilica Apostolorum nomine dedicanda. Hieron. lib. contra Vigil. de Basilica Martyrum. Chrysost. hom. 28. ad populum de Martyrum templis. Nazianz. orat. 1. in Iulianum de extreunctione templi Matthei Mart. De codem Nisienus oratione in Theodor. Theodoretus lib. 8. ad Gracu de Martyrum templis. Eusebius lib. 4. de vita Constantini cap. 58. 59. & 60. de templo pulcherrimo Constantiopolii erecto. Apostolus à Constantino Sozomenus lib. 6. cap. 8. de templo S. Thomas, quod erat Edelza. Socrates lib. 1. cap. vii. de Ecclesia Apostolorum. Euagrius lib. 1. cap. 3. de Templo faustæ Euphemie, & lib. 3. cap. 8. sancti Thedæ à Zenone extreucto. Niceph. lib. 13. cap. 37. sancti Bafilici. Ang. lib. de cura pro mortuis. cap. 1. sancti Felicis. lib. 1. cimi. cap. 1. Bafilice Apostolorum, & Martyrum. Greg. lib. 2. de dog. cap. 8. de oratoriis sanctorum Martinii, & Ioannis. Damasc. lib. 4. cap. 16. ait templo in Martyrum memoriam edificanda. Gaudencius tractatus de dedicatione Ecclesie de Bafilicis sanctorum. Procopius de quatuor Inflani plurima tempora Martyrum, aliorumque sanctorum enumerat. Ad extremum est antiquissima meino

memoria Ecclesiæ extructum Roma à S. Silvestro, & aliis Pontificibus variis sanctis, ut fertur in lib. pontificali.

Tertiù coluntur sancti dieb. festis cōsuetudine Ecclesiæ, & testimonio Conciliorū, & Patrium ab Apostolorum tempore. Clemens Romanus lib. 8. cap. 39. iubet ferturi festa Apostolorum, & Martyrum. Origenes hom. 3. in diuersis Euangelij locos, commendat diem festum sanctorum innocentium puerorum Martyrum. Cyprianus lib. 4. epist. 5. Martyrum passiones, & dies anniversaria commemoratione celebramus. Baſilius orat. in Gordio. Matis. Nifensis oratione in Theodorum M. et Nazianz. orat. in Iulian. Hieron. in cap. 4. ad Galat. & in epist. 19. ad Eusebium. Chrysostom. hom. 66. ad populum. Ambros. serm. 76. 77. & 78. Aug. in Ps. 63. & 88. Theodoretus lib. 8. de Martyribus. Extant etiā testimonia Conciliorum. Concil. Laodic. can. 5. 1. decrevit, festa sanctorum extra quadragessimam celebranda. Concil. Carthag. III. meminit anniuersariz diei celebrationis memorie Martyrum. Concil. Toleto. can. 23. Lugdunense, vt habetur canon. Pronuncianum, de confec. dist. 3. Moguntinum can. 96. nomenclant dictionem feitorum, quibus sancti coluntur.

Quartò accedunt vota, quæ quidem posse sanctis nuncupari testantur Eusebius lib. 13. preparat. Euang. cap. 7. Non, inquit, vera pietatis malus, ut Dei amicos venerantes, ad monitionem illorum accedimus, utque illis facimus tanquam viris sanctis, quorum intercessione ad Deum non parum innaturi profitemur. Theodor. lib. 8. ad Gracos cùm dixisset, varia à Martyribus peti, subdit: Pie fideliteque precatos ca maxime conquisi, quæ desiderant, testatur illa, quæ votorum tui persoluunt: nam alii quidem oculorum, alii verò pedum, alii magni simulacra suspendunt ex argento autōe confecta, &c. Palladius in bīf. Lansiaci cap. 113. scribit sanctum Philoromum ex voce Apostolorum nuncupato venisse Romanum ad limina Apostolorum, & deinde Alexandriam ad S. Marcum. Prudentius in Hymno de familiis Emeterio, & Chelidonio, ait sanctos coli votis, voce, munere. Paulinus natali 2. de S. Felice,

Coram vota tibi, coram mea corda dicant.

Et natali 4.

*Annuo vota misere remeant simul annua lingua
Debus, &c.*

Greg. Turonicus lib. 2. bīf. Franc. cap. 37. de voto missorum Regis Clodouari ipsius nomine nuncupato, sic habet, *Dominus gratias agentes, & vota B. Confessorum promittentes lai nuncupaturum Regi, &c.*

Denique hoc spectante peregrinationes fidelium ad tempora sanctorum, Ioannes Chrysostom. hom. 66. ad populum Anioch. circa finem, comparans sepulchra Martyrum cum sepulchris Regum, sic habet: *Ista quo regias quidem anas videas nullus unquam peregrinatus fuerit nisi vero reges plerumque huius spectaculi gratia peregrinari sunt, sicut nunquam indecū veligia & signa sanctorum adei exhibent, uti demones flagellantur, corrugantur homines & liberantur. Paulinus in natali 3. S. Felici scribit, turbas innumerabiles ex remotissimis locis peregrinari solitas ad corpus S. Felicis, Prudentius in hymno de SS. Emeterio & Chelidonio,*

*Exteri nec non & orbiti,
Huc colonus aduenit.
Fama nam terras in omnes,
Praecurriri prodixit
Hic patronos esse mundi
Quos preantes ambiant.*

Nicolaus L. in epist. ad Michaelsem scribit, multa mil-

lia hominum ex omnibus tertie finibus confluere solita ad limina Apostolorum religionis caufa. Beda lib. 5. bīf. cap. 7. scribit, Regem Cedauallani, & cap. 20. Regem Coenimedum peregrinacionem ad Apolitorum limina suscepit. Palladius in bīf. Lansiaci cap. 113. scribit Philoromum presbyterum ex voto peregrinatum Romanum ad limina Apolitorum, & Alexandriam ad reliquias S. Mathei. Metaphrastes in vita S. Alexy. scribit, ipsum peregrinatum ad nobiliores mundi Ecclesiias. Demum Concilium Cabilonense sub Carolo Magno celebratum docet can. 45. eorum deuotionem omnibus probati debere, qui penitentia caufa ad limina Apolitorum, vel alia sancta loca peregrinantur.

Et quidem hæretici in vniuersum negant singularem aliquem cultum præter ciuilem exhibendum sanctis; & nominatum iam dictos basilicarum feitorum, &c. quod scilicet hæc solius Dei sint propria, & non sine crimine idololatriæ vlli creature extra Deum tribuantur. Veruntamen nullam huius criminis notam subesse, facile probatur. Etenim non committitur idololatria, nisi aut diuinus cultus sit, qui tribuitur creature, aut si diuinus non est, sit tam talis ex animo, & intentione, qua tribuitur illi, nimis, ut eo profitamus, & protestemus, creaturam esse Deum. Iam de intentione nihil attinet dicere, constat enim, nullum ex officiis, quibus coluntur sancti, institutum esse ab Ecclesiæ ad tribuendum ipsis diuinum honorem. Quod verò attinet ad tem. ipsam constat, omnia officia lupiæ memorata, neque ex natura, & conditione sua, neque ex lege, aut consuetudine céleri proprium Dei ultrum. Primum enim officium, quod est inuocatio, postulat intercessionem eorum pro nobis apud Deum, similiq[ue] veneratur, protestaturq[ue] gratiam, qua valent apud illum ad intercedendum, que facto, tantum abest, ut diuinum honorem illis tribuamus, ut potius protestemus vincum esse Deum, cui sancti queat ac nos, quamvis aliqui gratiatores, subiecti sint.

Iam quod attinet ad reliqua officia, dedicationis sacrarum adiunctorum, & dierum feitorum, peregrinandi, & vota nuncupandi, quemadmodum absque cultu diuino, & abique nota idololatriæ ad honorem sanctorum adhibeantur, duo sunt catholicorum opiniones. Prima est sacras ædes, diisque festos soli Deo propriæ dicari, & consecrari, sed lub nomine variorum sanctorum, vt videlicet primum his nominibus distinguantur à se inuicem sacra ædes. Secundò ut his locis, & diebus præcipue colantur sanctorum memoriæ, & in iisdem inuocentur patrocinia ipsorum, ore turque Deus, ut propitius sit propter eorumdem intercessionem; quemadmodum Milia quædam dicitur S. Petri, quædam S. Pauli, non quod factificium offeratur Petro, vel Paulo, sed quod offeratur Deo in gratiarum actionem pro gloria illis collata, & simul interpellentur tanquam patroni & aduocati apud Deum. Idem dicunt de promissis, ac votis, quæ sancti fieri dicuntur, nempe quatenus ad religionem pertinent non teferit ad sanctos. Sed hoc honoris tantum ipsis tribuimus, eam promittere, seu vovere ipsius dicimus, quod Deo vovimus ex illorum amore, & reuerentia tanquam sit illis etiam, vptore Dei amicis, hoc Dei obsequium placitum. Item volumus esse testes obligationis, & intercessores ad vota implenda. Huius sententia est Greg. Valentia in suis controuersiis lib. de idolol. cap. 4. & lib. 1. cap. 6.

Secunda opinio est, sacras ædes, diisque festos verè & proprie sanctis dicari, cōrūmque honoris immediate & terminatiæ ad ipsos pertinere; sed talem honorem non esse latire, sed dulciter; & quidem de diebus festis id affirmant; absque vila distinctione; de sacris

Videtur discrinem, discrinem inter adoracionem, & amorem in eo possum esse, quod est infinitum, esse supremum dominum, esse primum principium, idque incomparabile abique proportione cum creatura, pertinente ad rationem formalem obiecti ipsius adoratiois, & non sibi discrinem materiales, recipiatque formaliter ab ipsa Deus, ut infinitus, ut supremus in ratione domini, &c. quia obiectum formale adoratiois est excellentiæ; Deus autem est excellens ex eo, quod sit infinitus, primum, &c. absque proportionem: cum vero vni creaturæ comparatione alterius non possit comunicari tale genus excellentiæ, sed sit proprium Dei, secundum propriam diuinitatis, solique communicetur participatio finita illius perfectionis, que est infinita, prima, &c. & incomparabilis; propterea respondet illi cultus, & adoratio, que per se generare luto nulli creaturae conuenire vlo modo potest, quia est latitia; singulatèque & virtus, cuius est actus, scilicet religio, solum Deum respicit; itaque excellentiæ Dei, & creature, prout sunt obiectum adoratiois non differt secundum magis, & minus sub eadem specie, seu genere, sed differt excellentialiter, ut sunt diversorum generum incomparabilium excellentialiter, secundum excellium unius supra aliud; omnes autem alii excellentiæ sub Deo differt solum secundum magis, & minus sub eadem specie, ut suprà declaratum est. At vero esse infinitum, creatura, &c. & esse infinitum, primum principium, &c. sunt differentia materiales bonitatis, quatenus est obiectum amoris, quia bonitas est obiectum amoris; Deus autem non est bonus formaliter, quia est infinitus, quia est primum principium, &c. & quia est incomparabilis, sicut est excellens, quia est infinitus, &c. atque proprie ex hoc, quod Deus sit infinitus, non variat ratio obiecti ipsius amoris, scilicet bonitas, & charitas, quæ fatur circa bonum supernaturale per se vna respicit quodcunque bonum supernaturale, siue finium, siue infinitum.

Confirmatur hæc responso ex eo, quod S. Thomas cum assignat rationem formalem, qua Deus est obiectum adoratiois; non confundit hac duo, scilicet esse primum principium, & excellentiæ, & aliquando assignat vnum, aliquando aliud, si est esset hyponyma, quia videlicet esse primum, esse infinitum, estid, quo formaliter est excellens. Similiter comparatio excellentiæ creatæ, tam naturali, quam supernaturali, Deus est excellens formaliter, quia est inextinguibilis. At vero neque Deus est bonus, quia est inextinguibilis formaliter, tanquam per rationem bonitatis, neque creatura, quia sunt creatæ, seu per esse creatæ; sed tam Deus, quam creatura sunt boni per bonitatem, quam habent in suo genere, & ordine creato, vel inextinguibili. Atque propter eam conuenientiam Deus, & creature prædictæ gratia, & charitatem supernaturalem, in bonitate ordinis supernaturalem non recipiunt differentiam, & distinctionem, quatenus sunt obiectum amoris per esse finium, & infinitum,

creatum, & ineratum, nec per excessum incomparabilem sicut recipiunt quatenus sunt obiectum excellentia, sed tenent communem rationem bonitatis supernaturalis, secundum quam possunt esse obiectum amoris supernaturalis, & eisdem virtutis supernaturalis claritatis, & dictæ differentia solùm sunt materiales. Prudens addo particulam illam, quæ teat sunt obiectum amoris, quia semper ratio formalis obiecti, ut obiectum est, latius patet, quam ratio formalis obiecti, ut res est, sic albi & nigri, &c. distinguunt specie obiectum visionis, ut res est, non verò ut obiectum est: in proposito ergo esse finitum, & infinitum, creatum, & ineratum, &c. ut res quidem sunt, distinguunt specie, seu genere obiectum tam amoris, quam adorationis, scilicet bonitatem, & excellentiam: at verò ut obiecta sunt, distinguunt specie adorationis, non verò amorem, quia sunt differentiae formales excellentiarum, prout est obiectum adorationis, sed bonitatis, ut est obiectum amoris, non nisi materiales, ut explicatum est.

Atque ex his perspicuæ sunt responsiones sancti Thomæ. Prima in 3. sent. & 22. quest. 102. art. 3. ad 2. Richardi, & Durandi perit ex eo, quod bonitas, quæ est obiectum charitatis, sit eiusdem rationis in Deo, & proximo, non in excellentia. Deinde quod habet 2. 2. q. 25. art. 1. ad 2. quod amor respicit bonum in communi, sed honor bonum honorari, &c. sensus enim est, adorationem non spectare excellentiam per se, ut est aliquod bonum in eo, sed ut praefit, vel praefere potest vnam personam alijs, quia actus ipsius est colere, & honorare vnam personam pte alia, ut recte dicebat Suarez, nec attendit communem excellentiam virtutis, vt attendit amor communem bonitatem. Demum bene intelligitur quod habet q. 81. art. 4. ad 3. scilicet Deum communicare suam bonitatem alteri, non verò suam excellentiam, minime, quia Deus est excellens formaliter ex eo quod sit infinitus, & infinitè sapiens, iustus, potens, &c. non verò ex eo quod sit infinitus, sapiens, &c. Item ex eo quod sit primum principium boni, non verò ex eo, quod sit principium, esse autem infinitè rale, esse primum, &c. non potest communicari alteri. At verò quod sit bonus, sapiens, principium, &c. non habet ex eo, quod sit infinitus, sit primum, &c. nam hinc habet, quod sit tale bonum materialiter. Quare absque eo, quod sit communicare suum esse infinitum, bene potest communicare suam bonitatem, suamq[ue] amabilitatem, ut ametur amore eiusdem rationis cum creatura, cui communicatur.

DISPUTATIO XL.

An adoratio latræ conueniat Christo, ut homini id est, etiam humanitas ipsius.

Non haec quæstione tria debent esse certa. Primum est, Christianum adorari latræ, non folium cum determinatione, quatenus Deus est, sed absolute sumptu, ut significat personam substantiem in duabus naturis, quod supradiximus ex communis sententia Patrum, qui contra Arianos probant, hominem hunc, qui adoratur Deum esse. Confirmatur ex eo, quod Apostolus Rom. 14. accipit dictum de Christo illud *Iudea 45.* dictum de Deo. *Misi curabatur omnis gena, ac propinche adoratio latræ.* & Thomas *Ioan. 20.* adorat Christum sub his verbis: *Domum meum & Deum meum, eadem fide adoratum fuisse Christum à cæco illuminatum, auctor est Cyprianus Alexandr. lib. de rella fide ad Theodoreum.* eadem veritas definitur in Concil. Ephel. can. 8. & in

A epist. Concil. Alexandr. ibi recepta, & in V. Synodo collat. 8. can. 9. & VII. Synodo act. 6. tom. 5. prope finem. Ratio est, quia ex unione hypothistica Verbi cum carne nihil perit de dignitate diuinæ. Secundum est per communicationem idiomatum conuenire, & tribui homini adorationem latræ, quia tribuuntur omnia predicata diuinitatis. Tertium est Christo ut homini reduplicative non conuenire adorationem latræ, quia hoc modo denotatur ratio, qua conuenit predicatione subiectio, & significatur, adorationem conuenientre Christo, ratione humanitatis.

Quæstio ergo est utrum conueniat Christo, ut homini specificatim, & ita ut res adorata noui sit sola persona diuinitatis, verum etiam humanitatis, adseretur Christus etiam in humanitate. Ratio dubitandi est, quia in humanitate soli est excellentia, quæ est obiectum dulia, vel hyperdulia, numerum virtutes, & bona creatura supernaturalis, quorum duntaxat ipsa est capax, non verò excellentia, quæ est obiectum latræ, videlicet perfectio infinita, esse primum principium, &c. Sunt varijs modi loquendi, ac primò conuenient omnes in eo, quod humanitas Christi in se considerata, non vt res nova sit adoranda latræ, sive ut sic spectata possit adorari aliquo alio cultu, sive non. De ipsa vero spectata ut Verbo, & diuinitati hypothistica vniæ, est prima sententia, quam refert Gabriel leti. 50. in can. quod sit adoranda dulia maiore, quæ dicitur hyperdulia, non verò latræ, ob eam rationem, quod in Christo vni naturæ non tribuuntur predicata alterius, ne quidem per communicationem idiomatum, non enim humana natura dicitur Deus, creatura, &c. latræ autem est propria diuinitatis: non ergo potest tribui humana natura. Allegant Glosam illud Psalm. *Adorabit bellum pedum eorum;* quæ sic habet: *Caro Christi sine impetu a Verbo Dei afflupta adoratio a nobis, non illa dico adorazione, que latræ est, que sola creatori debetur, sed illa, que dialis dignior est.*

Secunda sequitur ei, Christianum adorari latræ, non quidem stricte, & propriè, sed largè sumptu, quæ potest communicari naturæ sibi vniæ. Hanc opinionem tribuit Gabriel Rabano, qui sic ait: *Caro Christi latræ adoranda est, sicut Verbum, sed non omnis species latræ, quoniam non adoramus illam prostratis omnino in terram sic, quod ex anima, quod nos creamus de nihilo, nec sacrificamus ei, sicut Deo sed adoramus eum, quia per ipsum redempti sumus.* Eadem est Alexandri 3. p. 9. 30. membr. 2. qui 4. p. 9. 2. membr. 3. art. 1. ad vlt. adorationem debitam humanitati vocat hyperduliam. Eadem est Gabrieles, qui vuln. humanitatem Christi spectatam, non secundum excellentissima dona creatæ, sed ut est natura intellectualis, esse adorandam dulia minore, & spectatam verò, vel secundum excellentissima dona creatæ, vel ut vniuitate Verbo, esse adorandam dulia maiore, seu hyperduliam, latratiæ propriè dictam conueniente naturæ humanae, solùm in concreto, id est, huic homini, quo nomine significatur persona diuina substantia in humanitate, id eoque non excludi humanitatem, non quod, inquit Gabr. humanitas sit terminus adoracionis huius, sed quia tota persona Verbi, hoc est, persona Verbi substantia in humana, diuinaque natura, adoratur. Sed hoc non tam est, non excludi humanitatem à latræ, quiam non excludi ab illa personam Verbi, ex eo quod substantia in humanitate, Ceterum humanitatem in abstracto significante conuenire latratiæ latè sumptu, quia haec adoratio, inquit, nihil est aliud, quam recognitio eius, ut sumptu, & singulariter vniæ Deo, & eius, ut sic dilectio. Durandus in 3. distill. 9. q. 2. n. 7. ait, adorari latræ suppositionem Christi per se, humanitatem verò non per se, sed per accidens: non quidem per se, qui neque est suppositionem

sum, neque ratio adorandi suppositum latrā: per accidens autem, quia honorato supposito, honoratur quicquid est in supposito: nullam verò dat ipsi Durandus aliā adorationem, nisi separata secundū rem à supposito, quia adorari est tē per se substantis, quomodo dat ipsi hyperduliam, cāndicūque separate sola conūderatione, si sic, inquit, posuit adorari, ita habet in responso, ad 1. Corduba lib. 1. q. 5. dub. 3. pntl. 4. sequitur sententiam Gabrielis, iſdem fere verbis, quoad omnia, & addit, humanitatem, qua in concreto adoratur propriū latrā, tamē non vt terminus adorationis huius, a jorari per se, non per accidens contra Durandum, nisi, inquit, per accidens apud Durandum idem sit, ac per aliud.

Exponitur versamentis, & probatur auctoritate Patrum, & Conciliorum. §. 1.

Vt statuamus quid sit sententia, obseruare oportet, adorationem tribū supposito, ratione naturae, inde enim habet perfectionem omnem specificam, & singularem, cuiusque gradum, & quantitatē: natura verò mediante aliqua forma, seu aliquo attributo, quod concipiatur per modum formae, sicut ratio, & fundamentum excellētia; ita ut hecū suppositum est subiectum, seu veluti subiectum naturae, tanquam formae metaphysica; ita compōsitus ueraphysicus ex natura, & supposito si subiectum excellētia, eaque mediante, adoratio.

Obseruandum secundō, pōsse aliquid adorari, vel per excellētiam suam, quam habet in propria natura, vel per excellētiam alterius naturae, secundū quam est adorabilis altera natura, seu subiectum alterius naturae, propter aliquam communicationem, qua excellētia alterius communiceat huic, quomodo excellētia principis communicatur legato & us personam representant: aut propter aliquam coniunctionem cum persona excellētiae adorabili, quomodo coniungit purpura cum principe, similiq̄e honoratur. Et quidem, quando quis adoratur per excellētiam suam, que inest ipsi mediante natura, dicitur adorabile ratione adorandi intrinseca, sive illa ratio sit conaturalis, & essentiālis naturæ, sicut est Deo omni excellētia, sive sit accidentaria: omnis enim eiusmodi dicitur intrinseca subiecto, cui inest, comparatione alterius, cui non inest, quodque nihilominus facit adorabile, mediante eo, cui inest propter aliquam coniunctionem, seu communicationem. Quando ergo ratio adorandi subiectum non est excellētia, quia ipsi inest, sed est aliud subiectum prædictum excellētia, dicitur adorabile adoratione extrinseca.

Obseruandum tertio per coniunctionem hanc, seu communicationem extrinsecam dupliciter posse fieri adorabilem rem, que coniungit. Primum per derivationem, & accessionem alicuius dignitatis, & excellētiae, quomodo digna sit curia principis, cuiusque ministri. Secundō ex eo quod pertinet ad perlonam principis, & sit quasi unum cum illa; quomodo sit venerabilis purpura Principis, adiacens illi, & quatenus est in illo, & non alio modo. Iam verò humanitas Christi ex visione hypothetica, veroquo modo sit adorabilis. Primum quidem, ut aliquid Dei, cui est coniuncta, & sanè magis, quam purpura cum principi, quia est coniuncta vt natura cum persona, secundū subiectam, non verò vt aliquid extrinsecus adiacens; & hoc modo ratio adorandi illam non est excellētia, & dignitas recepta in ipsa, sed solū est excellētia Dei, que & quatenus facit adorabilem Deum, ipsam verò, vt est aliquid Dei. Secundō verò

A cùm ipsa humanitas sit natura rationalis capax per se excellētia, & adorationis secundū illam, sanè ex hac coniunctione recipit dignitatem, & excellētiam, secundū quam sit adorabilis per se, distingueat ab ea, qua est adorabilis Deus, similiq̄e ipsa, vt est aliquid Dei, cuiusmodi dignitatem non recipi purpura Principis: igitur de vitaque adoratione scorsim oportet respondere.

Dicendum primum. Christus vt homo, seu humanitas, vt est aliquid Christi, adoratur supra adorationis latrā, eadem, qua adoratur Deus, cuius adorationis ipsa est terminus. Est communis sententia Caet. S. Thom. & eius interpretum in hac quæstione, Magistri in 3. dīl. 9. vbi Albertus art. 9. Bonaventura art. 1. q. 1. Richard. art. 2. q. 1. Scutus q. 1. §. de 3. art. Capreolus q. 1. art. 1. cond. 1. Argent. art. 1. in fine, Maior q. 1. conel. 4. Almainus q. 1. qui eritiam Alexrandro, & Gabrieli bonum sensum tribuere conatur. Idem docet recipit Durandus loco citato, Marfil. in 3. q. 8. art. 1. concl. 1. Thom. VValderini. tom. 3. qui est de Sacramentalibus, cap. 119. Suarez dīl. 5. ſell. 2. Vafquez dīl. 95. Quæ sententia est certa, & omnino tenenda, & fēcē definita in Ecclesi. In Concil. Ephes. cap. 8. dicitur: Si quis audet dicere coassumpsum hominem coadordanum Dei Verbo, & conglorificandum tanquam alterum cum altero, ac non potius una supplicatione venerari Emanuel; anathema sit. Concil. Alexand. th. epist. ad Nejorum, approbata in Concil. Ephes. quæ est 10. inter epist. Cyrilli, reprobat hunc modum loquendi: Propter eum, qui hominem inuidit, veneretur, qui inducere; sed enim intelligitur Christus Iesu filius unigenitus una adoratione propria cum carne adoratur. Quinta Synodus Constantino. Si quis in dubiis naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introduci, &c. & statim: Sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum, cum propria ipsius carne adorari, sicut ab initio Dei Ecclesia tradidit est, talis anathema sit. Septima Synodus art. 6. circa finem dicit, cūm adoratur Christus, non separari humanitatem à diuinitate, sed vitræque vt unum adorari latrā. Concilium Trident. ſess. 13. cap. 5. docet: Latrā cultum, qui vero Deo debetur, huc sanctissimo sacramento (nempe Eucharistia) in veneratione addibendum, idem definit can. 6. Portò nomine sacramenti huius non significatur tantum diuinitas, verum etiam & maxime humanitas, & id, quod vi verborum confectionis est ibi, scilicet corpus Christi.

Eadem est communis Pattum sententia. Athanasius verba refert Cyillus ex eius libr. de Incarnatione Christi, que modo in eius operibus non extant. Consiemper, inquit, ipsum (nempe Christum) esse filium Dei, & Deum secundum spiritum, & filium hominis secundum carnem, non duas naturas unum filium, unum qua adoratur, & unum, que non adoratur, sed unum naturam Dei Verbi incarnatum, & adorabilem carnem sua una adoratione, quorum verborum difficultatem obiectam ab hereticis explicauimus supra q. 2. art. 1. interim constat, ipsius loqui de adoratione latrā, cāmique tribuere vitriq̄e natura in Christo. Idem habet lib. de Incarnat. Verbi, post primum folium, cuius verba profectemus & sequemus, & oratione 5. contra Ariana ad Adversarios frumenta. Cyillus Alexandr. in 8. anathematismo, & rufus in Apologico in eius declaratione, & defensione sic ait: Vipete unus existens filius non absque carne, sed illa peius adorandus est, &c. Chrysostom. hom. 5. in epist. ad Hebreos ait: Rura magna, & admirabile, & stupore plenum est, carnem nostram perfidum federe, & adorari ab Angelis, & Archangelis. Epiphanius docet adorari similiq̄e humanitatem cum Verbo, sicut purpura coadoratur cum Rege, similiterque thronus Regis. Similia habet Damasc. lib. 3. de fide, cap. 8. lib. 4. cap. 3. & art. 1. de imaginibus, pag. 2. vbi perspicue docet, una adora-

adoratione colendum esse Christi carnem cum diuinitate, additque exemplum ferri igniti; quod, inquit, *tunc tangere propter ignem communium, atque simul fugio ferrum*. & ignem, comparans fieri humitatorem, igni vnde diuinitatem. Idem habetur ex Ambro. lib. 3. de *Spiritu sancto*, cap. 19. & latius lib. 2. cap. 12. & lib. *Incarcerationis dominice Sacramento*, cap. 7. Accedit August. serm. 58. de verbo Domini, ubi cum dixisset, non forte colendum, vel adorandum ut Deum filium, si non effet natura Deus, occurrit contraria ex persona hæreticorum: *Quid quod carnem eius, quam creaturam esse, non negat, simul cum diuinitate adoras, atque et non minus, quam diuinis dei seruit?* Respondet, *Ego dominiam carnem, in modo perfollam in Christo humanum autem proprium adorare, quod a diuinitate suscepimus, atque deitate unita est*; ut non alium, siue aliud, sed unum, etenimque Deum, & hominem Dei filium confundat, &c. &c. subiiciens exemplum purpure regis, & diadematum, concludit: *Ita in Clerglio Domino humanitatem non solam, sed etiam unitam, sed etiam unitam, sed etiam unitam filium Deum verum, & hominem verum, si quis adorare contemperat, eternaliter morietur.* Idem in Psalm. 80. Coro, inquit, *sine impetrata a Verbo Dei assumptione adorant a nobis*, quia nemo carnem eius manducat, nisi prius adores, *sed qui adorat non terram intuerat, sed illum posuit, cuius scabellum est*, propter quem adorat. Idem & Caiusdorus illud Psalm. 48. *Adorate scabellum pedum eius.* intelligent diuum de Christi humanitate, quia propter vnionem cum Verbo, & deitate simul eadem adoratione sit adoranda.

Eadem veritas probatur ratione dicta ab auctoritate. §. 2.

Vt probetur hoc propositio statuendum est primid id, quod etiam superioris disputatione præmonimus, adorationem, & amorem esse actus morales inter se affinitatem habentes, si loquamusur de amore amicitiae, ut quo amamus, eos & colamus, vel ipso actu amandi, vel alio proficiscente ab ipso, qui sit proprius cultus: si vero loquamusur de amore concupiscentie, non intercedet eadem affinitas; amamus enim quod est communum nobis, & vile, & neque hic amor est cultus, neque ex illo per se vi sicut naturae cultus, cum hic amor feratur in omnibus, siue digna, siue non digna cultu, hoc solo, quod nobis sunt commoda. Itaque secluso hoc amor concupiscentia, amorem amicitiae, & adorationem compatere possumus, quoad duplex obiectum, scilicet, quo, & quod; & quantum attinet ad obiectum quod, proprium vtriusque obiectum constitutum in esse obiecti horum actuum per esse intellectuum, ita ut per se feratur in intellectuum, per hoc enim etiam distinguatur ab omnibus aliis actibus, etiam moralibus amoris concupiscentie, spei, &c. Quantum vero attinet ad obiectum quo, distinguuntur amor, & cultus, quod ille bonitatem, hic vero respiciat excellentiam.

Secundum statuendum est subiectum, quod colitur per se, esse personam ipsam integrè constitutam in esse, videlicet constantem substantiam, & naturam; sedque conuenit, peculiariter cultui, & adorationi inagi, quam amori ratione sui obiecti formalis, quæ est dignitas, & excellentia. Probatur, quia si ad dignitatem, & excellentiam pertinet perfectio secundum attributa, & rationes, quibus augetur, & fit excellens subiectum; sane non debet decipere perfectio secundum integratem naturalem, quæ supponitur omni alijs perfectioni, & excellentiæ, quæ est id, quod augetur per omnem aliam. Non similiter autem amor, nam plura, & plus requiritur ad constituendam excellentiam, quam ad constituendam bo-

nitatem, ideoque quanvis etiam ipse maximè seruat in subiectum integrum, non tamen ita est proprium ipsi, sicut adorationi.

Tertiò statuendum est, adorationem siue possit ferri etiam in partes seorsim acceptas, præfertum in naturam, ut distinguitur a supposito, siue non, de quo infra, tamen certum est, non posse fieri in suppositum, ut distinguitur ab omni natura. Probatur hoc ex proprio dicto, nam esse intellectuum pertinet per se ad subiectum proprii adorationis: hoc autem convenient toti ratione naturæ; ergo suppositum spectatum praecise seorsim ab omni natura non est subiectum adorationis.

Quartum est, suppositum diuinum Christi à natura intellectua diuina habere quod sit adorabile, eiisque adorationis terminum esse non solum suppositum, verum etiam naturam. Probatur ex dictis, quia id, quo constituitur terminus, & obiectum in ratione termini est terminus, & terminat. Sic color confluens visibile est terminus visionis; natura vero constituit suppositum in esse adorabile.

Quintum est, suppositum diuinæ naturæ vnitum naturæ humanæ, & constitutus vnam personam humanam cum illa, reddit adorabilem personam hanc humanam eadem adoratione, qua diuinam, scilicet latræ, adoratione terminata etiam ad naturam ipsam; non vero solum ad suppositum diuinum, ut est diuinum. Quod sit adorabile probatur, quia tenet dignitatem, quam habet à natura diuinâ; quod vero reddit adorabilem naturam humanam, probatur, quia ex secundo dicto adoratio per se respicit totum terminans illam per utramque partem. Item hoc est peculiare vniōni ex natura, & supposito, ut per excellētiā, & dignitatem vnius faciat colendum totum; sicut ergo per excellētiā propriam naturæ reddit adorabile suppositum, quod alias à se non esset sic adorabile, eti si fieri posset, ut natura diuinâ vnitetur supposito creato, redderet illud adorabile, ita & per excellētiā suppositi reddit adorabilem naturam, vndeconque habeat excellētiā suppositum, etiam ab aliâ natura. Confirmatur, nam nomine persona, & suppositi significatur per se totum constans ex subiectitate, & natura. Itaque quanvis non sit consequens, ut cum vnitur natura alieno supposito, tribuatur naturæ etiam significatio in abstracto, & non solum in concreto per communicationem idiomatum, quicquid conuenit supposito, quia hac idiomata non communicantur naturis, & non potest dici, humanitas est immortalis, bene tamen consequens est, ut ipsi etiam significatur in abstracto tribuar adoratio. Primum, quia adoratio consistit in actu extero, ut supra ostensum est; hinc autem actus non distinguat, sed quicquid est vnum, adorat per modum vnius, cultu applicato toti, & terminatus ad totum. Quare Epiphanius in Ancorato, & alij Patres, &

Theologi dicunt adorationem regia adorari purpuram regi adiacentem, quam etiam prostrati, vel inclinati deosculamur, eo quod pertinet ad personam Regis; multo ergo magis naturam, quæ constituit vnam personam humanam cum supposito regio diuino. Secundum quanvis daremus, adorationem consistere in actu interno, nihilominus neque hic actus distinguit; nam adoratio secundum eos, qui ita sentiunt, non est actus animæ distinguens quod est proprium suppositi, ab eo quod est proprium naturæ, cuiusmodi est cognitio, vel assimilatio speculativa, sed est affectus honoriandi hunc hominem Christum per actus animæ, ut videlicet etiam hi tendant in honorem ipsius, sicut externi, extermaque oblationes, quæ non magis distinguunt, quam externi. Tertiò adorabilitas est affectus intentionis quædam extinseca, quæ potest extinximus tribui

tribui rei, cui non potest inesse realiter eius fundamen-
tum, & ratio, vi perspicuum est de infinitate va-
loris, quia consentit operationibus humanitatis Chri-
stii, cui, & quibus non conuenit ratio, & fundamen-
tum eius infinitatis, quia est excellentia infinita diui-
nitatis; quare licet non possit excellentia suppositi dia-
m incommunicari humanitati per se in abstrato ligni-
ficata, nihil prolibet tamen communicari ipsi hoc
modo adoracionem. Quarto, *Sicut anima, & caro unus
est homo, sic Deus, & homo unus est Christus*, inquit Athan.
in symbolo. Porro quanvis anima non committetur
corpori suauis incorruptibilitatem, neque actuū in-
telligendi, & volendi, neque intellectum, qui non
est addictus vili organo; nihilominus ex eo quod
constituant unam natum eum corpore, sicut cul-
tus, qui debetur naturae intellectu etiam angelicu-
m, tribuitur corpori simul cum anima, & si anima in-
formaret duo corpora, tribueretur virtus, & si heri
potest, ut informaret corpus connaturale anima ir-
rationali, verbi gratia leonis, illud corpus collectetur,
eodem honore, quo homo, & corpus hominis; ergo
similiter suppositum diuinum, quanvis non commi-
nit natura humana esse diuinum infinitum, ciuius-
que excellentiam, quia dicatur de ipsa in abstrato
lignificata; tamen ex eo, quod constitutus unam per-
sonam cum natura humana, cäque mediante sic vni-
ta ipsi diuinitas, exhibetur ipsi cultus diuinitatis, li-
cet aliquo natura humana sit connaturale supposito
creato, & non diuino; quod exprelit septima Synod.
all. 6. tom. 5. vbi ex Athanasio refutatur haec verba:
*Cato postquam fala fuit Regis regumentum, cum ipso Rege
eiusdem sit dignatus quanquam natura non sunt talis. Idem
lib. de Incarnat. Verbo, post primum folium de Christi
carne sic ait: Et quia increat corpus factum est, ideo eius
corpus discutere non possumus, ac prouide illi sacra effigies, ad-
hibet usque velut adorationem, sicut de causa rite, legumque
ratione adoratur, & divina adoratione colitur, coli diuina
adoratione est colo latraria. Cyrilus in Apolog. pro-
duoecit capitulo, sic habebit. In quo, ut nibi videtur, cura
penculum, & calpum dixerit quis, quod incarnatum Dei
Verbum, utpote unus existens filius non abjectus fuerit carne, sed
cum illi prius adorandum fu, quoniam admodum sollicet etiam
bonum anima cum suo corpore honoratur, una cum appellatur
hunc, quod ex virtute consit significatur anima.*

Hinc statuerit licet, quid sit lentiendum de sententia Durad, dicentes humanitatem Christi per accidentem coli-
lattia; hoc n. potest videri dictu triplex ratione, primu-
m quia non sit vniuersitate per se, sed per accidentem *Verbo*, &
hic sensus est falsus, nec vniuersaliter vbi est verus,
inserit vniuem per accidentem, quia purpura vniuit per
accidentem Regi, & rame adoratur per se, simul cum
Rege, quanquam maxime, & proprie fundatum
adorationis est vnu per se, non hic autem vnu hæc
per accidentem. Secunda ratio videri potest, quia non
est connaturale humanitati tale suppositum, & hæc
non tollit fundamentum adoracionis, ex quo nihilominus
vniuit per se, & praefat, quod praefat sup-
positum eretum. Tertia, quia non sit vere terminus
adoracionis, nisi ex eo, quod sit communis cum ter-
mino, sicut substantia spiritualis non est vere terminus
motus localis, nisi quia est sub quantitate, & su-
perficie, & hoc sensu etiam cui fala illa propositio,
nam humanitas vere est terminus adoracionis, tan-
tem non est sibi ratio adoracionis, sed suppositum di-
uinum.

Atque ex his factis ratione dubitandi initio pro-
posita, etenim excellentia infinita increata, &c. re-
quiritur ad hoc, ut aliquid adoretur per seipsum, ut
subiectum primum principale, non verò ad hoc vi
coadoretur, id est, ut adoretur, ut aliquid alterius, ad
hoc enim factis est dicta vnu cum persona, in qua est

A dicta excellentia increata, &c.

Ad fundamentum Gabrieli, iam paulo superius explicatum est, quare cum predicata diuinitatis non conueniat humanitati, conueniat tamen adoratio diuinitatis. Girolam, quam citat Gabriel, & quidam Scholastici, negantem Christo adoracionem latrice, puto, admittendam non esse, præteritum cum Vasq. dup. 946. q. m. 22. fidus, & diligens librorum obseruator, dicat a se minimis repertam, nec videti antiquioris cuiuspiam patris.

Pollunt obiecti verba quedam Damasceni orat. 1. de
imagin. pag. 5. circa finem, vbi de Christi humanitate ita
loquitur: *Non manoram, sed a matre audorem adoro, qui
proper me materna fistula est. & in materia volunt habitat, ut
per materiam meam saltem preberet; materiam vero per quam
mille saltem parva est, colere non desinam, non tamen vi Deum,
abito. Relpondo particulari extremitate verbis additione,
scilicet, non tamen vi Deum, declarare Damascen-
num dicere id, quod dicimus omnes, nempe hu-
manitatem non adorari, vt Deum, sed ut aliquid Dei, &
magis propriè, verèque dici coadat, quam adora-
ti, tunc similiiter polsemus dicere nos non adorare
corpus hominis, vt hominem, vel ut animam, sed ut
aliquid hominis coadolare; itaque cum negatur car-
nem sic adorari, solum negatur ipsi ratio principalis
adoracionis. Ceterum Damascen. loci supra citatibus hu-
manitatem adoracionem latrice.*

DISPUTATIO XLII.

*An humanitatem Christi per se posset seorsim soli
aliqua adoratio exhiberi.*

 Vnde constet, humanitatem Christi ado-
rari ut aliquid vniuersaliter, restant duo con-
sideranda. Primum est, an ipsa humanitas
 habeat aliquid proprium, seu suum, quo-
modocunque habeat, sive naturaliter, sive superna-
turaliter, quod ut per se sufficiens ratio adoracionis,
& cuiusmodi sit: nam contingit adorari, ut aliquid
alterius id, quod nihil habet proprium, vnde possit
adorari, v. g. purpura Regis. Secundum, an ex eo,
quod sit aliquid alterius excellentioris adoretur so-
lum adoracione alterius, & aliena excellentie, etiam
habet propriam, an vero adoracione propria
excellencia.

Quod primum est in humanitate Christi duplex
excellentia, altera physica genere suo communis sibi
cum plerisque creaturis intelligentibus, cuiusmodi
est gloria, & gratia, ciuique dona supernaturalia crea-
ta. Secunda est infinita, quia cum sit duplex, scilicet
physica, quia est Verbi, secundum quam humanitas
adoratur ut aliquid ciuius; & moralis, quia est astima-
tio quadam ipsius, & opcrum eius, in qua diximus
supra fundari infinitum pretium redēptionis; de
priore infinitate superius dictum est, iam de poste-
riore.

Dicendum primum. Est in Christo excellentia, &
ratio adorandi creata, quia est sufficiens funda-
mentum hyperdulia, scilicet gratia, & dona supernatura-
lia intelligentes, & voluntatis, qualia explicauimus à
9.8. ad 9.13. S. Thomae. Haec propositio est sancti Thoma
hic, & per se perspicua ex his quæ diximus de ad-
oracione, & ratione adorandi sanctorum: nam haec
dona Christi sunt eiusdem speciei in Christo, & in
sanctis, vnde consequens est, eis fundaruntur ad-
oracionis eiusdem speciei, quanquam in ea specie
singularis, & praefenda omnibus propter singula-
rem præstantiam, quam habent in Christo præ omni-
bus.

bos creaturis, ut in crito dicatur hyperdulia: quod verò non sit latra, contat ex hoc ipso, quod sint rationes adorandi creaturæ.

Iam de secunda excellentia infinita morali in hac questione non eodem modo loqui possumus, quo de physica finita: nam haec proprie conuenit naturæ creaturæ, non obstante quod sit supernaturalis; supposito verò conuenit ratione huius naturæ, & ieiunatio, & fundamentum adorationis, quatenus potest facere suppositum adorabile lecundum tam adorationem, & excellens eo genere excellentiæ, & sanè esse fundamentalium, & rationem adorationis, intelligitur aliquid ex hoc, quod sit velut forma, qua aliud sit adorabile, & per hoc aliud dicitur suppositum, quia quicquid conuenit naturæ, conuenit ut quo, & conuenit respectu suppositi, diciturque fundamentum adorandi non solum, quia est excellentia, sed quia est apta facere suppositum adorabile, verò dicta excellencia infinita moralis non est apta facere unum suppositum diuinum, quia hoc est adorabile ob excellentiam propriam infinitam, non verò ob excellentiam, quæ est in natura creatura, prout distinguuntur hæc duæ excellentiæ, illa enim est physica, haec autem moralis. Quare excellentia haec proueniens à supposito diuino, non videtur illi ratio adorandi, sicut est dicta excellentia finita, quandoquidem non potest facere vnum suppositum adorabile, & quicquid conuenit ipsi, conuenit ut quo, & respicit suppositi, ut iam dixi. Ideoque S. Thomæ in hoc secundo articulo, præter rationem adorandi increatram, qua adoratur latra, ut aliquid Dei, non admittit aliam nisi dona creatæ humanitatis. Non desunt tamen, qui dicant, posse ipsam adorari ut quod, & esse rem adoratum, etiam secundum hanc excellentiam moralē infinitam, quanvis non sit ratio adorandi vnum suppositum, neque naturale, neque diuinum, quorum sententia infra examinabitur.

Dicendum igitur secundum, excellentia secundi generis, id est, moralis infinita vir potest quidem concipi, ut ratio, & fundamentum adorationis, nihilominus vñquaque concipiatur, & ponatur esse, non potest esse ratio adorandi adoratione, que sit in specie latra, neque adoratione, que sit in ea specie, qua conluntur sancti, & humanitas Christi secundum excellentiam supradictam physican finitam, que est dulia, seu hyperdulia, sed est diuerx species. Atque adoratio, cuius conciperetur esse fundamentum, non videtur actus religionis propriæ, & strictè sumptus, sed virtus diuerx speciei à religione, obseruantia, & dulia.

Prima pars huius affectionis, quod vix possit concipi, partim probata est super exclusionem suppositi capacis huius excellentiæ, & adorationis, tam actu, quam aptitudine, partim infra per exclusiōrem humanitatem existentis in Christo ab omni adoratione, qua per se seorsim adoratur, non adorato supposito.

Secunda pars, quod scilicet huiusmodi excellentia, vt vñquaque concipiatur, ut fundamentum adorationis, non possit esse fundamentum adorationis eiusdem speciei cum diuinæ, id est, latra, est contra Theologos, quos infra citabimus, & probatur, quia ratio excellentiæ, ob quam exhibetur Deo cultus latra, est esse primum principium, & supremum Dominum formaliter; quod non potest communicari natura unitate per se, nec communicatur infinitas bonitatis, sapientiæ, &c, per quam Deus excedit beatitudinem, &c, creaturæ, sed communicatur tantum esse

A vnūcum cum eo, quod est primum principium, &c, tanquam aliud ipsius. itenque genus quoddam dignitatis, & excellentiæ morale consurgens in humilitate ex vi coniunctionis huius, & ex eo quod sit quasi vnūcum cum Deo, quod sane genus est diuertum, & essentialiter diversum. Neque verò hinc solum infertur minor latra, sed nulla pro�is latra, quia nullo modo communicatur infinitas, ratio primum principi, & supremi domini, in quo consistit latra. Denum quanvis excellentiæ, dignitatisque moralis iam dicta sit infinita, atque ideo ex parte infinitatis dignitatis, & excellentiæ physica Dei non videatur incomparabilis cum illa, tamen aliunde est incomparabilis, quia dignitas diuina est infinita simpliciter, & in genere entis, haec autem secundum quid, & secundum exultationem in genere motis prout distinguitur, concepiturque ut distincta ab excellentia, qua est excellens Deus. Dico iam, & dixi supra, prout concepitur, seu singitur distincta, nam in materia de satisfactione Christi diximus, ipsammet incrementum excellentiæ, & dignitatem Verbi esse formam, qua fit digna humanitas, cuique humanitas.

B Tertia pars, quod scilicet adoratio debita huic excellentiæ seorsim accepta, non sit actus eiusdem virtutis dulia, vel hyperdulia, quia columnt sancti; probatur ex eo, quod hac excellentiæ sit incomparabilis cum quacunque excellentiæ etiam supernaturali sanctiorum; quia non solum est ordinis supernaturalis, ut hæc, verum est infinita, est etiam increata ratione forme, seu termini, vnde haberet estimatio, licet ratione fundamenti, quod est vno, sit aliquid finitum, creatum, &c. Diximus autem super excellentiæ, ut sunt obiectum adorationis, distinguuntur secundum magis, & minus; & vbi excellus excellentiæ est incomparabilis, distinguuntur species adorationum, & virtutum.

C Denum ultima pars, quod actus hic non sit virtus religionis strictè sumptus, ostensa iam est in probatione secundum partis. Et confirmatur ex eo, quod religio strictè sumptus respiciat per se Deum, & valde alienum est à communis notione, & intelligentia humi nominis velle applicare illud virtuti, qua colat creaturas.

Proponuntur due sententiae. §. I.

E His ita constitutis de duabus rationibus excellentiæ, & adorationis, quæ sint, vel singulantur esse in humilitate Christi; reliquum est statuere quod propositum est, an humanitas existens in Verbo, sed seorsim secundum se speclata, possit esse res adorata, & adorari secundum eiusmodi rationes adoratione distincta ab ea, qua adoratur simul cum Verbo. Sunt duas sententiae. Prima affirmat possit, sed addunt quidam recentiores etiam expedite, eis Caietani bicent. 2. Scotti in 3.d.9.q.1. Paludani q.1. Durandi q.3.n.7. Almaini q.t. concl. 4. Henrici quodl. 10.q.6. Pici Mirandul. in Apolig. q.3. Suarez q.5.3. scilicet 3. Gabriel. lct. 50. ac can. prop. 2. Cordubæ q.5. dub. 4. Canisij lib. 5. de B. V. cap. 1.5. Veronis ad hyperduliam. Probant auctoritate sancti Thomæ hic art. 1. præsertim ad primum, vbi professores illa verba Damasceni lib. 4. cap. 3. Caro ipsius sapientie quidem natura si subtili quendam rogatione id, quod in oculis incurrit ab eo, quod animo tantum, ac ratione intelligitur, dylmerit, baudque adoranda est, vixit condita. Addit S. Thom. scilicet adoratio latra, & subiungit: ergo sunt sic intellecta, ut separata à Dei Verbo debetur sibi adoratio dulia: non enīquecumque (puta que communiter exhibetur aliis creaturis,) sed enīscilicet excellentiæ, quam hyperduliam vocant. Fundamentum est, quia potest abstrahi humanitas Christi à persona sine peccato, & sine iniuria

iutia : & sic abstractam impossibile non est adorari, vt constare potest experientia. Sed neque malum est sic adorare, quia nullo iure, aut naturali, aut diuino, aut humano prohibitum, nullum enim proferti potest. Viterius autem, supposita ea abstractione, melius est adorare, quam non adorare humanitatem per se, quia hic actus ex obiecto est bonus, tribuit ipsi unum honorem ab quo co quid detrahat alium, qui sibi ve
nire debetur, & experientia ipsa inclinat ad talem cultum, cum spectatur anima Christi praedita donis excellentissimis. Secundum potest homo humanitatem sic preciliam laudare, & amare ; ergo similiter potest adorare. Demum diuinitas abstracta à relationibus potest adorari, ergo multo magis humanitas, quia distinguunt realiter à persona.

Secunda sententia est, humanitatem non adorari decenter sine Verbo, est Bonaventura in 3.d.9.g.1. a.1. Alberti art.9. Richardi art.2.g.1. Maior. g.1 ad 4. contra quaternam conclus. VV Alaudens tom.3, qui est de Sacramentalibus cap. 119. prope finem. Hos auctores aint quidam, allegati pollici causa ratione, quod non latius expesce doceant contrarium, dum disputant de adoratione humanitatis Christi. Sed certe Bonau. & Major adorationem humanitatis, cāmque hyperdulciter solum alignant, quo cau effet reip̄la à Verbo separata. Ceterum ait Bonau. quis semper coniuncta est cum Verbo adorari latra. Richardus etiam considerat humanitatem sub distinctione, scilicet vel secundum se, vel vt vniuersitate, & distert de cultu, qui sibi vtrouis modo debeatur, negatque lacrima ipsi secundum se, nec vilam aliam alignat, quia nimis non est adoranda secundum. Albertus distinguens ait: Tercio consideramus humanitatem vnu, secundum solam inselecciónem denavarā à deitate, & sic adorando à hyperdulci: quam vocem, vnu, quidam primae sententiae volum poni pro eo, quod est præcisus, & non plenē, vnu re est: sed nullibi inuenitur hoc sensu huius vocis, dicit ergo abstractionem vanè fieri non absolute ratione vniuersali, qui quicquid abstractum ab eo, à quo complectur, dicitur vanè abstracti, vanèque confidatur; sed pro subiecta materia, qua vanè abstractum aliquid ad hoc, ut sit subiectum actus, seu prædicationis, que ipsi per se secundum conuenire non potest, cuiusmodi actus in propofito est adoratio; non enim dicetur vanè abstracti humilitas, si vellimus de ipsa prædicare, quod constet materia, & forma, &c. vnicum tamen secundum spectatur, ait, conuenient ipsi hyperdulcia. Eandem sententiam docet Valentia tom. 4. g. 24. punc. 1. & latissime Vasquez disputatione 96. qui putat in Concilio non minus definitam esse questionem hanc, quam superiorem.

Proponitur verior sententia, & probatur auctoritate Conciliorum. §. 2.

Dicendum videtur, humanitatem Christi spectatam opérationem mentis secundum à Verbo non esse adorandum villa adoratio saltem decenter. Hac assertio fatis probatur auctoritate, & ratione. Primo quidem ex Conciliis, extat Alexandrinum in epist. approbata in Concil. Ephes. quæ est 10. inter epist. Cyrtilli, ubi sic habetur. Recusamus autem & hoc, ut de Christo quisquam dicat proper eum, qui hominem induit, eum qui induit est veneros, proper iniustitiam adorare visibilium. Certe iam olim, & hoc tempore vñus obtinuit, vt incarnari significetur verbo indui, & caro verbo induimenti, apostolus ad illud Apost. ad Philipp. 2. F. I. habuit inuenit ut homo; & his verbis Concilij non est intelligendum, excludi humanitatem ab adoratione, quia adoretur propter Verbum; scilicet latra, ut aliquid Iosephus in 3.p.D.Thiralli pof.

A Verbi. Sic Damascenus libr. de fide, cap. 3. Caro, inquit, *sicut quidem natura munimur adoranda est;* verum incarnatio Dei Verbo adoratur, non quidem vñsa, sed ob Deum Verbum personaliter vñsum. Sed solum intelligentiū est, excludi adorationem, quia adoretur secundum à Verbo, vt res adorata, tantumque dicas adorationes. In eadem epist. Concilij, anathema in 8. sic habetur: Si quis audet dicere assumpsum hominem vnu cum Deo Verbo adorandum, & glorificandum, & Deum, tanquam alterum cum altero appellandum est (illud enim particulacum, perspicio si adungatur intelligere cogi) & non magis, vna adoratione Emmanelem honorat, & vnam illi glorificationem, scimus Verbum caro factum est adaptas, etas bona sit. In his verbis per allumprum hominem volunt quidam contrarie sententiae intelligi non natum, led personam creatam humanam, & damnari Nestorium, qui propterea quid distinguere. Hanc à persona diuina, ne gabat colendum eadem adoratione, quod colligunt ex Cyrillo in Apolog. in expositione illius anathemat. ad hinc, ubi ita habet: *Iesus factus est anathematismus contra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanelem in hominem propri, & Deum Verbum propri;* & rufus in lib. ad Euopt. in expositione eiusdem contra Theodoreum sic ait: Non hominem assumpsum esse dicimus à Deo Verbo, & copulatum illi secundum habundinem quendam, que exarifescit intelligunt, sed hominem cum factum esse determinamus. Sed planior, veriōrumque sensus est, vt vocem illam, *assumptum hominem,* Concilium vñsper confusē, prout in ea communicaimus etiam cum hereticis, qui sub his communibus locutionibus allumprionis, vñonis, assumpti hominis, vnit, &c. aciebunt sensum contrarium fidei distinguentes personas. Nam si per allumprum hominem intellexiſer personam assumptam, non erat cur damnaret eos, qui dicunt esse adorandum eum verbo, tanquam alterum cum altero, si enim est distincta, non est alio modo adoranda, nisi altera cum altera, sed erat demandata distinctione. Sū ergo vult in Christo assumptum hominem non adorari, vt altetum cum altero, sanè per allumprum hominem, non debet intelligere personam, sed vel natum, vel neurum explicite, verum solum confusē id, quod allumprum est, & declarare hoc quod est allumprum, non esse adorandum tanquam alterum cum altero, quia sic genuinatur personam. Demum Concilium V. Constantinopolit. quod dicitur Germanum coll. 8. can. 9. sic habet: Si quis in duas naturas adorari dicat Christum, ex quo duas adorationes introduci separari Deo Verbo, & separationem hominis vel si qui ad intercessionem, vel ad confessionem destitut, & humanitatem, vnam naturam, sine substantiam eorum, qua conuenient introducunt, sic Christum adorant, sed non vna adoratione Deum Verbum incarnationum cum propria ipsius carne adorari sicut ab initio Dei Ecclesia tradidit est, talis anathema sit.

Eadem propositio probatur auctoritate
Patrum. §. 3.

Athanasius oratione contra Arianos ad Adelphium fratrem, aliquantulum à principio, sic habet: Nec ihu nro corpus (scilicet Christi) secundum discriminationem à Verbo adoratione proficitur: neque Verbum adoratur, Verbum à carne longe separatur; sed cum sciamus, ut dictum est, Verbum carnem est factum, illud tam in carne sumum Deum agnoscimus. Ambrosius libr. de Incarnationis dominice sacramento cap. 7. sic habet: Nunquid enim & diuinatatem eius adoramus, Christum diuidimus? nunquid enim in eis imaginem Dei crucemque veneramus, diuidimus eum? Per imaginem Ambrosius intelligit humanitatem Christi, quia imago Dei est; per crucem verò eandem, ut subiectam

O mortis,

morti, & passioni, ut ex ipsa verborum vi, & serie facile constat. Theodoretus in illa verba ad Ephesi. 1. Secundum operationem virtutis, ait: *Quod autem assumptus ex nobis natura cunctam bonorum curia te, qui sumpus, si particeps, nulla videatur adoratio esse differentia, omne miraculum supererat.* Augustini *l'ad. 18.* in id: *Adorare scabellum pedum eius, quoniam scabellum est. docet scabellum esse humanitatem, & carnem Christi, & huius carnis spiritum Deum esse, cuius scabellum est;* & ita loquitur: *Quis sanctus est, cuius amore adoras scabellum pedum eius, & cum adoras illud, ne cogitatione remansis in carne, & a spiritu non vivisceris.* Cyrillus Alex. *Apolog. 10. 12. cap. defens. 8. contra Nest.* qui ponebat duas adorationes, & duas confidencias, in fine sic habet: *Nisi unum, & tandem filium, non propria carne esse Deum, una confidencia apud Patrem honestare affirmamus. Chysoftom. 3. serm. de Ascensione.* si habet: *Cognoscamus quis ei ille, qui audiuit: sed ad dexteram meam quia natura est ea Dens dixit: Pro mea participes sedis? illa natura est quae audiuit: ecce terra es, &c. Et mox: Celsus transfiguratus supra Coenobium ascendens, ultra Seraphim eleverat, nec anima stetit, nisi sedem dominice non meruisset, &c. & post paucis dies ad tam excellens sedem eleveratur, ut alius non posset ascendere.* Damasc. *ib. 4. de fide. 1. 2.* cum docuisset, corpus Christi sedete ad dexteram Patris, & nomine dexterè intellexisset deitatis honorem, & gloriam, subditum haec verba: *In eandem numerum gloriarum, ascens ipsius carne, una etenim, eademque cum sua carne adoratione ab omnibus rebus conditis efficiuntur.* Leo Papa in serm. de Ascensione finem de Christi humanitate in calvum elevata sic ait: *Nec vult sublimitatis modum sua proueliosus habuimus, nisi eterni Parisi recepta confessio, illius gloria faciat in throno, cuius natura copulabitur in filio.*

Igitur verbo confidencia, & confidendi, id est, simul sedendi cum Patre, & in dextera Patris, significatur dignitas, ad quam euecta est humanitas ratione vniuersitatis, ut recipere eundem honorem cum diuinitate, colereturque eadē adoratione, iuxta illud Apoc. 21. *O splendor mihi fluminum aqua viva splendidum, precedens de sede Dei, & Agni.* Cum ergo vna confidencia tantum agnoscatur à Cyrillo, vna tamen est adoratio: non esset autem vna confidencia, si pluribus adorationibus adorari posset humanitas, altera secundum dona propria creatura, altera secundum quod est vnitate Deitatis.

Ad has Patrum autoritates respondeant distinctione adoracionis, & confidencie, quod quardam sit completa, & haec sit vna; quedam incompleta, & haec sit duplex, scilicet secundum excellentiam creatam, & in creatam. Additur etiam tertius secundum excellētiā, quām habet humanitas per se spectata ex vniōne cum excellētiā inētraea. Aiuunt autem Patres loqui de prima, cūm negant plures adorationes, & plures confidencias. Sed haec distinctione non habet locum hic. Primum quia adoratio eodem modo loquuntur autores conterat sententias, quo de amore, & laude, ut probent duplicitatem adorationis, sicut multiplicantur hi accusati utrū hī actus iduplicantur, quia distinctionem, & vnitatem sumunt solum à distinctione, vel vnitate bonitatis, & excellētiā existentes in distinctione, vel vna natura, quicquid sit de vniate, vel plurilitate suppositi. Proprieaque distinctione laudis, & amoris completi, & incompleti non habet locum solum ex eo, quod scaturit in naturam spectatam, vel ut est in supposito, vel scorsum à supposito: ergo similiiter non habet locum distinctione adoratiois completae, vel incompletae ex hoc dicitur at capite. Confirmatur, nam actus per se est perfectus, & integer, aut imperfectus secundum quod est perfecta, vel imperfecta ratio formalis, etenim tam perfecte sensus, visus, tactus, &c. featur circa accidentia panis separata, per consecrationem à substantia, quam circa conjuncta cum substantia ante consecrationem; quia videlicet quanvis

pertinet ad statum perfectum, & naturalem ipsorum, non tamen pertinet ad perfectionem ipsorum, quatenus sunt obiecta sensuum: at vero natura habet integrum rationem formalem bonitatis, & excellētiā per se spectata scorsum à supposito, ut possit cīc obiectum amoris, & laudis: quod si similiter haberet rationem obiecti adoratiois, co quod vel non ponatur in elle obiecti per suppositum, vel certe adorabilitas, quam habet per se ex propria excellētiā, non impeditur per adorabilitatem, quam habet ex vniōne cum alio supposito: certe debetur ipsi completa, & integra adoratio, non vero incompleta. Constatutur: nam adoratio est actus moralis, & liber anime, & rationis, & accipit integratam à voluntate secundum iudicium rationis, ut ratio de integratitate, & mensura adoratiois iudicat secundum excellētiā, eiūque gradum, & mensuram, suppositum vero non adit, vel minuit, sed si requiritur, solū requiritur ut fundatum, eo quod non possit accipi, ut excellēns in attributis, &c. id quod aut deficit, aut obicitur ut formaliter deficiens in substantiis, sine quibus esse non potest, cuiusmodi primò sunt per se natura, & suppositum (nam in anima separata est substantia, & id, quod substantia); quod si hoc fundamentum non requiritur, & res specata explicita scorsum ab hoc, possit adorari, nihil causa est, cur adoratio dicatur incompleta.

Constatutur secundū: nam si adoratur natura extra suppositum, & ea adoratio est incompleta; certe si prepararet re ipsa à supposito diuino, & sic adorata permaneret in proprio supposito naturali, dicendum esset, aut mutari extrinsecus adoracionem, ut fieri ex incompleta completa, quod non potest dici, nam actus anima praesertim liber, qualis est hic, non potest extrinsecus mutari: aut mutari intrinsecus ab ipsa anima: aut certe non constat, quid debeat addere anima; & præterea absurdum est, quod minus adoretur humanitatem Christi in supposito diuino, quam in proprio naturali. Demum adoratio humanitatis specata, tum secundum se, tum ut est aliiquid suppositi diuini, non possunt distinguiri secundum esse completum, & incompletum in eadem specie, quia vna est latissima, altera dulia, seu hyperdulia, sed in diversa specie: in hac autem vtrique est completa, & saltem certius est esse completam ilam, quia tributari humanitati scorsum à supposito, quāmque ipsi vocant incompletam, scilicet duliam, seu hyperduliam, non enim minus est completa in sua specie adoratio humanitatis Christi, quam cuiusque hominis sancti, nec magis est inferior, nūiisque sub latia adoratio huius, quam illorum: ergo sicut non dicitur incompleta adoratio illorum, ita neque adoratio huius. Maneat ergo Patres, & Cœlia non posse exponi de adoracione completa, quia distinguatur ab incompleta, cum negant in Christo duas adorationes duarum naturarum, & affirmant vnam.

Aliter etiam respondet Concilia agere cōtra Nestorianos, qui diuidebat Christum in duas personas, propretereaque negabat, posse vna adoracione adorari, nisi tantum per accidens vnam personam cum altera coniungendo. Veruntamen illud mihi videtur obiectum, scilicet neque verum esse, Concilia, & Patres solum loqui de adoracione suppositi, ut cū dicunt, vnam cīc adoracionem, qua adoretur Christus, & qua adoretur humanitas, & diuinitas, velini dictum esse, vnum suppositum tantum in Christo, atque humanitatem, & diuinitatem esse vnum, & non duo supposita, ut idem sit adorari humanitatem, & diuinitatem, ac adorari hominem, & Deum, id est, personam diuinam, & humanam; non loquuntur autem de humanitate, quatenus est natura, & non suppositum; hoc enim est perspicue falsum, nam aperte dicunt, carnem accepisse

acceptissime dignitatem adorationis, & adorari non solum per communicationem idiomatum, qua solum suppositum diuinum terminat adorationem, verum per se, ut supra ostensum est: cum ergo dicunt, vnam esse adorationem carnis, & Verbi, seu diuinitaris; per carnem non intelligent suppositum humanum, quod sit idem cum divino, sed naturam humanam, & expressis usurpatis nominibus naturalium, alioquin non maiest & eligitis esse adorandum, quam esse omnipotentem; esse autem omnipotenciam non ascribunt Patres dignitati ipsius carnis ob id solum, quod conueniat per communicationem idiomatum; nihilominus etiā dicunt, carnum cum Verbo una adoratione adorari, non continuo habetur non licere adorari per se solum vel modo.

Aliquando verò nomen humanitatis, & carnis, seu hominis acipiunt confusè, ut significent id, quod est unum Verbo, non autem determinante, vel pro natura creata, vel pro supposito creato: & vnitum Verbo, quod statuebat Nestorius esse adorandum, seu cum Verbo coadordanum, tanquam alterum cum altero, statuunt esse adorandum una adoratione, qua est vnum suppositum hominis, seu humanitatis, & Dei, cum quo est vna, ut supra ostendimus ex verbis anathematizimi 8. loquuntur enim secundum vnum communem, secundum quem adoratio proprie est suppositi, & accepit vnitatem, vel distinctionem ab vniate, vel distinctione suppositi, & quæcumque sunt in supposito, omnia adoratur per modum vnius, ut aliud suppositio ex genere adoracionis, quo suppositum, nempe vt anima, & corpus adoratione hominis secundum excellentiam, quam habent ab anima, qua comparatione vtruntur sancti, & hac ratione reciunt Neforium afferentem duas adorationes, quia ipsi usurpabat nomen adorationis secundum vnum communem, quo adoratio sit suppositi: & ita simpliciter dicendum est, scilicet una adoratione adorandum esse humanitatem, & Verbum in Christo, videtur definitum ab iis Conciliis, & Patribus. Ceterum quid sit dicendum de abstractione, qua, salua vnitate suppositi in re, propinatur rationi, & voluntati humanitas Christi eorum adoranda, non definiunt Concilia, & Patres, quia non extat vnu huius adorationis, nec pertinet, aut ad fidem, aut ad rem quidquam de hac definire. Verum hinc habetur de mente Conciliorum saltem non esse proprias, & legitimas duas adorationes, sed tantum vnam: nam si essent propriæ & legitimæ, non negarent duas adorationes, sicuti non negant generaciones aliarum operationum, & passionum, quæ aliqui suapte natura exigunt distinctæ supposita, sed solum neget esse distinctionem suppositorum.

Eadem propositione probatur ratione. §. 4.

Prima ratio, qua moueri possumus ad probandum hanc propositionem, est, quia per abstractionem intellectus sumentis humanitatem secundum se florsum à Verbo non tollitur, nec separatur debitum adorationis latræ, sed solum separatur ratio unde proueniat latræ, remanente ratio, unde non proueniat, & illa non concipitur, & haec concipitur, sicuti quod filius Regis consideretur vt homo, & non vt filius Regis, non tollitur debitum adorationis, tanquam filii Regis, vt cum adoratur, non adoretur vt filius Regis. Aut enim separatio haec sit in ordine ad proximam, nempe vt non adoretur adoratione sibi aliunde debita; & haec est improba separatio, & nihilominus non tolleret debitum huius adorationis; aut sit speculativa tantum ad cognoscendam naturam, & eius proprias conditiones, cui deinde subiungatur adoratio. At certè adoratio est actus praticus, & mortali-

Iof. Ragusa in 3 p. D. Th. str. p. 97.

alis, qui non abstrahit à ratione debiti, & à modo, & qualitate, qua sit debitus, etiam si abstrahat actus speculativus, non ergo separat ab obiecta rationem, qua sit debita latra, neque ponit minorē, quæ est dulia. Dices, hoc verū est quo calu est debita præcepto latræ. Respondeo: fatis est interim, quod ea sit debita, & conueniens ratione dignitatis sue; hinc enim sit, vt minor adoratio deficiat ab eo, quod est conueniens, & tribuat minus, quam sit conueniens, quod siue sit peccatum & contra præceptum, siue non; nihilominus hoc ipso, quod deficit, non sit admittenda, nec sit adoranda humanitas sic abstracta, nisi adoratio ibi conuenienti; ex ratione, qua in viuictum non debemus deficere ab eo, quod debitum est.

Secundò quāvis actus mentis, qui est cognitio, discernit, & fertur possit in parte, non in rotum; in naturam, non in suppositum; in naturam consideratam sub vna ratione, non sub alia, tamen adoratio non discernit, & per se non sequitur limitationem mentis, & voluntatis, sed fertur in totum: ergo quāvis possit abstrahi humanitas à verbo, rētēque ratio proponere illam; ut si adorandum; tamen adoratio per se cedit in totum. Antecedens probatur. Primum ex communis, si enim aliquod totum est aptum adorari, tum adoratio exhibita ipsi toti immediate, tum adoratio exhibita pati, certe quandoconque adoratur pars, siue intentione adorandi totum, siue non; hoc ipso defert honor toti, & parti, ut est aliquid totius: qui cuim defert honore manu, vel corpori, quo est aptum coli totum, etiam scelula intentione totius; hoc ipso colit totum corpus, & animam, & hominem. Deinde probatur ab opposito, qui enim inficit iniuriam parti, v.g. manu, vel corpori, etiam inficit toti, quicquid sit intentione.

Tertiò ad excellentiam, quæ est obiectum adoracionis, quæque constat comparatione secundum magis, & minus, maxime pertinet integritas substantialis, quæ est fundamentum excellentiæ, ut ostensum est superiori disput. in secundo dico; ergo natura accepta florsum à supposito non potest eile obiectum adoracionis, saltem decenter.

Quartò vbi in majori honore continetur minor, vel formaliter, vel eminenter, & aequi commode potest iverque exhiberi, certe velle colere minori honore, est velle detrahere de dignitate ipsius; et certè in cultu latræ continet cultus dulia; ergo velle colere humanitatem Christi dulia, cui potest tribui latræ, est velle detrahere. Maior probatur, quia polito, quod dicitur est, sic colere est velle limitare. Contingunt exemplorum si Rex est simul dux, & Marchio, certe velle illum honorare titulo ducis, & colere non vt Regen, sed vt ducem, vel Marchionem, est detrahere de honore ipsius; itaque hi tituli Dux, Marchionis, &c. valent, vt tribuant ipsi iura, & dominia subiecta his titulis, nō verò vt colamus illos inferiori honore. Item differunt, quæ distinguunt formas secundum magis & minus non in eadem, sed in diversa specie, non ferunt inferiori speciem in subiecta perfectiori formaliter, verum ad summum eminenter: sed latræ, & dulia sunt differentes distinguentes adorabilitatem in diversa specie, ut supra ostensum est, & omnes cedunt: ergo latræ, quæ est superior, nō setat in subiecto inferiori speciem, scilicet duliam, sed si superuenient adorabilitas latræ habent adorabilitatem dulia, tollit hanc, & solum manet illa. Maior probatur multis ex epis; lumen n. Soli non retiner caloré formaliter, sed eminenter; cognitio intellectu non retiner sensitivā formaliter, sed eminenter. Hoc argumentum valeat maximè in comparatione latræ cum dulia, atque obseruantia: habet etiam suo modo locum in variis modis ciuilibus colendi, scilicet obseruantia, pietatis,

pietatis, &c. in quibus quanuis per differentiam superiorum non varietur species, tamen in excelsum maiori secundum magis & minus intra eandem speciem, id, quod minus est, retinetur solum eminenter non formulatur, ut est vobis communis, & praxis. Sic rex non est adorabilis cultu dicis; quoniam hoc non est ita perspicuum, vbi non mutatur species, sicut vbi mutatur, quoniam ibi propter rationem, facit exemplum dictum à naturalibus.

Atque hoc est expressa sententia S. Thom. *vit. art. 1.* vbi docet, adorationem, & honorem propriè exhiberti toti, partibus autem ratione totius. Nec satisfacit quod dicunt, intelligi sauctum Thomam de completa; iam enim suprà refutata est hoc distinctio adorationis complete, & incompleta, & S. Thom. petspicue reicit incompletam, dum ait: *Et si quando coniungat, quod dicatur honorari manus, & pes alium hoc non dicatur ea ratione, quid huicmodi partes secundum se honores sunt, sed quia in ista parsibus honoratur eorum.* Comparat autem S. Thom. humanitatem cum Christo, qui est persona humana, sicut manum cum homine, sicut adorationem, ideo enim profect hoc exemplum; ergo de mente ipsius, quoties adoratur humanitas, adoratur Christus; & non potest adorari qui adoretur Christus, sicut non potest adorari manus, sicut adoretur homo; quo confirmatur nostra secunda ratio, quod adoratio non distinguit, sicut distinguit cognitione. Secundò S. Thom. *vbidem* ait in vniuersum proper pluralitatem caussatum honotis, non multiplicari honorem, & adorationem simpliciter, sed solum secundum causas, quæ quidem tunc solum multiplicant adorationem simpliciter, sive in eadem, sive in diversa specie, quando multiplicant adoratio; nominatum verò ait, secundum causas increatæ, & creatas non multiplicari in Christo adorationes simpliciter, sed perinde se habere in Christo, sicuti se habent, inquit, in uno homine prælatio, scientia, & virtus: ergo ex S. Thom. neque partes personæ, quæ sunt manus, pes, &c. in qualibet homine, & humanitas, ac Verbum in Christo, neque rationes, & causæ adorandi, quæ sunt prælatio, scientia, &c. in talibus hominibus, in Christo vero sapientia creata, & increatæ, distinguunt adorationes in Christo magis; quam in aliis hominibus. Et in vniuersum S. Thom. statuit ad vnitatem adoracionis sufficere vnitatem vel suppositum, vel causæ. Quare *in resp. ad 1. art.*, trium diuinatarum perfornarum esse unum honorem, quia est una causa: ad pluralitatem verò requiri pluralitatem virtusque eo modo, quo suprà q. 3. locutus est de vnitate, & pluralitate predicationis substancialis, quia nimis adoratio natura sua est actus moralis respiciens totum, & non partes scorsum. Quare vbi est unum totum substantiale, sive sit unum vnitatem tantum suppositi, sive unum vnitatem tantum naturæ est vna; non negarem tamen posse multiplicari predicata adiectiæ, vt dicatur tres personæ sunt tres adorabiles, vna tamen adoratione, & due naturæ in Christo sunt duo adorabiles cum addito tamen, vna tantum adoratione, non vero simpliciter sine hoc addito, quia sic significaret distinctio suppositorum, & communicarentur cum modo loquendi cum Nestorio, ut bene notat Suarez. Tertiò S. Thom. *in resp. ad 2. art.*: Honorem qui debetur animæ Christi extra Verbum non minui ex hoc, quod sit in Verbo, & honor debetur persona Verbi, ipsi vero ut est aliquid Verbi, sed augeri, nimis quia adoratur latræ: at certè si potest adoratione propria adorari, non est ad rem dicere non minui, sed opus est dicere non tolli, sed manere. Quartùd fandus Thomas *art. 2.* loquens de adoratione humanitatis ait, adorationem propriè debet supposito: & cùm dupliciter possit intelligi adoratio, scilicet tan-

A quam rei adorata, & tanquam rationis, seu causæ adorandi; propriè rei adorata, cùm sit propria suppositi; & ex hoc ait: *Adorare carnem nūl est aliquid, quam adorare Verbum Dei incarnatum:* cāmque adorationem esse latram. Certe hic modus dicendi, nūl est aliud, declarat adorationem humanitatis, vt quod, hoc ipso quod est, vi quod, non esse, nec posse esse nisi latræ, nec posse adorari, non adorato Verbo. Duliama verò docet conuenient ratione adorandi creatæ, sed secundum eam non adorari, vt quod, distincto honore à latræ, vt dixit *articulo 1.* led esse vnam adorationem, & distinctas rationes. Et *in resp. ad 1. art.*, adorari scorsum à diuinitate posse contingere humanitatim solum, si esset alia hypothesis Dei, & hominis; non ergo potest adorari in vna hypothesis, solum separata cogitatione mentis. Quare cùm sit iuxta dictum Damasceni, posse separari sola cogitatione, & sic intellectus debet non latram, sed hyperboliam; non statut ex hoc distinctio res adoratas, & terminos adorationis, humanitatēneque per se adorari; sic enim pugnat cum eo quod ibidem ait, hoc solum posse coniungere, si esset alia hypothesis Dei, & hominis; sed solum statut distinctio, & scorsum accipi vtrunque naturam secundum distinctiones causarum, & rationes adorationis; declaratique quæ adoratio debetur humanitati sic scorsum accepta, spectacis caussis adorandi, nimis duliz, vel hyperboliz; non tamen idcirco vult in ea abstatuenda ita adorandam de facto, quia de facto non est separata, nec distincta secundum hypothesis, & tunc solum esset ita adoranda, quando, inquit, alia esset hypothesis Dei, & hominis.

Satisfit argumentis prima sententie. §. 5.

Ex his, que proximè dicta sunt, ita satisfactum est argumento ducto ab autoritate S. Thomæ, vt vel inde ostensum sit, ipsum flare pro secunda sententia. Ad pacipuum fundamentum *in art. 1.* statut est assignata ratio, cur humanitas sic abstracta nequeat adorari, saltem decenter, videlicet primè ex parte actus adorandi, qui natura sua non abstrahitur, vt actus cognoscendi; deinde ex parte rei adoratae, quod scilicet est suppositum, temporeque adoratur, adorata quacunque de, que ipsi coniungitur.

Ad secundum sumptum ab exemplo laudis, & amoris dicitur, humanitatem ex vno cum Verbo non habere, vt ametur amore debito diuinitat, ita vñ terminus eius amoris, conueniatque ipsi in abstracto significata sic amari; conuenient enim solum per communicationem idiomatum in concreto significata, id est, conuenit foli supposito diuinio, appellato nomine ipsius proper vniōnem cum ipsa. Multo minus habere, vt in abstracto significata, laudetur laude diuinitatis, cuius laudis materia sunt omnia attributa diuinitatis, scilicet infinita, immensa per se, beatitudo, scientia, &c. natura, que laudatur. Nec præterea potest humanitas amari, & laudari vt vnum cum ipsa diuinitate, & vt aliquid eius, ratione vniōnis, sed foli ratione communi, qua quilibet effectus laudatur, & amat in sua causa, vel propter suum causum, & vicissim caussa in effectu, ac proinde Deus in omnibus, qui est intimè in omnibus creaturis, quæ ratione vtrum possit non solum amari, verum etiam adorari in illis, dicitur infra. At vero ratione vniōnis humanitas non solum in concreto per communicationem idiomatum, verum etiam in abstracto significata, adoratur adoratione debita diuinitati, & est terminus huius adorationis per seipsum, vt supra ostensum est. Hinc sit, vt si concepiatur humanitas scorsum à diuinitate, neque debetur, neque possit amari, & laudari laude diuinitatis, possit

possit autem, & debet adorari adoratione diuinitatis, imo nec debet sine illa adorari, vt ostensum est.

Rursus autem è conuerso amore, & laude humanitatis, non amat, & laudat diuinitas ratione vnionis, sed solum ratione communi, qua in creaturis rationalibus amat, & laudatur Deus: at verò honore humanitatis honoratur diuinitas ratione vnionis, vt supra dictum est, sicut homo honore, & laude corporis; atque propter ea potest, & debet humanitas amari amore conuenienti soli natura humana secundum rationes amandi, & laudandi ipsi proprias; non potest autem adorari secundum rationes adorandi proprias ipsi, sed solum secundum rationes adorandi proprias diuinitatis, quibus adoratur diuinitas, & ipsa cum diuinitate, ut aliquid Dei.

Præter exemplum amoris, & laudis obiicitur etiam exemplum orationis, qua petimus aliquid a Christo, hac enim potest orari humanitas fecundum à Verbo, vnde probant similiter posse adorari. Respondeo abstrationem humanitatis à Verbo ad aliquem actum exercendum circa ipsum non posse fieri ad postulandum aliquid, quod illa debet præstat; quia actio non est solius natura, verum etiam suppositi, neque passio, seu esse subiectum passionis physicæ in re & receptionis realis, seu mutationis, solum verò potest esse subiectum, seu obiectum aliquius actus moralis intellectus, & voluntatis, cuiusmodi est cognitio, amor, estimatio, quod pertinet laudatio exterior, quæ explicat actum mentis internum: cùm ergo petuit aliquid agendum in re, cuiusmodi est oratio, vel forte aliquid faciendum in re, quod sit proprium naturæ, non habet, nec habere potest locum abstractione à supposito, saltem propriè, & decenter, sed debet adorari persona humana, seu Christus, vt homo; bene quidem habet locum abstractione à diuinitate, quæ non est principium huiusmodi actionum vt natura; verum hoc abstractione non debet fieri in mente, sed fit ipsa petitione rei, quæ pertinet ad solam humanitatem. Hinc etiam satisfit obiectio, quod oratio hac sit adoratio, & per eam non adoretur diuinitas, quandoquidem non oratur diuinitas, ac proinde possit adorari humanitas fecundum sumptu. Dicendum est enim primò orationem non esse adoracionem, sed distinctoriam speciem religionis, auctore S.Th. 2.2.vbi q.82. & 83, proponit orationem, tanquam distinctam specie ab adoratione, de qua agit q.84. Deinde quicquid sit solum hinc infertur, hunc cultum siue sit adoratio, siue non, tantum abstractio à natura diuina, non verò à supposito, vt iam declaratum est; non ergo excluditur suppositum diuinum ab adoratione.

Ad ultimum de adoracione diuinitatis abstractæ dicitur primò diuinitatem per se, vt abstrahit à relationibus habere solum substantiam absolutam, secundum quam sicut est id quod agit, ita potest esse id, quod adoratur. Dico secundò, quicquid ht de hoc, certè quianus actus cognitionis distinguat, tamen actus adoracionis non distinguunt; nam per se adorata diuinitate, adoratur id, quod est vnum cum illa. Dico tertio in eo quod est adorare diuinitatem, non adoratis personis, huc possit fieri, siue non, non est illud absurdum, quod est in adoracione humanitatis, sine supposito diuino, quod videlicet non exhibetur genus adoracionis, quod factum est sibi debitum ex vi uniorum, sed aliud, quod conuenienter sibi solum in statu inferiori creaturam sibi subiectarum.

Supradictum dubium de qualitate adoracionis, quæ debetur humanitati, quo casu separaretur sciplina à Verbo. Dicendum est, questionem posse esse de tripli adoracione. Primo de ea, quæ debetur ipsi ratione vnionis praecedentis, quod iam non maneat. VVilephyr refert VVAldensi. lib.1. doli. fidei, art.3.c.44. dis-

lof. Regula in 3.p.D.Th. tract. psf.

cebat, eo casu esse adorandam latræ, sed est sententia etronæ contra Patres supra citatos, scilicet Epiphian. in Ancorato, Augustinum serm.59. negantes eo casu esse adorandam latræ. Igitur de genere adoracionis humanitatis eadem ferè quæstio est, quæ de reliquis Sanctorum, ratione præterite vniorum cum anima, & cum toto, de qua infra. Secundū de adoracione, quæ debetur ratione operum præteriorum, & hic honor non est solius naturæ, sed totius, tum quia redemptio est opus suppositi per naturam, tanquam instrumentum, & honor semper acquiritur toti, & supposito, tum quia opera humanitatis habuerunt valorem à supposito, & Christus redemit nos, vt Deus homo, vt supra explicatum est. Tertiū de adoracione, quæ debetur ipsi ratione gratiæ, & donorum, si ea remanerent, & hanc dicendum est, fore duliam, seu hyperduliam, iuxta ea, quæ dicta sunt de adoracione petita ab excellentia creata.

ARTICVLVS V.

Vtrum Mater Christi sit adoranda adoracione latræ.

AD quantum sic procedatur. Videtur, quod mater Dei sit adoranda adoracione latræ. Videtur enim idem honor esse exhibendus mari Regi, & Regi: unde dicitur 2. Reg. 2. quod p̄sūs est thronus mari Regi, que sedid ad dexteram eius. Et Aug. dicit in sermone de Assumptione, Thronum Dei & thalamum Domini celi, atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi est ipse. Sed Christus adoratur adoracione latræ; ergo & mater eius.

2. Præterea Damasc. dicit in 4.lib. quod honor matris referatur ad filium. Sed filius adoratur adoracione latræ: ergo & mater.

3. Præterea coniunctio est Christi mater eius, quam crux. Sed crux adoratur adoracione latræ: ergo & mater Christi est adoracione latræ adoranda.

Sed contra est, quod mater Dei est pura creatura. Non ergo ei debetur adoratio latræ.

Reponendo dicendum quod quia latræ soli Deo debetur, nulli creature debetur latræ, prout creaturam secundum se veneratur. Licit autem creature insensibiles non sint capaces venerationis secundum seipsum: creatura rationis est capax venerationis secundum seipsum: & ideo nulli pure creature rationis debetur cultus latræ. Cico igitur beata Virgo si pure creatura rationis, non debetur ei adoratio latræ sed filium veneratio dulie, eminens tamen quam ceteris creaturis dignitatem ipsa est mater Dei. Et ideo dicitur, quod debetur ei non qualisque dulia, sed hyperdulia.

Ad primum ergo dicendum, quod matri Regi non debetur equalis honor, honoris, qui debetur Regi: debetur tamen ei quidem honor consimilis, ratione cuiusdam excellencia. Et hoc significant autoritates indules.

Ad secundum dicendum, quod honor matris referatur ad filium, quod ipsa mater est proper filium adoranda. Non tamen eo modo, quo honor imaginis referatur ad exemplar: quia ipsa imago, prout in se consideratur ut res quadam, nullo modo est veneranda.

Ad tertium dicendum, quod crux non est capax venerationis, prout in se consideratur, ut dictum est: sed beata Virgo secundum seipsum est venerationis capax. Et ideo non est similis ratio.

PÆMITTIVS quantum hunc articulum tertio, & quarto, eo consilio, quod occasione priimi, & secundi articuli, quibus agitur de adoracione Christi, egerimus de adoracione sanctorum; & rectus ordo postulas tractationem de adoracione

B. Virginis non separata à tractatione adoratiois Dei, & Christi, ac sanctorum; tum quia similes sunt, ipsisdemque rationibus, & principiis explicantur, tum quia in ceteris tribus articulis, taliacet tertio, quarto, & sexto agitur de adoratione rerum inanimatarum; in his autem tribus de rebus animalibus propterea res eius coherent. Sanctus vero Thoinas non agit hic de adoratione sanctorum, sed Christi, & rerum, quæ ad ipsum pertinent, ideo tractat de B. V. ut est aliquid Christi in ordine harum rerum, scilicet eum imaginem, & cruce, quibus finiti agit de reliquiis sanctorum, quæ similiter adorantur propter aliud. Hunc etiam articulum recte præmittit Valquez hic. Igitur

Conclusio S. Thomæ est, B. Virginem non adorari latraria, sed hyperdulia. Probat. Nulli creaturae capaciter ad orationes debetur latraria; taliis creaturae est B. V. non ergo debetur ipsi latraria. Minotem probat, ex eo, quod omnes creaturae rationales, cuiuinodi est ipsa, sint capaces adoracionis. Secunda pars probatur, quia sublata latraria, & posito quod sit adorabilis, restat dulria non communis aliis, quia est mater Dei, ergo prestantior, quæ est hyperdulia.

DISPUTATIO XLIII.

Ah B. Virgo colenda sit cultu sacro, & religioso.

BEATAM Virginem religioso cultu venerandum esse negant omnes, qui negant sanctos Angelos, & homines religiosi colendos, adiectum quo supra disputauimus. Nominatum verò cultum B. Virginis studiosius, & impensis insecutantur, propterea quod illam Catholicorum colunt studiosius, & impensis, quam alios sanctos; accusantem nos idolatrias, non solum ad nomine, quod adoremus illam, & ipso omnem adoracionem extra ciuilium vocent idolatriam; verum quod colamus illam genere honoris, officiisque foli Dei conuenientibus. Is est in primis Lutherus in Postilla circa Euang. de festo nativitatis B. Marie. Monachi, inquit, perdiuersum suo gressuino in mulierum gratia Marianam in hoc honoris figuram collocarunt, & immodecum lades eius dyplicarunt, nomen hoc Christi gloria decubuerunt quod erant. In humis ea, que solius Dei sunt, cetera soli competitum? &c. Idem habet Philippus Melanchthon, & Calvinus, ut est apud Canitium lib. 5. de Desp. c. 11, hi verbis: *Es progressum et vestimenta fures, et Christi proprie mudi spoliis eam ornare; quasi vero non habent quantum illi honori debent, nisi Dei sit, &c.* Producere etiam ex Anglia noui Apologetici Caluinii spiritu instructi, qui bas insulante Catholicos, dicentes, Mariam Virginem sic à nobis interpellari, vt se matrem esse meminerit, virque imperer filio, & in illum vtratur iure suo: & sancti Bernardi nomen margini per summam impudentiam ascribunt, cùm fāne constet, ipsam vbi de B. Virgine vt piè, ita & prudenter loqui. Similia habet Erasmus, qui teste Canisio cap. 10. studium multorum in colenda B. Virginis deputat superstitionem, & cum Christi iniuria vult esse coniunctum, perinde ac si putent, eam filio iam cum Patre regnanti possit imperare, extat colloquium, Nafragu nomine inferiustum, in quo Erasmus sub Adolphi persona sic ridens loquitur: *Natura clementis: Salve regina, implorabam matrem virginem, appellantes eam stellam maris. Reginam eadi dominam mundi portum fatuus, atque multis rursus illi blandies, quos nequam illi tribuum facie litera. Sed alias bene loquintur ut infra.*

Aduersus hos errores, primū quidem, quod sit adoranda, docemur fide catholica, testimonii Eccl-

lie satis suprà confirmata, quibus non modò generatim cum omnibus sanctis, verum etiam nominatum sape cum de ipsa fit mentio, definitus esse adorandam. Deinde vero quod singulare, ut præstatissimo supra omnes sanctos, & angelos honore, probat SS. Petrum auctoritas, & ratio ab eius excellenti petita. Greg. Naz. in suis carmenibus de B. MARIA scilicet scribit,

*Admitte Virgo in celysta, hoc quando ibi
Verbi parenti, sed supra modum tamen,
Legemque solis inter omnes conigit
Honore.*

Similia, & longè plura Athanasii, serm. in Enarr. de sanctissima Virgine. August. serm. 35. de Sanctis. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 15. Petrus Damiani serm. 1. de Nativitate B. Mariae. Bernardus serm. 1. de Assumptione. Anselmus opus de excell. B. V. cap. 8. Gregorius Magnus m. epist. ad Gen. circa fons. Rupertus lib. 3. in Camice, in illud capitulo 4. Veni coradontra. Nicetas Patriarcha Constantiopol. apud Canitium lib. 5. cap. 16. præscribens ordinem Mahumetanis Ecclesiæ catholicæ reconciliandi, hanc fideli confessionem iubet a singulis exigere. Sanctam Verinem, quia Christum in carne peperit. *De proprio, veraque matrem esse credo, & confiteor: eandemque et revera Dei, qui homo factus est, matre, atque idcirco dominam, & Regnam omnium creature diuina gratia effulsa, adire & reverere.* Similem suam confessionem, in modo & Ecclesiæ fidem Ioannes Cantacuzenus in *Apolog.* 3. & 9. contra Mahumetanos exprimit his verbis: *Credimus, & confitemur, quod Maria simili homo, nec natus sit, nec posthac ex viro, & muliere nascitur usque ad confusioneum seculi, & secundum humanum quidem naturam eam Angelis inferioribus eis, indicamus, sanguinis hominem: bone autem & sanctissimum ipsius omnibus Angelis indubie praefervimus, eo quod e' ebum, & filium Dei secundum carnem peperit; omnique nos illam aducatam, & auxiliariem agnoscimus.* Germanus Patriarcha Constantiopol. in epist. ad Ioan. Episc. Synod. ita scribit: *Quoniam Deum innuibilem, & omnia manu sua convenienter vltra omnem, & hominum, & Angelorum estimationem in venie suo, conceperit, & e' se incarnatione genuit, salicre eam ut verè, & proprie Dei matrem veneramus, & magnificamus, & quaevis visibili, & innuibile creatura superiorem reputamus.*

Huic cultui & adorationi attestatur Eliz. beth Lue. 1. quam cum treupliciter Spiritus sanctus, dicitur, B. Virginem longo admodum intervallo libi, certisque omnibus praestare, eandemque supra omnes colendum, testata est magna vocis contentionis, confessionis, abiectionis persona, ac dominus suus, quæ longè impar esset excipienda mulieri, qui Dei mater esset, & præ omnibus mulieribus benedicta, qui fāne ascelus, verba, gestus sunt actus insoliti, & singulares, reue- rentia infolitæ, ac singularis.

Ratio adprobandum adorationem Virginis in eo, quod cum reliquis sanctis omnibus habet commune, eadem est, quæ suprà probauit generatim, & vniuersæ sanctos esse colendos. In eo vero, quod habet singulariter, protrector infelix, vbi tractabimus de qualitate adorations, qua est colenda.

Aduersus hanc veritatem duobus argumentis occurunt haec taci. Primum sumitur ab auctoritate Epiphaniij, quem state pro se aduersus cultum B. Virginis contendunt Kemnitius, Jacobus Heribodus, Selneccerus, Philippus Melanchthon, & alij quo resenset Canisius lib. 5. de Desp. cap. 16. verba sunt Nicolai Selnecceri: *Innocatio Mariae ejus idololatrica. Ceteri erroris, quæ de re Epiphanius contra Antidicomarianos, & Celsyridianos graniter differunt.* Ceterum, quod alias moris est haeticorum, dicta, & facta sanctiorum Patrum ad alienum, prauumque sensum detorquere, addere, detrahere, inverteere, quæ & quatenus consent ad dogmata ipsorum; faciunt in hac causa cum Epiphanius, &c.

& quoad rem gestam, & quoad intentem & propoli-
sum ipsius. Sanè quod reprehendit Epiphanius heresi
78. est superstitionis ritus in colenda Virginie. De hoc
ritu ut facit scribentibus *Epiphanius Philippum Mel. narrat*
Epiphanius sua etate mulieres in Syria statuam Maria con-
sumidisse, & ei liba, & nescio quares alias obtulisse, hanc
morem inter heres receserit, & opprimeat eis, inquirent, diligen-
*tae & autoritate Episcoporum, quod intitato effet ethicus fe-
tivalium magna pietas ducitur inuocare Mariam, donaria li-
beratricem cunillare. Sed haec mulieres neque in Syria fue-
runt, vt hinc Melanchtho, verū in Arabia, neque statua-
tam B. Virginis circunstulisse, scribit Epiphanius, ve-
rū vt quead eae velatas fuille ut Mariam Dei loco libi
colendum proponerent, illique noua sacra, & contra
morem Ecclesie sacrificarent. Etenim constituto
auni die, vt indicat etiam Damascenus, currum quen-
dam fice sellam quadrata, ornabant, & expando super
eas linteos, per dies aliquot panem, seu collydens
quandam imponbant, Marie tanquam Dea sacrifican-
tes, eodemque pane omnes participantis, alia verò
donatis, que scribit Philippus, apud Epiph. non le-
guntur, hunc panem dictum *κορόπιδα*, interpres
Damasceni vertit *τοναμ πανι*, nam Graci placentas tor-
tiles, *κορόπιδα* vocant. Hinc dicti sunt heretici Colly-
diani. Ceterum cum hic error solùm fuerit apud mu-
liores, vt testatur Epiph. bref. 79. his verbis: *Huius-*
qui hoc docuit, qui sum praeceptor mulierum. Propterea forte
Augustinus, qui prohetur se in unum collecturum
hereticos, quas recesserit Epiphanius, vt refert hereticum
Antidicomarianitarum, de qua Epiph. bref. 78. non
meminit hereticis Collyridianorum, quam statim sub-
iungit Epiphanius, quod verò reprehendit in iis Epiphanius, non est cultus B.V. quem ipse, vt mox dicam,
valde commendat, sed nouis & superstitionis ritus
sacrificandi; illegitima personæ; indebitus sensus,
& ultimo de B. Virginie. Ritum quidem repehendit,
quia nullum est in Ecclesia sacrificium panis, pre-
ter illud Eucharistia: quod Christus instituit, personas
autem, quia neque in veteri, neque in noua lege munus
sacramendi permittitur mulieribus, imò verò ne-
que loqui in Ecclesiâ, 1. ad Cor. 14. Denum indebitam
Virginis exaltationem, quod pro Deo colectaret, ita
inficitur, vt neque vera laus, & adoratio ipsi subla-
tagine falsa afflita videatur. Si inquiris, in honore *Mariæ*,
Pater, Filius, & Spiritus sanctus adoratur. Mariam nemo
adore, Deo debetur hoc ministerium. Maria in honore sit, De-
monus adoratur; licet sancta uia Maria, & honorabilis, no-
ramen ad adorandum. similem enim at Epiphanius ex-
tretem harum mulierum veterum & gyptiorum erro-
*ri fuille, quod Therinutum filiam Pharaonis, quæ Moy-
sen ex aquis creptum educauerat, tanquam Deam adorarunt;* istemque errori Iudeanum. Ieron. 2. & 7. qui luna-
næ, quam vocabant reginam *exli*, tanquam Deam
sacrificii colebant, & adorabant; quem locum Iere-
mie aduersus Catholicos in causa adorationis B. Vir-
ginis, Bulingerus & alij heretici perpetram & inepte
detorquent. Denum eximiz sunt laudes B. Virginis
apud Epiphanius in sermone de laudibus Virginis.
Nimis quid facta sit sublimior Angelis, superior
Cherubim, & Seraphim, celum, templum, thronum
diuinitatis inexplicabile paradiſi monile, cali &
terre mediatrix, per quam homines fiduciæ habent apud
Altissimum, que lapsam Eum erexit, & Adamum e
paradiſo cieclum in celos miserit, ac denuo paradi-
sum clausum aperuerit.*

Exstant confessiones Catholicorum alienæ à dictis
calunnis hereticis. Perstringebat Catholicos Clau-
dius Taurinensis aratæ sua princeps Ionomachorum,
tanquam idololatras ob cultum B. Virginis, cui respo-
det Ionas Auriacensis in lib. de ouro imaginibus tom. 4.
Biblio. his verbis: *Virginem, quæ peperit Cherubim, non*

*A adoramus, sed sanctam Dei genitricem conguo honore vene-
ramus. Petrus Cluniacensis in lib. contra Petobrufianos,*
de veneratione sanctæ crucis sic habet: *Nec confundemus
confessores, nec Apolos, nec Angelos, &c. nec illud sum-
mi regis reclinatorum, summi Dei sacrarum, matrem eius
scilicet & Virginem adoramus.* Vbi ita negat latriani
B. V. vt non taceat titulos summi pax alii omnibus
honori.

Alterum argumentum sumunt à summis titulis,
quibus B. Virginem honoris caule non innamus, huius-
modi sunt, *Salve Regina, stella maris, Regina exli, Domina mundi, Porta salutis, quibus titulis nautas*
*ipsam innocentes ridet Erasmus, etiæ alios honorificè
loquitur, vt dicam, atque id genus alios exprobant
Catholicis heretici. Nec vereatur Caluinus dicere:
*Aliorem ergo illi Maria inuiriā faciunt, quando, vi men-
tis, eam laudibus deformant. Deo eripiunt, quod sum eis.* Menthia laus est Calino, quid dicatur regematrix ab Athanasio firm. de *Deportis*; quod dicatur totius boni
plenitudinis in ipsa à Deo collocatam, quod quid-
quid est gratia & salutis ab ea reducet, auctore Bernar-
do firm. de *Nostri*, & similia passim apud alios
Pates.*

His, atque aliis eiusmodi expostulationibus abu-
dè ac lais sive distinctione titulorum, seu epithetorum,
qua Deo tribuimus, quendam enim soli, & ita con-
uenienter, vt nequam vlo modo creature accommo-
dari, eiusmodi sunt esse atrenum, omnipotentem, in-
finitum, immensum. Quædam verò eaque plurima
extra has pollunt, & si non pariter, & aequiter, at sal-
té proportione aliqua secundum varias rationes ex-
teris, plerique creaturis tribui; id, quod bene obser-
uat, & late tractat Canisius lib. 5. de R.P. cap. 12. vbi
varios eiusmodi titulos Deo, & Christo etiam soli, &
tanquam singulares ascribi solitos, probat tribui
etiam hominibus, & nominatim titulos, qui dicuntur
B. Virginis proprij, pluribus communes inventiti. Di-
citur 1. Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo posset penes pre-
ter id, quod possum eis, quod g̃i Christi Iesu.* & tanquam
Apoc. 21. ponuntur duodecim fundamenta, qua sunt
duodecim Apostoli. Dicitur Christus rex & federe in
throne Dei Patris, hoc ipsum tribuitus sanctis Apoc.
3. *Qui viciris dabo ei sedere mecum in throne meo.* sicut &
ego vici, & confida cum patre meo in throne eius, & cap. 2.
D. ibi postulat supra genet, & reges eis. Paulus Apost.
compellat suos Thessalonicenses titulis, quibus com-
pellari B. Virginem offendit hereticos. *Quia est enim,*
inquit, *nostra fides, aut gaudium, aut corona gloria? numne*
*est & c. similibus verbis afflatus Philippienes in epist.
ad illos cap. 4. Dicitur de Christo 1. ad Timoth. 2. *Vnde*
est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Idem tri-
buitur Moysi, Deut. 5. *Ego sequenter, & medium fui inter*
*Dominum & vi. His similia habentur in sciss litteris,
qui latè tradit Canisius lib. 5. cap. 12. & 13. vbi defen-
dit canticum, *Salve Regina, aduersus hereticos.* Ad
extremum Erasmus titulos, quos iniuste sustulit B.
Virgini sanior, iustiorque factus magnificenter
verbis restituit, plurisque & maiores addit. Profutur
ipius patrum Virginis matris dicendus, vbi appellat eam
vnicum celi deus, certissimum terræ praesidium,
præpotenter nostram Dominam, Augustam cali-
terariumque reginam, nostri pelagi sellam, ter-
ra lunam, spem vnicam, solam inter cali-
tes omnes potenter iram judicis
restinguere, & plura his
similia.**

DISPVVTATIO XLIV.

*Ad quam virtutem pertinet adoratio B.
Virginis.*

PLURIM adorandi rationes in B. Virginie spicte liceat, partim communes cum ceteris, partim non communes; & de singulis scilicet differere oportet ad statuendum an una, vel plures, & cuiusmodi species adoracionis ipsi conueniant.

Exponitur prima ratio adoracionis. §. i.

Prima ratio est contactus, quo sanctificari res etiam inanimes, vbi haerescit persona cultu digna, sicutique cultus ipsius participes, infra ostendemus. Cum vero iste contactus maxime intercelleret inter B. Virginem & Christum, videri potest huius cultus ad ipsam maxime deriuari. S. Thom. in hoc art. 5. ad 3. ait, B. Virginem esse capacem adoracionis propriae, ideo non debere adorari ratione contactus, quod est adorari alienares autem inanimatas esse incapaces propriis, ideo adorari ratione contactus. Caiet. hic ait, hanc doctrinam S. Thomae habere locum ratione scandali, quod putaretur propria B. Virginis adoratio aliena Christi; ex natura vero rei, & virato scandalo, posse illi conuenire. Idem habet Valsquez disp. 100. cap. 1. Et Suarez tom. 2. disp. 12. f. 2. qui non solum ad cuitandam occasionem scandali, ait adorandam B. Virginem potius adoracionis propriae; verum etiam, quia honorabilius est honorari honore proprio, quamvis minore, quam alieno, quamvis maiore, & recte dicunt. Atque obseruandum est, contactus hunc posse esse vel immmediatum, quo est Deus in omnibus creaturis ratione creationis & conseruationis in esse, & in rationalibus, tanquam in sua imagine. Et hoc nihil haber singulare B. Virgo, sed pertinet ad articulum quartum: vel mediatum, quo in mediante humanitate, cum quo Deus Verbum constituit unam personam humanam, est in ipsa Virgin modo magis peculiaris, quam per essentiam; non enim quidquid creature agere dicitur aere, ut cana particularis, sed solum per causam viuieris; pati vero, vel recipere nequaquam dicitur Deus in creaturis ex eo, quod sit in ipsius secundum essentiam. At certe ex eo quod sit in humanitate Christi dicitur agere, ut agens particulare quidquid ipsa agit, & recipere, ac pati quidquid patitur, ac proinde tangi, cum tangiatur, quia in viuierum persona dicitur tangi. Cum vero multa sint, quae Christum testigere, ut Crux, & vestes, omnium maximè tetigit illum B. Virgo propter conceptionem, gestationem, &c. Idcirco ex natura rei, & vbi recluso scandalo, attributionis latrice creatura per se seorsum à creatore fieri potest; nihil prohibet ex hac parte, & ratione adorari. Quoniam tamen adoratio pender ab vobis, & estimatione; & vobis habet, ut ratione contactus ea solum dicantur pertinere ad alium, & coli ut aliquid alterius, & vnum cum illo, quorum esse est alterius, seu quae sunt alterius secundum esse; quae vero non sunt alterius secundum esse, sed solum alia ratione ministerij officij, consanguinitatis, &c. dicuntur adorari propter aliud, non vero ut aliquid alterius etiam tangant, &c. propterea B. Virgo, quae non est alterius, id est, Christi, secundum esse, sicut est humanitas, vestis, erux, &c. sed solum ratione maternitatis, adoratur adoracione propria, tametsi singulari adoratione propter Christum, nempe quia est mater Christi.

*Exponitur secunda ratio adoracionis, id est,
sanctitas. §. 2.*

Sanctitas haec, quae est, secunda ratio adoracionis, prouenit ex gratia, donisque supernaturalibus, in quibus B. Virgo communiceat cum omnibus sanctis Angelis & hominibus, estque natura sua ratio excellente, & adoracionis ciuidem speciei in ipsa, atque in iis omnibus. Nihilominus in ipsa superat omnes, non quoenece excessu, sed tali, qui mereatur singulare nomen quo notetur excessus ipsa duliam, scilicet hyperdulia, quod nomen non meretur excessus gratiae aliorum quorundam, feliciter Apostolorum, vel praecursoris Ioannis Baptista. Ut autem intelligatur ratio huius differentiarum, obseruandum est, excessum gratiae vnius creature rationalis supra aliam posse à duplice causa prouenire. Primum ab solleto voluntate eligente vnum ad gratiam maiorem, alios ad minorem in ordine ad coniunctionem cum Deo, tanquam ad finem, qui finis est proprius gratiae, ut declaravimus circa articulum duodecimum ques. 7. cùmque suscipiat magis, & minus, non determinata mensura gratiae, sed eius determinatio relinquit voluntatem Dei: & hic excessus quantitatis magnus sit non est ratio adoracionis hyperdulia, sed solum dulia; non enim sat est excessus secundum gradus tamen gratiae ad hyperduliam: nam si solum is, qui minimus est in regno calorum adoraret dulia, reliqui autem omnes hyperdulia: verum requiritur aliqua varietas vel penes obiectum, vel penes subiectum, vel penes finem, sive intrinsecum, sive extrinsecum gratiae. Et quidem penes obiectum formale, quod est sanctitas supernaturalis, & penes finem intrinsecum, qui est coniunctio cum Deo, non est locus varietatis, quandoquidem agimus de cultu, cuius ratio sit sanctitas supernaturalis, que essentialiter constat tali obiecto, & tali fine.

Secundum ergo potest prouenire à differentia subiecti secundum esse naturale, non quidem per se, quia gratia cum simpliciter non sit debita natura, non debetur maior maiori, verum accedente Dei voluntate, qui velit conferre gratiam secundum proportionem naturalium, ut voluit in Angelis. Et neque hic excessus est ratio hyperdulia; per hyperduliam enim intelligimus insignem rationem cultus supra, & extra ordinem rationemque communem preferendi unam personam aliis secundum maiorem gratiam: & autem rationes sumptuariae gradibus naturae sunt in ordine communis; sicut enim non constituit hyperduliam gradus naturae medius supra infirmam, ita neque supra; & quandoquidem crescit in eodem ordine, & ratione, supra natura est inferior alia possibili supetore in eodem ordine.

Tertio potest prouenire à differentia subiecti secundum deputationem, vel electionem ipsius ad aliquod officium, vel ministerium, cui sit conueniens gratia, quodque habet rationem dignitatis; & hoc potest esse duplex. Primum cui sit conueniens magnus aliquis gradus gratiae, sed non supremus supra omnes, cuiusmodi est officium praecursoris Christi, vel Apostolatus; nō enim supra natura poscent gratiam supra omnes supremam. Quare quamvis de Joanne Baptista dicatur: *Inter nos mulierum non servet maior;* non tamen id habuit ex officio praecursoris; hoc enim manus non videtur per se postulare principatum in ordine gratiae supra omnes homines, & Angelos; sed si talis fuit, solum fuit ex diuina electione in ordine communis modi & rationis prædestinandi, & eligendi maiores, & minorum, &c. Idem dicitur de Apostolatu. Secundum est cui conueniar supremus

supremus gradus gratiae supra omnes creaturas rationales infra Deum, & Christum; & quamvis sit infra Christum, tamen participet in hoc eius dignitatem & excellentiam, scilicet ut tam late extendatur, quam latè extenditur excellencia Christi: huiusmodi vero est excellencia gratiae. B. Virginis, quia data est ipsi ratione ministerij maternitatis: maternitas autem Christi secundum modum, quo data est, neque ex electione, & contractu, & institutione, vt iam explicabo, per se suapte natura exposcit excellens gratia supra omnes eum quibus comparatur secundum eam dignitatem, quicquid illi subiectum: comparatur autem cum omnibus, qui subiecti sunt Christo, quales sunt omnes creaturae intelligentes non solum iam creatae, verum etiam quae creaturæ: sicut supra circa articulum 12.9.7. declarauimus, quomodo gratia Christi sit maior gratia omnium creaturarum, & quomodo regulus ordo poscat, vt non creetur excellens illius aliqua natura, cui sit proportionata gratia, quam habet humanitas Christi, nisi simul augeatur gratia Christi, ne sit membrum maius capite. Eadem ratio probat, forte contra rectum ordinem superlati gratiam B. Virginis, quandoquidem ex dignitate matris habet, quod cum creaturis omnibus Christo subiectis comparatur tanquam superior.

Hoc perplicere significavit modus, quo tribuit est gratia B. Virginis, differens ab eo, quo tribuitur alii: nam B. Virgo ita salutatur ab Angelo, vt cognomento, & appellatione dicatur gratia plena; neque enim aliud nomine in primo congreßu compellatur, dixit enim, *Ave grata plena;* quo notatur plenitudinem gratiae singulariter ipsi pro aliis conueniente: aliis enim tribuitur per additionem, & adiectionem factam pro tempore, atque ad determinatum & particularem finem. De Io. Baptr. dicitur Lue. 1. *Replebus spiritu sancto adhuc ex viro mari sue,* quo notatur sanctificatio & illuminatio propheticæ, quæ, praesente B. Virginis, habiturus erat eum salutare Elisabeth. Dicitur Elisabeth repleta spiritu sancto ad prophetandum, Apolito ad fidem Christi disseminandam; Stephanus ad eiusdem prædicationem, ac defensionem, ad prodigia, signa, &c. Dices etiam B. Virgo dicitur plena gratia ad concipiendum Christianum. Respondeo, hunc esse finem plenitudinis gratiae, sed hic finis exigebat plenitudinem gratiae simpliciter supra omnem creaturam infra Christum: qua causa fuit, vt Scholastici dicent, plenitudinem gratiae Christi esse quasi fontis, Maria quasi flumen, & sanctorum quasi riu; nec dissimilis est Bernardi locus in sermone de natu. B. Mariae dicentes fontem vita Christum, Mariam vero aqua ducentes; proprieitateque non solum ab Angelo, sed etiam ab omni creatura recte dici Maria, *Ave grata plena,* quippe qua suo etiam tute hoc libi sumere posset. Et ab eodem Angelo, antequam quicquam exponetur ipsi de hoc mysterio, dicitur absolute & cognomento plena gratia:

Exponitur tertia ratio adoratiois B.V. id est, Maternitas. §. 3.

Vt intelligamus cuismodi adoratio ex hoc capite debatur ipsi, obletari oportet dignitatem matris ad aliquam mulierem ratione dignitatis filij, duplice modo posse petuere; primò per accidens. Secundò per se ex electione, & contractu. Per accidens aduenit quando ea dignitas non conuenit filia ratione sanguinis & nativitatis, sed aliunde iam nato extra ullum ius, & spem fundatam in generatione sua, & nativitate contingit. Per se autem habetur, quando fit contractus matrimonij, & institutio ad gignendos filios, qui habeant ius ad regnum, vel proxime, si sunt

primò geniti, vel capacitate tantum, si sunt secundò geniti. Iam primo modo, vel non competit matre regis dignitas regiae, vel si competit, non competit ex vi contractus & matrimonij: quare neque coronatur, neque tribuantur ipsi regalia insignia, &c. secundò modo vero & maxime conuenit, & coronatur, & tribuantur ipsi haec omnia ex vi electionis, & contractus matrimonij. Iam vero B. Virginis non conuenit per accidens esse matrem Regis regum Christi. Non enim assumpta fuit à Verbo humanitas filii qui genitus ab ipsa fuerit priusquam afflueret, & priusquam esset electus, & deputatus à Deo rex, & Dominus mundi: nam genuit non putum hominem, sed Deum, cui est connaturale imperium mundi. Preterea intercessus contractus inter Deum, & ipsam, mediante legato cœlesti, Lue. 1. de gignendo Rege regum; Ecce conceperis, & paries filium, &c. *Ecce enim cum non eris finis.* Item conditiones vtrinque, scilicet ut conceptio non sit opus humani coniugij. *Quoniam fiet iusta, quemam virum non cognoscere,* & *Spiritu sancti operariest in te,* &c. postis conditionibus, accedit consensus, Ecce ancilla Domini, &c. Hoc ergo est esse factam reginam ex contractu, & institutione ad gignendum regem. Consequens vero est, vt ipsi tribuantur regalia, & quidam, vt diximus citet questionem 22. agentes de regno Christi ex Arift. 14.3. *Postea ergo debet paponi alius dominatus, & dignitate, qui sunt praestantia naturæ ad hoc nati, & xquum esse, reges in omnibus præfatis, & superiores esse, & nulla parte, vel animali vel corporis inferiores; hoc autem interesse inter institutionem Regis, qui fit à Deo, & qui sit ab hominibus, quod homines non possunt formare sibi Regem vndeque praestantem: Deus autem si nolit aliumcire aliquem de gregie hominum ad regnandum, sicut assumptus Saulen, sed velit manu sua condere tales, faciet omnino pro sua potestate tales: quonodo volens instituere generi hominum regem, qui sine fine regnaret, maximè in regno spirituali, non assumptus aliquem ex iis qui subinde proderint & genete hominum, sed ipsi sibi formandum natura, intruendum donis gratiae suscepit. Cum vero noluerit, opus hoc esse creationem ex nihilo solius potestis fuerit, sed voluntate deputate feminam, que modo singulariter perfectissima huius genitrix genitrix esset, & ex ipsa institutione, & electione esset mater tanti Regis, & Regina, que proinde præter dignitate regia omnibus quibus præterit, & præsideret eius filius, consequens fuit, vt non solum prælatione extinseca esset omnibus superior, verum etiam re ipsa, & præstitia excellenter, & perfectionis in eō ordine, quo præstat filius eius omnibus, vt in nulla re esset inferior in hoc ordine, qui est gratia, esset in ordine naturæ est Angelis inferior, sicut & eius filius Christus in natura humana. Atque hoc diuinum decretum perficiendi, & intruendi ipsam donis gratiae, quantum oportet ad hunc finem; testantur primò illa Archangeli verba, *Ave grata plena, Dominus tecum, & iunioris gratiam apud Dominum.* Et ipsa Virgo in Cantico, *Beaat me dilectas unnes generationes, quia feci mili magna, qui patens est.**

Deinde communis sensus Patrum, quibus nihil est familiarius, cùm loquuntur de B. Virginis, quam præferre illam omnibus creaturis corporeis, & incorporeis. Bernardus ferm, de Verbis Apoc. *Mulier ancilla sole,* &c. de Virgine ait: *Quantum sine personali unitione creaturae conditio patitur lucis illi accessibili videntur immensa.* Idemque habent Patres luprè citati, & mox citandi. At certè B. V. solam præter dignitatem Matri, quia genuit Christum, & non etiam præstantia virtutum, & donorum, non esset præferenda simpliciter, quia, vt recte sanctus Thomas 2.2. q. 102. n. 1 ad 2. viti prædicti sapientia & virtutibus quamvis priuat, & non constituti

stituti in dignitate, coluntur eadem virtute, & eodem honore, quo qui sunt in dignitate cōstituti, quia videbile per seūmodi virtutes, &c. aliquis redditur idoneus ad dignitatem statim, sed solum in quodam genere, videbile singularis maternitatis est et prætendenda.

Hinc sit ut meriti à Patribus, & passim à fidelibus dicitur Regina, & Domina. Aug. serm. 35. de SS. de dignitate cuius ita loquitur: *Quid dicam pauperi ingenio, eion de te quicquid dixerit minor laus tua, quam dignitas tua mereatur?* Et infra: *Si Domnam Angelorum vocem, per omnia, te esse praewis.* Antichonus de excellentiā Virginis cap. 8. *Deum eam civili scilicet creatura perenni uter domi- naurum in throno glorie sua collocavit.* In septimo Synodo actione 4. habetur epist. Gregorij vbi sunt haec verba: *Divide etiam sanctam omnium Domina easq[ue] Dei matris imaginem, &c. & statim: Nm quicunque tam ita venerantur huic dubio magna reverentur.* Rupertus lib. 3. in Cant. circa illud cap. 4. *Veni coronaberis, si habet: Coronaberis et in calix regna sanctiorum, & in terris regna si regnorum.* Bernardus lerm. 1. de assumptione: *Regna, inquit, celorum ej., misericors ej., nihil enim scipotest portulati eis. seu pietatis magnitudinem commendare, & intrare, Supra omnem exaltata eaturam cum eo honore, quo tanquam mater digna sunt cum ea gloria, qua tanquam decuit plumbum.*

Ex preliquo autem quod Domine, ac regina appellatio, & dignitas conuenientia ex conceptione regis filii Dei, & electione ad illam, docent Patres, confirmantique rationem iam a nobis adductam. Athan. serm. de Despa, longius à sic habet: *Et quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex Virgine, idemque & Domini, & Deus: & mater, que eum genuit, & Regna, & Domina, & Despa proprie & vere confiteri, licetibique nobis ita congruerent dicer, dum ad ipsam, & ad eum, qui ex ea genitus est, plumbum recipimus; adeo regina à deo tuis, & eo quod secundum sexum futurum Regna, & domina, & mater Dei appellari debetas, in illa voce. sextum firmavimus, notatus esse reginam in vniuersitate rerum, & praefertim in ordine gratiae conuenite B. Virginis eo iure, quo apud homines nomen regium & dignitas est communis viro, & femina ex vi contradic & matrimonij ad dignissimos reges. Hinc Athan. ibid. paulo infra ait: *Dicitur ut matrem regem, utrigenam. Denuniam, ac heram cognoscimini, eo quod ex te prodidi rex Dominus ac Deus noster. Illud non enim, heram, praefecit dominatum, & possessionem, quam explicat idem oratione de assumptione Virginis verbis: Decei matrem, eaque filii sum possidente, & ab omnibus rebus adorari. Daniele, lib. 4. de fide cap. 15. Re vera, inquit, Domina facta est oratione crea- turarum cuius conditoris omnium effecta est mater. Petrus Damiani lerm. 1. de Nativitate B. Matris: *Quid grandius, inquit, Virgo Maria, que magnitudinem summae dignitatis tuae sui ventris conclusi artuum? attende Seraphim, &c. & videbis quidquid maius est, non nisi virginem. & infatia ita fertur in eius laudem, vt (quod per hyperboleum dictum esse videatur) praedicate audeat vnius naturae identitate Deum in Maria inesse, & concludit: Tali modo Deus virginem induit, & in virginem induit eis, vt meliore non posse: nimis propter illud Archangeli, Dominus tecum. Habitat, inquit, in Angelis Deus, sed non cum Angeli, quia cum illi ei sunt non est officie. Habitac Deus in virginem, habitas cum illa, cum qua omnis natura habet identitatem.***

Ex his facile est statuere qualis sit, & ad quam pertinet virtutem adoratio B. Virginis.

Dicendum igitur primò, B. Virginis neque ratione supreme sanctitatis, neque ratione maternitatis conuenit adoratio latræ. Probatur, nam virtus hæc excellentiæ habet fundatum in dignitate humanitatis Christi, qui est sanctus, & Rex ut homo, & inde derivatur ad B. Virginem: ostensum est autem super

Chistino non conuenire latram tatione vlliis excellentiæ, qua sit in natura distinguta à divina, secundum quam est Deus, multo ergo minus B. Virginis.

Dicendum secundò ratione vtriusque excellentiæ conuenire B. Virginis cultum hyperdulia. Hac affectio, quod excellentiæ sanctitatis, sopia ostensa est; quod excellentiæ verò maternitatis probatur a fortiori; quia hæc est fundamentum, & ratio, ut conueniat B. Virginis sanctitas iupitera inter omnes creaturas. Præterea oftenim est, sanctitatem hanc comprehendendi in modo, quo mater effecta est, nempe antequam eoneipceret ex electione ad concepiendum, & gignendum filium Dei Regem mundi, & in effectibus huic electionis, qui fuerint dilectio, suæ gratia apud Deum, & gratia; *Anc grata plena, eaque sanctitate constat maternitatem;* ergo continet eandem, quæ est communis, & præteat propriam rationem adoracionis.

Dico tertio, hæc hyperdulia, quod rationem maternitatis est diversa species à dulia, quæ adorantur sancti. Hæc propositio non fundatur in diversitate speciei excellentiæ, nec solùm in diversitate secundum magis & minus, etiam otia ex diversa species, quas diuersitates, offendimus suprà non esse satis ad distinguendas adorationum species; sed in diversitate secundum exensem incomparabilem eius super alias, cuiuslibet excusum duntaxat distinguimus suprà species adorationum. Probatur ex dictis: quia si regina, praetertim quia talis est ex contractu, & electione, habet ex vi talis dignitatis, vt sit superior, & omnibus honorabilior, qui subiacent Regi; ita & B. Virgo habet, quod sit honorabilior omnibus, qui subiacent tibi Christo, vt sit suprà antecorditate Patrum probatum. Et tamen triplex differunt inter B. Virginem, aliaque Reginas. Primum, quia illæ habent determinatum dominium loco, & personis, iisque tam pax-sentibus, & viventibus eadem estate; at B. Virgo latè dominatur in omni loco, & tempore, & supra omnes creaturas non solùm præteritas, presentes, & futuras, verum etiam quas supponeremus quoconque tempore creari; sicut enim omnes subiciuntur, & que fieri, subiiciuntur dominio Christi Regis; ita & dominio B. Virginis reginæ. Quare habet infinitatem quandam ex hoc capite dignitas matris in ipsa id quod expedit Petrus Damiani lerm. 1. de Nat. B. Mariae. Videbis quidquid matris est in me virginem, salutemque opificem opus, siud spes regredi, & illud Bernardi suprà citaram: *Quamvis sine personali unioni creature conditio patitur, lucis illi inaccessibili vndeatur immersa.* Similia videre licet passum apud SS. Patres, quibus confit, omnem creaturam etiam possibilem, quia non est vnitæ Deo hypostasiæ, debet esse inferiorem B. Virginis dignitatæ, eiusque dominatiæ subesse. Secundò illarum dignitatis ortum habet a voluntate subditorum, & ab illis potest amoueri; dignitas verò B. Virginis à solo Deo, in quo habet immutabilitatem. Terriò illarum dignitas non fundatur in præstantia excellentiæ, & virtutum, sed secundum hæc plerisque sunt, & possunt esse inferiores subditæ; dignitas autem beatæ Virginis fundatur in præstantia virtutum supra omnes, & quoniam non habet infinitatem actu, habet tamen moralē quandam infinitatem, & estimationem in radice, eo quod eius maternitas postea actu gratiam, & dona majora omni gratia, donisque creaturarum, & secundum hæc præferri omnibus, quæcumque fieri, & supererescere, crescentibus illis, quod est habere infinitatem quandam in radice.

Dico quartò, si sanctitas B. Virginis spectetur per se secundum gradus suos scorsum à maternitate, non est fundatum hyperdulia distinctæ specie à dulia sanctorum. Probatur, quia in hac excellentiæ non est superior

superior aliis sanctis excessu incomparabili, sed comparabili, quia comparatur cum qualibet creatura inferiori eo modo, quo comparatur quilibet sanctus maior cum minore.

Dico quinto, si ponatur dignitas matri sine gratia sanctificante, & sine beatitudine, erit quidem nimis bona B. Virgo, minusque beata, quam alii sancti, verumtamen adorabilis magis, quam illi. Prima pars probat id, quod *Luc.* 2. respondit Christus mulieri dicens: *Beatus venter, qui uortans; genitrix beati qui audirent verbum Dei.* &c. iuxta expositionem sanctorum. Secunda pars probatur, quia negari non potest, forte adorabile, nam ecce matrem Christi vere est dignitas, & excellente adoratio digna per se ipsam, & non solum aliunde propter gratiam, sic enim est excellens alio excellenti generi, scilicet sanctitatis; id ipsum probant exempla Reginarum, matrum, Regum. Tertia pars, scilicet forte adorabilem omnibus, constat ex dictis, quia ratio, ob quam est adorabilis, perficit illam omnibus; habet enim ex materialitate, quod sit superior omnibus, quibus est superior filius. Dices, sapientia, bonitas, & virtutes possunt facere aliquem idoneum ad statum dignitatis, & capacem eiusdem honoris cum iis, qui sunt in dignitate, & S. Thom. 2.1. q. 102. a. 1. ad 2. Ergo ex sola dignitate matri B. Virgo non perficit omnibus. Respondeo; ad talis maternitatis dignitatem, talenque dominatum non posse creaturam ullam quibusunque donis gratiae, & virtutibus fieri idoneam, sed solent conceptione Dei; bene verò possunt homines sapientia, virtutibus, &c. fieri idonei ad principatus, & humanas dignitates.

Queritur, quid si fingatur esse in statu peccati mulierem, quae esset mater Christi, an sit adoranda. Respondet Suarez disq. 22. scilicet 2. in fine, non posse adorari saltem cultu religioso. Mibi videatur distinguendum; aut enim hoc fingitur in statu viae, aut extra; in statu viae perfonis in dignitate constitutis, non negatur propter peccatum honor debitus pro statu viae; etenim cum perfonis subiectis principibus infidelibus loquebatur Apostolus ad Rom. 13. dicens: *Redde omnibus debitum, cui timorem, timorem; cui honorum, honorum;* &c. 1. Petri 2. dicitur; *Omnis honoratus, Regem honestate, fidibus offere domini non ratione boni, & modeſti, sed eis eiſa defolis.* Itaque talis mulier in hoc statu viae adoranda esset, non tam cultu vere, & proprio religioso, quia huius obiectum est sanctitas, sed ciuii non nimis, quam si peccato vacaret, quia huius obiectum est dignitas petita non solum à laicitate, verumtamen ab aliis titulis, cuiusmodi inter alios est esse matrem Regis, qua dignitas propter peccatum non perit, iuxta errorem V. Vitclif. qui vult, amitti in Principis propter mortale peccatum. Extra hunc vetò statum viae perit omne ius adoracionis etiam ciuilis propter peccatum; nullus enim debetur cultus iis, qui fueri principes sive ecclesiastici, sive secularies; vi nec Luciferi; neque obstat, quod Christus non afflumperit sibi regnum ciuile in hac vita, tunc quia habuit ius eminentis, etiam pro hac vita vt possit co- vei, vbi expediret: tum quia propter ius spirituale superius temporali erat ipsi debitus honor, & quidem summus, tanquam viatori, atque ideo iis, ad quos deriuaretur honor ab ipso pro statu viae, qualiter est pricipiu[m] mater eius.

ARTICULUS III.

Vtrum Christi imago adoranda sit latria.

Ad tertium sic procedatur. Videtur: quod imago Christi non sit adoranda adoracione latria. Dicimus enim Exod.

20. *Non facies sibi simulacrum, neque omnem similitudinem. Sed nulla adoratio est facienda contra Dei preceptum.* Ergo in agro Christi non est adoranda a thoracis latra.

2. *P. a. c. a. E. b. f. 1. Openibus Gentilium non debet nisi communicare vel significare. Et Genitiles de hoc prouidetur incipientem quod communiquerint gloriam incorpribus Deis in similitudine Imaginis corporei visible communi. ut discut Roma. 1. Ergo imago Christi non est adoranda adoracione latria.*

3. *P. a. c. a. C. l. 1. C. l. 1. Sea Genitiles de hoc prouidetur incipientem quod communiquerint gloriam incorpribus Deis in similitudine Imaginis corporei visible communi. ut discut Roma. 1. Ergo imago Christi non est adoranda adoracione latria.*

4. *P. a. c. a. C. l. 1. C. l. 1. Nihil videtur esse in cultu diuino faciendum, nisi quod à Deo instituum. Unde & Apol. 1. ad Cor. n. tradidit doctrinam de sacrificio Ecclesie, dicit: Fgo accepit à Domino quod & tradidit vobis. Sed nulla tradidit in Scriptura inveniuntur de adorando imaginibus. Ergo imago Christi non est adoranda adoracione latria.*

Sed contra est quod Damasc. Basilium dicentem, Imaginis honor ad prototypum pertinet, id est, exemplar. Sed ifsum exemplar feliciter Christum est adorandum adoracione latria. Ergo & eius imago.

Responsum secundum quod si Philosphorus dicit in libro de Memoria & reminiscencia: duplex est motus anima in imaginem. Unus quidem in ipsam imaginem, secundum quod res quedam effatio modo in imaginem, in quantum est imago alterius. Et inter hos duos motus est hac differentia: quia primus motus, quo quis moretur in imaginem, et est res quadam, est alius a mortui qui est in rem: secundus autem motus qui est in imaginem, in quantum est imago est unus & idem cum illo qui est in rem. Sic ergo secundum est quod imaginis Christi in quantum est res quadam (puta lignum sculptum vel pictum) nulla reverentia exhibetur: quia reverentia non instrumentalis natura debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur ei reverentia sollem, in quantum est imago: & sic sequitur, quod eadem reverentia exhibetur imaginis Christi, & ipsi Christo. Cum ergo Christus adoretur adoracione latria, consequens est quod eius imago sit adoranda latria adoranda.

Ad primum ergo dicendum, quod non prohibetur illo precepto facere quancunq[ue] sculpitram vel similitudinem, sed facere ad adorandum. Vnde subditur. Non adorabis ea, neque cales. Et quia si quis dicitur quod id est motus in imaginem & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis quod prohibetur adoratio rei, cuius imago est. Vnde ibi intelligitur, prohiberi adoratio imaginis, quas Genitiles facabant in veneracionem deorum suorum, id est demonum. Et ideo primitur. Non habebis deos alios coram me. Ipsi autem vero Deo cùm sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poniqua, ut Damasc. dicit, insufficiens est & impotens, figurare quod est dinum. Sed quia in novo Testamento Deus factus est homo, potest in suis imaginibus corporalis adorari.

Ad secundum dicendum, quod apostolus prohibet operibus infrafectis Gentilium communicare, communicare autem zilibus coru[m] operibus apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginis est inter infrafecta opera computanda quantum ad duo. Primo quidem quantum ad hoc quidam coram adorabunt ipsas imagines vi res quiescam, credentes in eis esse aliquod munus proper responsa, quia demones in eis dabunt, & alios huiusmodi effectus mirabiles. Secundum, propter res, quas erant imagines, siuebant eum huiusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneracione latria venerabuntur. Nei autem adoramus adoracione latria imaginem Christi qui est verus Deus non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est sicut dictum est.

Ad tertium dicendum quod creature rationali debetur reverentia propter seipsum, & ideo si creature rationali in qua est imago Dei exhibetur adoratio latria potest esse erroris occasio, ut scilicet motus adorantis sistet in nomine in quantum est res quadam, & non referetur in Deum, cuius est imago. Quod non potest contingere de imagine sculpi vel picta in materia sensibili.

Ad quorum dicendum, quod Apostoli familiari instruunt Spiriti sancti quadam Ecclesiis tradiderunt fernanda, que non reliquerunt in scriptis, sed in observatione Ecclesie per successionem fidelium. Unde ipse Apo. dicit 2. ad Ties. 2. Sitio & tenet traditiones, quas didicisti, sive per sermonem, sive per proutus, sive per Epistolam, sive per scriptum transmissum. Et inter huiusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Unde & beatus Lucas dicens depinxisse Christi imaginem, quae Roma habetur.

CONCLUSIO est, esse adorandum latraria. Probat; vnum est motus in Christum, & eius imaginem; sed Christus adoratur latraria; ergo & eius imago. Majorem probat ex distinctione imaginis ut res est, & ut imago est, quod videlicet primo modo sit quidem distinctus motus in rem, & eius imaginem, sed ea non sit capax reverentiae. Secundo vero modo non sit distinctus motus, & sit capax reverentiae.

Quamvis S. Thomas solum agat de cultu imaginis Christi, tamen hic est opportunitus locus agendi in universalium de imaginibus, carumque cultu, quoniam eadem est omnium & ratio, & difficultas, & tamen commune bellum haereticorum aduersus omnes.

DISPUTATIO XLV.

De vnu, & cultu Imaginum.

Exponitur notio, Imaginis, Idolis, &c. §. 1.

T facilius sit haec tractatio, opus est quatuor vocum, notiones tradere, scilicet *imago*, *vnu*, *idolus*, *simulacrum*, *idolatria* ab *idolos*, quod est *forma*, significat parvam formam arte factam, vel mente, aut imaginatione confitam, nulla cuim naturalium formarum potest hoc nomine appellari; quare hac vocis diminutio non significatur parvitas quantitatis, sed defectus perfectionis, & veritatis, quod scilicet deficit a veritate, sive quia non extat in rerum natura forma, seu natura, que per huiusmodi idola representetur, sive *D* quia deficit a veritate rei, quam vnequaque representat, sive ab *ino*, quod est *assimile*, significat etiam aliquid arte factum ad imitandum, & similitudine exprimentum. Hanc ipsam significacionem habet Latina vox *Image*, qualiter imitatio, similitudo designans id, quod arte fit ad imitandum. *Simulacrum* à similitudine dictum vult Laetantius lib. 2. *institutione diuinorum*, cap. 2. VValdensis autem tom. 3. cap. 157. vult dictum à similiando, quod significet id omne, quod quacunque ratione etiam absque representatione recte veram studio formatur, & quidem vox, *idolos*, apud Ethnicos scriptores & quic latet patet, ac vox *ino*. Ceterum apud Ecclesiasticos Henricus Stephanus in suo *Ihesuano* in voce *Idolon*, vult significati omne simulacrum numerum aliquod representans, quod cultu, & honore dignum. Proinde imagines Christi & sanctorum, & principiæ Trinitatis, recte vocari *Idola*, sed mitum non est Henricum deficere a fide atrium in tradenda Grammatica, cum deficit a fide Ecclesias; sanè neque apud Ethnicos vox, *Idolon*, perficit hunc sensum, neque apud Ecclesiasticos, apud quos in malam semper partem accipitur, quod si per Ecclesiasticos intellegat suos doctores Calvinum, Martynum Illiticum, comprehendentes nomine, *idoli*, omnes imagines sanctorum, quas dannant, similiterque suo prauo sensu accipientes in malam partem; id vero est rem Grammaticam mala fide tractare, & distrahere voca-

bula ab vñtato sensu ad inusitatum. Hanc acceptio-
nem Henrici damnat V 11. Synodus actione 3. & 7. di-
cens anathema iis, qui venerandas imagines appellant idola. Itaque apud veros Ecclesiasticos nomen *Idoli*, semper in malam accipitur partem; significat enim imaginem deficientem a veritate non solum eo defectu, quo deficit esse representativum ab esse ve-
ro, reali, neque solum eo sensu, quod non integrum, ac perfecte representat rem, vt est, sic enim omnis imago est *Idolum*; Acque ex ratione, qua interdum singitur aliiquid, cui non respondet res à parte rei secundum eam formam, quia id formatum est, quodque proinde non est formatum ad representandum id, quod est in rebus; sic enim omnis imago quoque modo fia est *Idolum* quoddam, cuiusmodi est, cùm v.g. fin-
gimus leonem alatum, &c. quae proprie non potest dici mendax & fallax imago, quia non est facta ad re-
presentandum leonem, qui sit alatus à parte rei, idco-
que non dicitur *Idolum* eo sensu, quo est in vñ apud Ecclesiasticos. Dicitur ergo *Idolum* iuxta hunc vñum imago facta ad representandum aliiquid, praesertim tanquam numeri existens à parte rei, quod a parte rei vere non existit. Tales sunt omnes imagines & statuæ dictæ ad representandos Deos Iouem, Venetum, Mer-
curium, &c. Etenim sive fuerint aliquando homines ij in vita, eðsque bene exprimant imagines, sive nō sue-
rint; tamè hoc ipso quod sunt factæ ad representandos tanquam Deos, qui dīj nō sunt, merito cēfuntur inéita, & falsa. Cōtrā verò *Imagines corporeæ summi, & re-
ti Dei*, qui incorporeus est, ac sanctissima Trinitatis, etiū non representans quale est, representant tamē id, quod est, & sunt factæ ad representandum id, quod est, cùm praefitum Deus aliquando exhibuerit se homini-
bus representandum forma corporea, qua quidē sua proportione apta est representare spiritualia, vt dicam in fratre, hanc esse idoli notionem. Probatur ex Scripturis, Esther 14. *Ne tradas Domini seipsum tuum his, qui non sunt, id est, idolis, de his enim suprà loquebatur. Aba-
cuc 2. Quid profectus scipitile, qui sculpsit illud fieri suis confitit, & imaginem falsam? Quibus locis vtrix Hieronymus apud probandum *Idolum* esse mendacium, & nihil. Accedunt Patres, Clemens Alexandr. in Paren.
ad Genes. b. viii vocat Deus gentium, *idola*, & *umbra*. Oti-
genes hom. 8. in Exod. dicit inter imaginem, & idolum hoc interesse, quid imago sit vera eti similitudo, idolum autem falso. Ideo habet Theodor. q. 38. in Exod. OEcum. in cap. 8. 1. ad Corinth. Eustathius in 1. Odisea auctor est accipi solete idolum pro *umbra*, *scipitile*, aique omni reque quamvis appareat nihil sit. & in Scripturis 1. Paralipom. 6. dicitur omnes Deos populorum esse idola.*

De hostiis, & eversoribus imaginum. §. 2.

Hæc itaque apud Catholicos in Ecclesia certa sunt, & recepta; verum apud eos, qui oderunt imagines nihil interest inter imaginem, & idolum, eo quod pudent, imaginum vñum pertinere ad idolatriam, quo spiritu ductus videtur Henricus Steph. loc. cit. alioque omnes, qui vel vñum, vel faltem cultum imaginum infectati sunt, & verò quamplurimi, ille vilissimi, ac perditissimi, vt cùm multa sinefecta hostilia fidei suis singulari improbis studiis, ac furori dedictæ, alioque aliis peiores tum sultitiae, ac temeritate, tum probro, ac feditatem, tamen inter ipsas è tenerariis quidem, ac studiis nonnullæ, è feditoribus verò, & odiosis, omnes omnino quamvis aliis inter se inuenientis discrepantes in hoc vñum concurrente, vt sacras imagines extirpat, tanquam saluis illis nulla turpitudine stare, & propagati inter homines possit.

Inter omnes letas maximè vile, probossum, atque inuidum

inuisum est nomen Iudeorum, Saracenorum, Samaranorum, Maometi, & Maometanorum ab his inchoata; tum propagata est Iconomachia a fideiis in suo Thalnud, quod prodiit anno Christi 676, vbi docent, Ecclesias Christianorum proprias imagines esse domos idolatrias. Hinc a VII. Synodo Iconomachi frequenter dicuntur Iudei, & in dialogis Leotij, quorum pars refertur ad. 4. dicitur, alteratur Iudeus cum Christiano de imaginibus. Habetur hic Dialogus in VII. Synodo aliisque 4. & ibid aliisque, narratur, maleficium quendam Hebrewum promisile trinigeni annos vita Ezidi Regi Arabinum Nahumeano si deleret imagines est templis Christianorum. Infir sic deleri, sed mox obiit anno sequenti, & impostor Iudeus ab illius successore digna morte multatus est.

De reliquis iam dictis extat verba Tharasij, Patriarcha Constanti, in VII. Synodo aliisque 5. si loquens de Iconomachis sic habet: *In vita enim sunt Hebrewos, Saracenos, Samaranos, utrum Manicheos, Phanaeus, &c. Maometus in Alcorane cap. 15. & 17. probat imagines hominibus suis scilicet in templis, quod mandatum constat iam ab ipsis custodiendi. Inter lectorum haereticorum amplectuntur hunc errorum illae quae sunt in primis detiores, magisque teueriori, videlicet Macionistam, Manichaem, Eutychianorum, Thicopashkiratum, ut refert Tharasius in VII. Synodo aliisque 1. & 5. & quidam recitentioz dibusit, an Manichei fuerint huius erroris ex quod Tharasius alioz 5. soluit dicas Iconomachos Manichei esse similes; certum ex aliis locis, & verbis Tharasii constat eos fuisse huius erroris Inter haereticos fettur a Nicophoro lib. 1. cap. 27. princeps ciuilem haresis nihil dignior iis iam memoratis, Xenaia natione Persa & barbarus, fortuna macepium, idque fugitiuum, religione fictus Christianus, nec baptizatus, qua fictione, & fraude irreptus ad Episcopatum.*

Accesserunt his Imperatores quidam, ac primus vi-deri potest Philippicus qui iussit Constantinopoli regi picturam quandam continentem acta sex Synodorum, vt narrat Paulus Diaconus in vita ipsius, cuncte- dementi quae fuisse Monothelitam a Romano Pontifice, & populo putatum haereticum; ceterum cum non omnes imagines deleri iussent, sed solum iuniorum, verius de-cesserunt haereticis, quia Monothelita, quam quia Ico-nomachus. Primus ergo vere fuit Leo Isauricus, teste Cedreno, Zonara, Paulo Diacono, & aliis, perfidus à Iudeis pollicentibus centum annorum vitam, si de-lebet imagines, quotum coniliis aquiescens potius, quam sanctorum monitis Gregorij Papa XI. & Germani Patriarcha Constanti, edito publico omnes de-leri iussi, & plurimos Christianos resistentes morti tradidit, & inter eos duod. cinc. sapientes, qui publicis sumptibus alebantur vna cum domo & bibliotheca combulsi. Hic successus filius Constantinus Copronymus, quem sacra contaminaturum praedixit Germanus Patriarcha eo prodigo, quod dñm baptizaretur, facrum fontem fore fecundauerit; hic paternam im-pietatem aduersus imagines sequutus, fuit præterea Necromanticus, & haereticus Nestorianus Pollea cum aliquando quievisser bellum contra imagines, tursus excitatus est à Leone Atineno Imperatore, & successoriis eius Michaeli Balbo, & Theophilu, quos omnes nequissimos fuisse, Theophilum vero etiam Iudaice scilicet & Necromantici deditum, testantur Cedrenus, & Zonaras in vita ipsorum.

Eodem tempore in Occidente sub imperio Ludouici Pij Carolini magni filii Claudio Hispanus Episco-pus Tauriniensis discipulus Felicis Vrgelitani imagi-nes omnes & Crucis & templis omnibus suis dicens ab-soluti; fuit adductus haeresi Artianæ summè super-
Iof. Ragusa in 3. p. D. Tharali. post.

bis, & imperitus, vt constat ex libello eius, libris longo inserto. Rutilus circa annum 1372. Ioannes V Vitellii non expelit, sed damnavit imagines, multa tanen dixit contra orthatum ipsiarum, sed audiutores eius discipuli, quibus doluit V Vitellii remissorem fuisse, saeviter magis, & præcipitus inter ipsos Hieronymus Praga Imaginem Christi decicet ac fecerit, vt testatur Coelius lib. 3. hylor. a Hisbarum, cum tamen ipse imaginem V Vitellii veneratur etiam diad. mate corona-tam. Eudem errorem tribuit V Valentinus Claudius Celsarius lib. contra V Valentinum.

Inter haereticos etatis nostræ non perinde, vt reliqui, immodestus fuit Lithicus, liquidem, vt refert No-sler Cantius lib. 5. de l'Epiphany cap. 22. futuris etatis Iconomachis aperto matre testitur. Litteri verba sunt. *Spiritus Iconomachorum non est boni, sicut enim ca-des, & sedes, cuiusvis etatis ad tempus, quandiu non videt opportunitym. Ac iterum: Boni Domini, inquit, non est hic diabolus scimus, ut oppugnete imagines, sed vobis fibi foramen fieri, per quod sanguinem profundari, & cades faciat in orbe terrarum. Primum vero fuit Andreas Caroletti, cuiusque affectus Zwingiani & Philippus Melanchthon, & Magdeburgenses, aliquique natu ad profanationes in templis, ad clades & cades in prouincias excitandas. Nec parci Caluin. lib. 1. infra cap. 11. & lib. 4. cap. 9. §. 9. quin imagines scripto lacet, Caluinista vero, fert, & igne demoliantur.*

Nobis ergo de hoc argumentio tria tractanda sunt. Primum, an licet habere imagines. Secundum, an sibi co-lenda. Tertiu, quo culta. Prima questionis sensus est, an sint aliqua lege prohibite; cum vero duo sint legum genera, alterum naturale, alterum positivum; oportet scorsum de utroque differere. Et primum qui-dem de imaginibus in uniuscun, deinde de quibusdam, scilicet Dei, Christi, & Angelorum, de quibus est peculiaris difficultas.

D I S P U T A T I O X L V .

An sit lege natura prohibitum imagines fa-cere, & habere.

VI DE T Y R eror Iudeorum esse prohibitas iure diuino naturali, qui error colligi pos-tus est ex eo quod in suo Thalnud, vt luper-montauit, dicant Christianorum Ecclesias pro-prier imagines esse domos idolatriæ; idolatria autem est prohibita iure nature, non ex eo quod est prohibetur in Decalogo, censentur prohibita iure diuino naturali, quidquid sit de preceptis affirmatiu-si saltem fabrixi: imagines autem cœsent prohibitas illo precepto. Non facit tibi scipule, neque omnem similitudinem.

Sed profecto est contra omnem rationem inepia sententia, facitque naturam scipiale destruente. Etenim ut aliquid sit prohibitum iure naturæ, debet esse in-trinsecè malum, & ideo prohibitum, quia malum; non autem malum, quia prohibitum. Porro si est in-trinsecè malum facere, & habere imagines, sequitur fore in-trinsecè malum, vnam tem est similem alteri, quia imago non est aliud, nisi similitudo alterius, & facere imaginem non est aliud nisi facere similitudinem al-terius; solum vero fore cōfōrte legi naturæ esse eiudem, aut diuersæ naturæ vna rē cum altera. Hoc autem est perspicue falsumnam etearum siue capaces mentis, siue incapaces, non sunt eiudem naturæ cum Deo, sed sunt facta, ha quidem ad similitudinem, illæ ve-ro etiam ad imaginem Dei, & tamecum Deus in toto creationis operi non euerit legem naturæ, cum non possit qui hanc creari eiudem naturæ cum Deo, sed solum ad similitudinem, sequitur, impossibile esse seruari à Deo reditudinem, ordinem, naturam, & ipsam per se præci-

præcipere, & dicitur de destructione sui, & prohibere creationem. Itaque tunc possum Deus dispergare in præceptis naturæ, sive nouæ, de quo alibi dicitur; intertum sequitur, tam esse intrinsece malam, prohibitamque lege naturæ creationem rerum, quam est intrinsecus malum mendacium, falsum testimonium, adulterium, &c. & ram præceptum demoliri vniuersum mundi, & creaturam opifis, quām præceptū est tollere præstigia, fraudes, & cetera huiusmodi mala.

Sequitur præterea, malas esse plerasque artes non solum pingendis, verum etiam sutoriam, & vestiariam, quæ conficiunt caleantem, & veltes, quæ praefertur similitudinem corporis humani; ideas mentis præstans, ad pingendum, suendum, diffringendum; species etiam rerum tuta sensibiles in imaginatione, cum intelligibiles in intellectu, quæ dicuntur impresse, & ipsas etiam cogitationes, quæ dicuntur species expressæ; & haec enim sunt similitudines rerum, non vetores ipsæ. Similiter mala essent species visibilis in oculo, & imagunculus impressæ in pupilla ab obiectis: imagines etiam, quæ sunt in speculo, in aqua, & in corporibus pellucidis ex obiecto & praesentia rerum: vmbrae præterea, quæ sequuntur corpora aduersa Soli, violarent legem nature, qui vestigia pedum vel corporis imprimunt madido puluere. Item Angelii formantes corpora e deinfato aere, in quibus appareant & loquuntur, haec enim sunt vera corpora humana sed corporum imagines, exprellis illa representantes, quamquevis imago picta coloribus, vel statua. Secundum magis proxime ad rem licet argumentari, si nefas esset sanctorum effigies exprimere, id nefas maximè sancti ipsi iam defuncti commisissent, qui sapientia sub imagine efficta sibi, non iam cadaveris deformata, sed perfecti corporis, quale erat, dum viventer exhiberunt spectandos esse dignitate, quæ exhibentur iam à fidelibus pietate, vel sculpturae eorum imagines. Sie Samuel apparuit mulieri & Sauli 1. Reg. 18. descriptiurque species eius corporeæ. Vir senex ascensus, & ipse amictus pallio. Moyses, & Elias sub fuorum corporum effigie appauere in monte Thabor Matth. 17. ita ut cogitaret Petrus de tabernaculis, quibus exceperintur. Innumeræ præterea sunt euiscumodi sanctorum apparitiones; sic apparuit Gamaliel specie senis Luciano presbytero ad manifestanda corpora sanctorum Stephani, & aliorum. Sie Petrus & Paulus Constantino. Petrus specie senis Agathæ.

Tertiù Iudei habent in nummis imagines principum, & habebant olim imaginem *Caesaris* Marb. 22.

Quarò ab initio Ecclesiæ semper viguit usus imaginum. Primum Christus Dominus sua facie speciem applicato linteо impressit, & Regi Abagaro misit, teste Euag. lib. 4. cap. 16. & Metaphrasti in vita Constantini magni, & Damaseenio lib. de Imag. eiusdemque maximum miracula editum Edelle narrat Euagrius; idem refert Nicophorus lib. 2. hist. cap. 17. & Stephanus, atque Adrianus Pontifices apud luonem 4. p. sui decrei cap. 8. Fertur etiam hanc imaginem usuisse Constantinopolim translatam, eiisque translationis anniuerarium diem celebrati 16. Augusti, & ita haberet in Kalendario Graeco tom. 4. biblioth. sancti. Tertiù reliquit sui corporis delineamenta in sindone in qua inuolutus iacuit in sepulchro, scutaturque & sollestitur Taurini. Quartò, apud Pancadem mulier liberata a fluxu sanguinis exorsa statuam Christo, teste Eusebio lib. 7. hist. cap. 14. qui eam se vidisse afferit. Additique è basi illius statua nasci solitam quandam herbam, quæ vbi sambriam statue attigisset, esset certissimum remediuum curandis morbis. Quinè in libello de passione imaginis Domini, qui habetur inter opera Athanasij cap. 4. & lietè dubium sit an sit Athanasij, tamen dubium non est esse antiquissimi auctoris, quandoquidem ci-

tatur in septima Synodo allione 4. fertur, imaginem quidam, eum auctori perlibetur Nicodemus per lumen ibidem à Iudeis crucifixam, innumerabilibus miraculis claruisse. Sexto extant etiam imagines B. Virginis, quarum piator dicitur B. Lucas, auctore Nicophoro lib. 14. histrio cap. 1. & Metaphraste in vita S. Ioseph. Demum extant antiquæ historie imaginum BB. Patri & Pauli, quas apud le Sylvestre habuerit, & sollestit Constantino Imperatori, quos ille vbi cognovit fassus est eosdem esse, qui in quiete sibi apparuerint. Ita Nicophtorius lib. 7. hist. cap. 3. & Eusebius lib. 2. hist. cap. 17. mox lib. 7. cap. 14. incinit imaginem Petri & Pauli, quibus ab initio Romana Ecclesia vfa est. Chrysostom. in S. Melchior. multa feruntur de veneratione imaginum ipsius Meletij. Aug. lib. 2. de confessu Evangelistariorum, cap. 10. dieit paullum inuenit imagines Christi inter Petrum & Paulum depicti. Multa alia testimonia Athanasij, Basiliij, Nazianz. Nysseni, Chrysost. Cyril. Hicrofol. & Cyrill. Alex. & aliorum multorum Patrum referuntur in septima Synodo all. 4.

Quintum argumentum sumitur ex eo, quod Deus nominatum dicitur auctori artis pingendi Exod. 31. 5. vbi fertur dedisse duobus viris Beseleel & Oolab Spiritum suum, sapientiam, & scientiam ad sculpendum, &c.

Sexto Exod. 15. Deus fieri iussit imagines Cherubim super aetam. Num. 21. serpente aeneum. 3. Reg. 6. & 7. Cherubim, boues, leones, & alia. Respondent ludibri; Deum iussisse fieri imagines aliquo iure naturæ prohibitas ea potestate, quia iussit spoliari Egyptios à Iudeis, cum aliquo tollere alienum sit illicitum iure naturæ. Sed contraria. Deus potestate sua vti non potest ad præcipuum id, quod est intrinsecè malum, hoc enim per se repugnat bonitati ipsius, nec precepit unquam fursum, sed dedit Iudeis bona Egyptiorum, quantum ipse Deus erat Dominus, præterquam quod Egypti erant debitores mercedis pro ingentibus laborebus, & operibus.

Vltimum decem tantum sunt præcepta. Exod. 31. & 34. Dent. 4. 9. & 10. nam constat, vnum præceptum esse: Non habebis Deos alienos. Alterum. Non affimes non Dei in vnam. 3. Sabbathi sacrificies. 4. Honora parentes. 5. Non occides. 6. Non mancherabis. 7. Non furaberis. 8. Non dices falsum testimonium. 9. Non concupisces. Ista novem fine controversia sunt distincta. Quod si, non facies nisi sculpire, est distinctum præceptum ab illo. Nō habebis Deos alienos, essent vndeicim, vel duodecim, nam vel, Nō concupisces, diuiditur in duo, ut 9. ita, Nō concupisces vndeicim alienam. 10. Non concupisces rem alienam, ut sentiunt Clemens Alex. lib. 6. Stromat. Aug. 9. 7. in Exod. & epiph. 1. 19. ep. 11. & paſſim Scholastici in 3. dist. 37. & lie sunt vndeicim; vel non diuiditur in duo, proprieitateque ad complendum numerum denarium, addatur: Non facies nisi sculpire, ut distinctum ab illo. Non habebis Deos alienos, & sic eportet addere etiam, ut distinctum, illud: Non adorabis ea, quod subficiuntur præcepto: Non facies nisi sculpire, quondam ex ipsorum sententiæ facere sculpire non prohibetur solum in ordine ad adorationem ipsius sculpiſis tanquam Dei, sed simpliciter ad pingendū, & habendū, & ita erunt vndeicim præcepta, additis his duobus supra bonum: Non concupisces, quod negat, diuidendum in duobus. Origenes hom. 8. in Exod. Ambr. & Hier. cap. 6. ad Eph. Rupert in cap. 10. & exod.

Ad fundamenum Iudeorum ex illo Exod. 30. Non facies nisi sculpire, dicitur, ibi solum prohibetur imaginem, quæ pro Deo habeatur, vel quæ repræsentet tanquam Deum, qui non est verus Deus. Cum ergo idololatria constet interno, externoque actu, internus prohibetur illis verbis: Non habebis Deos alienos pro externo addundur illa: Non facies nisi sculpire.

DISPUTATIO XLVII.

An fuerint prohibite Iudaicis imagines iure diuino pestilio.

VM in superiori assertione, quæ negat esse prohibitas iure naturæ, concubant catholici doctores, disceptant tamen in præfenti questione de iure positivo. Ac prima sententia est fusile tantum prohibitas imagines Dei, non verò reliquias creaturarum. Ita Alen. 3. pars. q. 30. memb. 3. art. 3. §. 1. Albert. art. 3. d. 9. art. 4. Bonau. art. 3. q. 2. ad 1. Richard. art. 2. q. 2. ad 1. Matil. q. 8. art. 2. ad 2. Abulensi. in 4. Deu. q. 4. & 5.

Secunda sententia est, omnes in viuensim imagines fusile prohibitas, ita Catherinus in opere de Imag. Martinus de Alyala in tract. de trad. p. corol. de Imag. SS. Soto lib. 2. de Iust. q. 4. art. 2. Horatius lib. 2. locorum Cathol. cap. 22. Valsquez diff. 104.

Tertia sententia negat, fusile prohibitas imagines sive Dei, sive creaturarum, solumque ait prohibitas imagines creaturarum in ordine ad adoracionem, nimirum que vel centreferunt ipse diuini aliquid habere, vel representare creaturas, quæ libenterunt loco Dei. Est expreßa sententia Bedæ in lib. de templa Salom. cap. 19. Iona in Aurel. lib. 3. de cultu Imag. 4. Bibliothe. S. Thom. hic ad 1. Burg. in 2. addit. ad Lyranum, in illud Exod. 20. Non f. cies ibi sculpsit. Caiet. in eundem locum Exod. IV. V. Vald. tom. 3. cap. 12. Alanus Corpus dialog. 4. cap. 21. Sandrus. lib. 1. de Imag. cap. 7. Castro lib. contra heres, verb. Imago, her. 1. Franciscus Turr. lib. 3. de charali. degnat. longè ante finem. Pamelius in Amos. in 2. lib. Terul. contra Marcionum, numero 104. Bellarm. lib. 2. de Imag. cap. 7. & 8. Suarez diff. 5. 4. sect. 2. Valentia qnq. 14. diff. punclo 2. ad 1.

Quæ sententia mihi magis probatur. Primum ac præcipuum eius fundamentum est, quod fuerit apud ludos vñs imaginum, isque probatus, & legitimus, scilicet serpens æneus Nüm. 21. in fusile Dei excusus, populo expositus. Item iuxta latera arca fibabant duæ Cherubinorum aureæ statue operis fusori. Salomon 3. Reg. 6. fecit posuitque in oraculo templi duos Cherubinum de lignis olivaceis. Idem 3. Reg. 7. posuit in templo bovinum, leonum, Cherubinorum, Palmarum, & Malogranatorum figuram. Propterea 3. Reg. 10. in throno suo posuit figuram leuencolorum, & leonum, ob quas tamen non reprehenditur. Matth. 22. erant figuræ Cœstatis in numismatibus.

Ad id quod dicitur de serpente æneo respondent cum Tertulliano hinc probati non esse iure naturæ prohibitas imagines, sed solo iusti, & Dei lege, qui potuit illam relaxare propter singularē aliquem fidem. Similiter Cather. dicit factas reliquias iam memoratas imagines iusti Dei, qui præcepto suo voluerit derogare. Sed quanvis hoc de plenisque imaginibus dici queat, non tam de omnibus; nam pleraque, quales fuere iam dictæ Salomonis, nullo Dei iustissimæ la cuius voluntate editæ sunt, quonodo responsione in hanc, qua erat olim iconoclastorum aduersorum argumentum Catholicorum ducunt à præfata Scriptura & autoritate Leontius lib. 5. Apolog. pro Christiano, qui refutatur in V. Synodo art. 4. & locutus fuit à Stephano Diacono.

Similiter relictum responsum quoquādam, quod in imagines Cherubinorum erant fuxa propriae oriturum intra sancta sanctorum, quo solus summus Sacerdos le-

mel in anno ingrediebatur, qui non subiacebat periculo idolatriæ, vt reliquias populus, propter quod periculum prohibita erant imagines. Recensit, inquit, quia multa alia figura erant in exteriori temple parte, & scerpens æneus ex infinito in hunc finem editus, vt exponeretur toti populo.

Alius responderet Valsquez diff. 104. cap. 6. in legi veteri fusile prohibitus omnem cultum, & venerationem imaginum, non solum illicitam & indebitam, quemlibet exhibent idololatriæ adorantes vt Deum, imaginem, vel aliquid representatum per illam, quod Deus verus non sit; verum etiam licitam, qualem etiam nunc probemus imaginibus, rationem verò prohibiti fusile, ne sic ea occasione vertentur ad cultum illicitum: proinde non fusile prohibitas imagines qualcumque, & quoniamcumque, sed solum constitutas ad adorandum, & accommodatas modo apto ad recipiendam adoracionem. hoc autem modo nullas est prædictis imaginibus erectas & accommodatas fusile, sed solum appositæ ut appendices, & ornamenti arcæ: proprieťa equum à summo fæcide & populu non adorabunt. Eandem responsonem recipiunt quidam alij recentiores.

Sed his primū aduersatur Damascenus lib. 4. de fide. cap. 17. vbi sic habet: *Mesucum populum tabernaculum in curvum adorabat: imaginem & formam genitri celatum, magis autem & totum creaturæ.* Respondeo ipsi, Damascenus nihil aliud docere voulisse, quam ipsi Clerubini non separatim à toto propitiatorio, tanquam imaginibus Angelorum, sed coniunctim cum tota arcâ, tanquam throno Dei honorem aliquem exhibitum fusile. Sed hæc responſio non est ad hanc Damasceni, cum enim dicitur, adorari Cherubinos coniunctim cum arcâ, & non separatim, aut intelligunt coniunctionem hanc in integratæ materiali totius arcæ: quoniam picturæ, & imagines cōponunt unum opus quod est arca simul cum aliis partibus materialibus, & cum iis simul adoratur tanquam partes communis adoratione totius, quem sensum tenent hi recentiores; sed est lögæ alienus à Damasco, etenim alio modo loquitur de adoratione quia adorantur res inanimatae, tanquam aliquid alicuius, vt vestes, thronus, &c. alio modo de adoratione imaginum, certè hi recentiores non negat priorem licitam fusile in veteri lege, prædictum propter illud Ipsi. 98. *Adorate scelulum pedum eum.* Negant autem posteriorē. Porro Damascenus ex posteriore, quæ fuit exhibita Cherubini, probare vult eo loco licitam esse adoracionem imaginum: quod si adoratur priori adoracioni ad est, vt solum vt partes materiales arcæ, non adoratur vt imagines Cherubini, & eo cultu, & ratione cultus, quia adoratur imago, nempe propter exemplar, ciuisque dignitatem, sed solum propter dignitatem Dei, quia communis est ipsi eū partibus materialibus arcæ; non ergo recte probat, adoracionem imaginum Christi & SS. ex adoratione imaginum Angelorum magis, quanam ex adoratione arcæ materialis.

Aut ergo intelligent coniunctionem in adoracione, quod adoratur simul Angeli cum arca adoracione debita ipsorum dignitatib; & iuxta huc sensum habetur, non fusile olim prohibitam extictionem imaginum aptam adoracioni, qui est sensus Damasceni.

Deinde in scripta Synoda ait. 4. legitur pars quædam quintilibri Apologia pro Christianis, Lœti Episcopi, quæ sic habet: *Agredi ipsius, & deinceps de venerabiliter pictis imaginibus Apologiam texamus, quo enī ora, qui impetrant garris, abirent.* Constat hic agi de pictura modo accommodato adoracioni, hanc enim vim habet illa particula, *venerabiliter p̄ illis,* id est, affectu venerabilis, & modo, ac fine adorandi: & illa, *qui impetrant garris.* Etenim non est impetas etiæ imaginis quotumcunque hominum, & animalium, &c. line

iniuria reiiciuntur, siue non; solum verò est impie-tas respectu imaginum personarum religioso honore, & cultu dignarum. Igitur imagines propter veneracionem admittendas esse, probat ex dictis Scripturarum locis. Hac enim, inquit, est spes legis traditio. *Anas vero Deum dicentes ad Mosem: Imagines dñe Cherubim aureas similes facies*, &c. Exod. 25. & statim subdit: *Vere horrendum verbum Israheli prouidetur ne vobis sculpis facias*. neque imagines, neque similitudinem, quacunque sunt in celo, aut super terram. *Rosas vero subebat Mose facere sculpis, & Cherubim animalia*. Ex ebulique pre-expinxer, ut impluat omnia imaginibus. & similitudinibus, sculpitum, leonum, palmorum, & bominum. Ad haec introducit Iudaicus telpondente: sed emendi similitudines non adorabantur, ut Dicimus contra Leontium pergit ostendere neque nos adorare, vt Deos, sanctorum imagines, & cum adoramus crucem & imaginem Christi, noui adorari ligna, & colores, sed Christum, & sanctos in iis. Sie, inquit, Christiani omnes imaginem Christi, aut Apofolii, aut Martirum tenentes, nostrisque carnis osculantes, animo videtur nobis ipsum Christum aut Martirem amplecti. Itaque Leontius vt defendat imagines dictis Scripturae loeis, docet conuenienter Christianos & veteres Hebreos in cultu, & modo colendi imagines, quod videlicet ex modo legentium circa illas Christiani, quo Hebrei; vnde non solum probamus auctoritate Leontij licitum fuisse habere imagines aptas adoracioni, verum etiam fuisse adoratas, quod pertinet ad sequentes disputaciones.

Secundū quæro ab auctoribus huius sententiae cùm prohibetur, pingi, & proponi imagines modo accommodato ad adoracionem, quid intelligatur prohibi-tum aut enīm prohibetur proponi intentione conciliandi illis adoracionem significata mandato aliquo, seu admonitione, & hoc non est prohibere imagines, sed solum cultum earum, de quarum cultu an sit, & fuerit prohibitus, est alia quæstio. Aut prohibetur proponi res ipsa; videlicet vt ex modo, quo pingitur, & collucatur, conciliat sibi adoracionem, alioquinque spectatores ad summum cultum, quod reuera ipsi dieunt: & neque hoc est prohibere per se imagines, quandoquidem alias alio modo collocatae permittuntur; sed solum est prohibere occasionem adorandi imagines. Et ruris quaro, cuiusdam adoracionis occasio prohibetur: num licite, & debite, ne scilicet colantur honore debito quidem, & non malo per se, sed solum malo, quia prohibitus; an illicita per se, ne colantur honore diuino; si dicatur primum, non est ad mentem Scripturae, quia per illam prohibetur non solum imagines rerum, quibus debetur honor, & vetum etiam rerum, quibus omnino non debetur; euilismodi est omnime animal, &c. solum ergo prohibetur occasio indebiti honoris, cuiusmodi tantum est diuinum, quod erat secundum mem-brum: non enim aliis honor vispam à mortalibus tributus est rebus ratione parentibus: igitur in universum etiam huius indebiti honoris occasio prohibetur pro omnibus rerum rationalium & irrationalium imaginibus, quandoquidem est vna lex communis omnibus; non vero prohibetur nominatio-aliud quodquam genus honoris debitum aliqui imagi-ni personæ honoris dignæ, euilismodi est Cherubim; neque prohibetur has proponi modo adoracioni accommodato, aut saltem nihil habetur in Scripturis de hoc honore.

Deinde serpens æneus fuit propositus modo sua-pote mutata accommodatissimo adoracioni, videlicet solum in sublimi loco, admonitus omnibus, vt suscep-tent, suspicentibus promissa, & tributa sanitas. Ne-que potest dici suis singularem hanc relaxationem

legis factam à Deo pro potestate, quam supra suas le-ges habet. Nam si attenta singulari propensione illius populi ad idolatriam, opera pretium erat prohibe-re imagines hisce modis proppositas, non habet locum dispensatio-ne, quod semel fiat, scilicet eadem propensione; idem enim incon-modum & malum, propter quod prohibiter dicuntur in uniuersum omnes imagines, est in hac via: vnde reuera procedere tempore, com-missa est circa serpentem hunc idolatria passim à Ezechias regre confringenter.

Confirmatur; nam si prohibitus iam dicta facta est solum ad vietandam idolatriam, omnino pertinet ad legem naturæ, quae quidquid est occasio mali prohibe-bit; lex autem naturæ ea, que per se generis suo bona

B vel indistincta sunt, & possunt esse causa mali, non prohibet absolute, sed solum vbi, & quādū sunt causa mali, vbi verò non sunt, inanis licet, qualia per se sunt: quia ratione æquæ prohibita sunt imagines tempore noua legis ac veteris, pro tempore, quo subest periculum; solum est discernere quid olim apud Iudeos fuerit frequenter hoc periculum, & frequenter futuri vitanda imagines tunc, quam nunc, tam ab ipsis, qui hac artate vivunt, quicque non proponet amplius ad idolatriam, vt olim, in omni vergunt ad op-politum infectantur imagines sanctorum, quam à Christians. Contrà verò cùm hoc periculum subest apud infideles, plerisque Gentiles, etiam hoc tempore debent ab ipsis frequentius vitari.

C Dices, ceſſante ratione legis positiva, sicutum in par-ticulari & negatiuē, non eccliar lex, sed solum quando ratio eccliar in viuiversali, vel contraria, vt constat ex materia de legibus: lex autem prolibens dicto modo imagines Iudeis, fuit positiva, ratio prohibendi fuit periculum idolatriæ: non ergo celstis prohibito in aliquo casu, que celstis petriculum, nisi celstis semper in omnibus, aut vtrplurimum, & ferè semper. Sed certè ex natura huius præcepti positivi habetur erationem zeni serpentis, aut non fuisse bonam, si vigeat, & nō fuerat abrogata lex communis aduersus imagines, aut non viguisse hanc legem. Si enim vigebat, vigebat etiam ratio, & finis legis; & eratio serpentis fuit facta in casu, & tempore, quo neque in viuiversali, neque in particulari, neque negatiuē celstis-uerat finis legis, quare non celstauerat lex, idcoque eratio serpentis non videtur bona. Sed neque est locus abrogatio legis pro aliquo casu, pro potestate, quam habet legislator, tum dispensandi, tum abrogandi suam legem, vel omnino vel pro aliquo casu, etiam manente fine legis; tum quia ita abrogare non videtur rationi conformandum: tum quia quidquid sit de hoc, certè dicta eratio serpentis nō est abrogatio pro uno actu singulari, vel pro uno cunctu, sed est in viuiversum pro toto lege; exponitur enim serpens æneus palam omnibus, & perpetuè ab omnibus spectandus quo-cunque tempore: parum autem refert, quid non heret alia imagines aliorum hominum. Quare si illa serpe-tis eratio fuit bona, necesse est dicere, aut fuisse abro-gatum eo facto prohibitionem imaginum, aut quod verius videtur non fuisse prohibitas ipsis, sed solum indebitum illicitumque carum adoracionem.

E Tertio si lemē detur fuisse licitas imagines Iudeis, solumque prohibitum modum aptum adoracioni, & hic modus non sit intentio, sed apta etatum dispositio; certè cùm infinitis prope modis possint pingi & proponi, vix constat, quando fit proprius locus huius legi: nam quod dicunt, modum esse quando adi- ciuntur aliqui alii rei, cui sit ornamento, quæcumque pertiniant, hoc ipsum est obnoxium varietati, sunt enim imagines ornamenta domorum intrinsecus, & extrinsecus: adhibentur porticis, atris, forniciis, fontibus,

fontibus, peristyliis, verticibus, summitatibus adiutoriis, &c. Qui sanc modi, & positiones posuit esse accommodatae tum ornamento, tum adorationi. Præterea unus e modis ponendi statuas est ad monumentum insignium gitorum, & ad triumphum victoriae; idem vero modus est aptus adorationi. Demum Cherubinorum statu in templo prope arcam posite recinet suam dignitatem, speciemque decoris & excellentiae: quod si alioquin per se sunt apta conciliante tibi venerationem, certe non impediuntur ex hoc, quod adiungunt arce, quando nihil de dignitate ipsorum propterea subtrahitur: nam & Christus aliquando pingitur applicatus levando paralyticum, quasi pars totius tabulae, & historie, non positus modo apto adorationi, & Deus singulare edicere costum ex Adam, formansque Euain; & tamen ibi adorantur: certe nisi prohibetur adoratio imaginum, parum, vel nihil conferit ad eam impediendam illas hoc, vel illo modo pingere, aut collocare.

Quarto argumentari licet contra primam sententiam codicis argumento quo contra ludos astententes, prohibitas esse imagines præcepto diuino naturallimum quod præcepta Decalogi quocunque iure præcipiantur, tatum sunt decem, Exod. 3. cap. 34. Deut. 4. 9. & 10. Sic autem clienti vnde dicim, præceptum si vera est sententia supradicta memorata multorum Patrum, dicentium, non concupisces, diuidi in duo, quidam recentiores, qui admittunt diuiniensem hanc, respondent, illa alia duo: non facies sculpitile, nec vilam similitudinem, & non adorabis ea, pro vno, eodemque præcepto poni; ratio ipsorum est, quia virtus pertinet ad eandem virtutem religionis, quanquam enim facere sculpitile per se generi suo non sit peccatum, tamen statu præcepto positivo, est peccatum, idque contra religionem; quoniam lex politiva præcipiens actum, ponit illum in materia necessaria alienus virtus, licet prohibens ponit actum in materia virtutis oppositi: lex ergo prohibens imagines ad vitandam idolatriam, ponit obsecrationem sui in materia religionis, transfigressionem vero in specie sacrilegii. Sed non videatur quomodo propterea, & qua vnitate vnum sint haec duo præcepta: non enim genericam, nam præceptum naturale, & politicum differunt generi; nec specifica, aut numerica; nam quae differunt generi, non possunt esse vnum specie, vel numero. Deinde non est fatis adiunctam præcepti vnitatis finis, sed, requiritur vnitatis obiectum; etenim opera seruilia die sabbati, & dicta pictura prohibentur propter honorem Dei qui est finis virtutis religionis, & tamen non cadunt sub vnum præceptum, quia non est idem obiectum. Secundum præceptum inde habet vnitatem, vnde habet esse præceptum; inde autem habet hoc esse, vnde habet vim præcepti: sed præceptum positivum non habet vim præcepti à materia virtutis, neque à fine; nam posse idem actus versari circa eandem materiam, & circa eundem finem virtutis, & esse in specie illius virtutis, absque quod præcipiat, ut pectus vel est in sobrietate, vel spontanea abstinentia; ergo non habet esse præcepta à materia, & fine virtutis, sed aliumde à potestate præcipientis; ac proinde hinc, & non inde habet vnitatem: sequitur ergo hæc duo, id est, non facies vbi sculpitile, & non adorabis, non posse esse vnum præceptum, sed duo, & forte vnde dicim præcepta, si sint prohibita imagines.

Quintum argumentum contra eam sententiam sumitur ab auctoritate Patrum. Primo quidem in vniuersum Patrum affirmant, decalogum esse legem naturaliem, excepto præcepto sabbati, & etiam à Christianis obseruantur. Ita habet Irenæus cap. 31. & 32. nominatim, verò cum zoro Decalogo obseruantur. *Io. Ragiæ* in 3.p.D. Th. tral. p. 51.

etiam illud, *Non facies vbi sculpitile*, docet Tertullianus libro *de idolatria*. Cyprianus lib. 3. ad *Quirinum*, cap. 59. & de *exhortatione Marry*, cap. 1. Aug. lib. 12. contra *Fauni*, cap. 4. & 7. & lib. 19. cap. 18. lib. 3. contra *duas epistolæ Pelagianorum*, cap. 4.

Respondent dicti recentiores hoc præceptum, non facies sculpitile, eis additamentu illius, non coles Deos alienos, id eoque dicitur manere illud, quia manet hoc, quod est præcipuum. Sed non satisfaci hæc responsio, quia, vt ostendimus, hæc erant duo præcepta distincta, & nunc manet vnum tantum: ergo alterum defit, & non manet; preterea non potest dici manere præceptum negativum, quando manet actus, & non manet prohibitus. Demum quoniam bene possunt dici aliquando, causam, quæ perit, manere, manente effectu; non tamen potest dici, effectum, quæ perit, manente causa, praesertim viuissim salio. Illud autem præceptum, non coles Deos alienos, est causa finalis præcepti, non facies vbi sculpitile, vt ipsi etiam dicunt; non ergo manet hoc, quia manet illud. Idem probat auctoritate aliorum Patrum. Primum Beda ex *instituto in lib. de templo Salomonis*, cap. 19. Dainaf: lib. 4. cap. 17. cōtra eos, qui exprobans Catholicos adorantem imaginum ducit argumentum à veteri lege hoc modo: *Mosiaci populus iubernacionem in circuitu adorabat, imaginem & formam gerens calceatum, nimis imum Clerubim, vt haber infœc: ergo non solùm imagines, verum etiam permittebatur adoratio, & non solùm coniunctum cum tota arca, vt respondent recentiores, sed per se, vt imagines Angelorum; alioquin non esset ad rem hoc argumentum.*

Satisfit argumentis contraria sententia. §. 1.

Primum ac præcipuum argumentum ducitur ex memoratis Scripturæ locis, quibus prohibetur omnis imago & similitudo hominum, & animalium. Exod. 20. Deos. 5. & cap. 4. nominatim prohibetur imago Dei. Respondeo solūm prohiberi imaginem cuiuscunq[ue] rei, qui sit idolum: est autem idolum illa, quæ habetur pro Deo, vel quæ representat, vt Deum, eam rem, que non est Deus. Quod sanc colligere licet ex ipso capite 20. Exodi. Præmititur enim: *non habebis Deos alienos coram me;* & subiungitur: *Non facies vbi sculpitile, neque omnem similitudinem, quæ est in eadē desuper, & quæ in terra, &c. & subditur: non adorabis eas, neque coles, nimis tanquam deos, & sanc nullo modo potest intelligi prohibitus aliis quispianis cultus extra diuinum aliquo debitus; & nullus enim cultus, vel honor debetur brutis; cum ergo prohibetur tantum diuinus cultus, certè constat prohiberi imagines, &c. quæ habeantur, vt dij; num verò aliqua peculiari ratione prohibita sit illis imago Dei, dicitur infta.*

Secundum obicitur *Origenes lib. 2. contra Celsum*, vbi de Iudeis sic habet: *Apropos quos nullum aliud nomen erat recipiunt, quam Deus, buss rerum uniuersitatis pres, præcul ablegatis omnibus simulacrorum opificiis: nem in ciuitate eorum nullus pictor admiscebatur, nullus statuarius, legibus eorum beo genio arcenib[us] nequa occasio proberetur hominibus crassis, neva animi eorum à Dei cultu aueretur. Huc accedit Iosephus lib. 1. contra Appionem, qui ex Hegesitheo historico antiquissimo de templi Hierosolymitanæ descriptione, refert hæc verba: simulacrum vero, aut aliquos analogem lib. nequaquam est, & lib. 2. satis ante medium, obiciunt Appioni, quod Iudei Imperatoribus statuas non erigent, post multa respondet Iudeis interdictum omne imaginum genus. Cornelius Tacitus lib. 3. His loquens de Iudeis, sic: *Nulla simulacra in eorum orbibus, ne domi in templo: i.e. non regibus**

hanc adulatio[n]em non hunc Cesaribus locorum exhiberi. Respondeo, Origenem, & hos historicos solum loqui de exclusione imaginum eo sensu quo dictum est loquuntur Moyse: Exod. 20. nimur quia habeantur loco numinis. fuit autem solemne subditis Romani Imperii; assertatione gratia exhibere diuinos honores fatus Imperatorum; qua ratione testatur Hieronymus lib. 4. comment. in Mat. fuisse postum à Pilato imaginem Caesaris in Templo, & equestrem Adriani statuam, quæ in ipso sancto loco stetit usque ad atatem Hieron. Iulianus etiam Apostata, electa Christi statua, quam mulier hamorroilla erexerat Christo in memoriam accepti beneficij sanitatis, suam collocavit, ut refert Sozomenus lib. 5. cap. 20. Eiusdem superstitionis vestigium erant ludi, qui fiebant ad argenteam Eudoxia Augustæ statuam in foro sancte Sophie: quos prohibuit Chrysostomus, ut fertur in eius vita, ut omittant interim poetas, & historicos, apud quos certe est passim diuinos honores Imperatorum statutis attributos: quare mirum non est Iudeos noluisse statuas eorum erigere, & plaus idem perspicue colligere licet ex loco citato Cornelij Taciti dicentes: Iudeos unum numerum venerari, prophanumque ducere imagines Deorum immortalium matutinæ in species hominum effigie, ideoque, &c. quo declarat easam, cur Iudei negarent statuas Caesaribus fuisse, ne tribuerent illis honorem numinis.

Quod autem afferunt ex Origene de ablegatis officiis, & pictoribus, non minus pugnat contra ipsos, quam contra nos; quandoquidem admittunt imagines non fuisse prohibitas Iudeis, solumque putant prohibitus modum collocandi ipsas: inde pugnat contra Scripturam, quæ docet tam etate Solomonis, quam longè prius etate Mosis, fuisse peritiam pingendi inter Iudeos, eamque fuisse donum Dei.

Profutur etiam pro contraria sententia Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 36. vbi loquens de visione Petri in monte Thabor, ait: *Quomodo Moysen, & Eliam cognovisset, nisi in spiritu? non imagines eorum vel statuas populariter habuissent, & similitudines, lege prohibentes; hic non loquitur de imaginibus, quæ haberentur ut dicitur, ut parcer; respondeo, nec loqui de imaginibus, quæ clementer modo posse ad adorandum, faciunt enim suissimum quocunque modo posse, v.g. quæ fuissent pictæ in tabulis referentibus gesta Mosis in Egypto, in deserto, &c. item gesta Eliæ: videtur ergo Tertullianus omnes omnino imagines à Iudea excludere; propterea dicendum est, legem duo prohibuisse, unum explicitè, & per se, alterum implicitè, & consequenter; explicitè quidem prohibuisse imagines, quæ haberentur ut dicitur; implicitè verò imagines, quæ qualiter sua facie præberent occasionem, cuiusmodi est imago Mosis, cuius tanta era opinio apud Iudeos, ut Michael altercatetur cum diabolo de corpore eius abscondendo, ne esset occasio idolatriæ, quemadmodum multi intelligent quod dicitur in epist. ad Iudeas de ea alteratione. Similiter occasione præberet eiusdem Mosis imago, itemque imago Eliæ, qui euru igneo viuens è viuis est sublatus.*

DISPUTATIO XLVIII.

De imagine Dei an sit pingenda.

MAIOREM quandam ac peculiarem difficultatem ratione obicit nobis natura Dei, & eiusque præstantia, quam neque artis immitetur, neque acies oculorū, sed nec villa vis mētis attingat. Id primum testantur loca Scriptura, Isaia 40. & 46.

A Den. 4. Art. 17. Exod. 20. infra exponenda, quæ negant, fieri possit villam Dei similitudinem, quibus locis, additis quibusdam modis loquendi Patrum, quos infra citabimus, quidam argumentantur ad probandum maximè licet Dei, ut sanctiss. Trinitatis imaginem effingere. Ac primò quidem id docuit Henricus quodlib. 10. q. 6. Abulensis, in cap. 4. Den. 9. 5. Durand. in 3. d. 9. q. 2. ad 4. Martinus de Ayala 3. p. tract. de Imag. de carum antiqui, circa finem. Deinde ex hereticis Calvinus lib. 5. infra cap. 1. & VVlclef. teste VValdens. tom. 3. cap. 155. qui maximè detestabatur imaginem Trinitatis.

Communior aliorum sententia est, licet Deum & sanctissimam Trinitatem figura exprimere. Caiet. huc art. 3. circa resp[on]s. ad 2. Palud. in 3. d. 9. 9. 1. art. 2. examinans dicta Durandi, cum quo quantum videatur initio sentire, deinde tamen approbat imaginem Spicetus sancti in specie columbinæ. VValden. tom. 3. cap. 155. Catherinus in Opus. de adorat. Imag. Sandrus lib. 1. de Imag. c. 4. & passim omnes recentiores circa hanc questionem S.Thoma. Atque haec sententia de fide quidem non est abscondita, vilque adeo tam est certa, ut contra non careat temeritate.

Vt aperitur nobis via ad eius declarationem, & probationem obseruari poterit, imaginem alicuius duplicitem ob causam pingi posse. Primò ad exhibendam secundumque notitiam figuræ hominis alicuius absentis, seu defuncti quoconque fine, siue amicitia, siue necessitatibus rerum gerendatum seruetur: & hoc modo imago debet rem, cuius est, ad viuum exprime, quomodo recte ait Damasc. lib. 3. cap. 17. extreme dementia esse de effingenda Dei imagine cogitare, & Theodosius Patriarcha Hier in epist. Synod. qua habetur VII. Synod. art. 3. dicit: Inuisibilis est diuinitas, nec de pingi, nec figurari se permettit eodem modo loquuntur Clemens Alex. lib. 4. Stromat. circa principium, & lib. 6. circa finem. Secundò, ad honorem personæ, cuius est imago, ad monumentum virtutis, & ad eius emulacionem hominibus excitandam. Huius imaginis finis est quod fieri potest representare virtutem, ac propinde animam, que est proprium eius subiectum; corpus autem representare quatenus est animalium, & inde non quidem in vniuersum animæ intellectuæ secundum communem rationem speciei, quomodo representat corpus animalium quocunque imago facta ad representandum hominem confusæ, & indeterminatæ, hec & imago leonis ad representandum leonem confusa; verum singulariter talis animæ intellectus pre-dicit tali, vel tali virtute imagine digna, scilicet fortitudine bellicæ, vel moralis, iustitia, sapientia, &c. iam quid in corpore humano imago representet animam, non quidem communem hominum generi, sed in eo genere singulari, & excellentiæ, habere potest ex duplice capite. Primum quidem, ex eo quod ad viuum exprimat effigie prototypi, v.g. Cæsaris, Aristotelis, &c. quomodo valer maximè apud eos, qui nouerunt Cæsarem, Aristotelem, &c. Secundò verò ex deputatione quomodo ad exprimendos illustres viros vim habet ex insigni forma, habitu, proportione, & dignitate corporis, quam valeat ars cogitatio formare, addita deputatione, ad representandum inter insignes viros, talem vel talem, Alexandru, Annibalem, &c. Quod autem maximè propriam imaginis hominum sit representare animam, & talis talem, maximè patet ex eo, quod in septima Synodo art. 6. tom. 6. eum Economachus inter alias imagines maxime reicerent imaginem Christi, ob eam rationem, quod cum diuinitas figurari nequeat, qui solam humanitatem depingunt, eam à diuinitate separant, responder ibi Epiphanius Diaconus in confirmatione definitionis Economachoru nomine totius Synodi, his verbis: Cum Ecclesia Catholica Christum pingit

pingui humana figura, non diuinitat enim à diuinitate nisi unius,
magnus autem deprecans illam credit. subdit exemplum:
Quemadmodum dum aliquis hominem pingens, non imaginatur
hominem facit, sed ille animatus manet; & imago ipsius una-
go ab eo, quod illum imitetur, dicitur. Manet ergo quod di-
ximus corpus esse index animae, & in ligno; atque unde-
dequa perfecatum, insignis, praestansque animae,
sive secundum præstantiam gradus subtilitatis, quo-
modo vult Caiet. differre à le inuenit animas, de cui-
us sententia suprà diximus, sive secundum indolem
virtutis, quam habet ex habitu corporis, qui ut est
Aristotelis, & Philosophorum scientia, confert ad
functiones animae, & ad virtutes. Similiter constat
imaginem humani corporis edicant ad repræsentan-
dum hominem virtute præstantem per le esse indi-
cem virtutum animae, que secundum indolem exi-
miae virtutis, quam haberet in corpore, magnas vir-
tutes sibi comparari, atque opera digna imaginibus
exercerit.

Hinc ad rem accedendo non abs te videri debet, quod diuinitatem, diuinatque virtutes, & attributa, quibus maximè illa constat, corpore forma repræsen-temus, quando hominum anima, quod prædicta sit iisdem facultatibus, feliciter mente, & voluntate, quibus Deus, ac natura simili corpotio apta ad easdem virtutes, propter eaque à Deo edita, ut certissima imagine ad expressionei sui, repræsentant huiusmodi forma corporea: fit enim hinc, vt corpus sit idoneum ad repræsentandas virtutes, naturamque diuinam, & Deum ipsum, qui seipsum effluit in anima; quod enim repræfatur imaginem, certè & personam repræfatur, cuius est imago. Confinetur: nam virtutes ipsæ per se, que spirituales sunt, & non sunt personæ, sed aliquid personæ, pinguntur ut corpora substantia; multo ergo magis pingi potest Deus ipse, qui est per se substantia.

Neque obstat maxime disparatum esse corpus à Deo, in primisque deficere à similitudine virtutis, quoniam qua corpus est, simili fœtate ratione deficere à similitudine animæ: quæ causa fuit, cur Plotinus teste Cœlio Rhodio, som. 2. lib. 16. cap. 18. ex Porphyrio nullam sui imaginem effungi tecum passus sit, cauillatus, se non esse id, quod oculi subiectum: unde est antequam symbolum apud eundem: *Dei figuram ne in-*
sculpas annulo, quo vult significati, non esse apimanu, qua imago Dei est, in carnando in corpus, quo veluti annulo gemma contingit, nec mancipandum sensibus: & nihilominus corpus huius Dei figura, id est, animæ, est certissimus index, vt iam declaratum est: erit ergo eti.

Hoc ipsum confirmatur ex eo, quod tribuamus Deo genus honoris, & cultus per se conuenientem habenti corpus, sensuque corporeos. Voce, ac sono Deum aliquimur, laudamus, canimus, thura, ac lassifus incendimus, sacrificamus. David fatu ludit coram area Dei; contra verò Deus dicitur audire, Psal. 77. & sepe videre, Genet. 1. *Vidit Deum lucem, quod esset bona,* & sapientia, Genet. 8. *Oderit utriusque Dominus odorem* *francum;* preterea visus est forma corporeæ, Genet. 3. *Amulans ad avum post meridiam.* Genet. 28. innixus scalæ. Exod. 33. *Mysies videt posteriora Dei,* id est, terga, & humeros. Ier. 13. Michæas lib. 5. Reg. cap. vi. videant Dominum, sedenit in folio forma hominis, &c. Amos cap. 9. videt Dominum flamam super altare. Daniel cap. 7. *sedem in ib. em.* Spiritus sanctus apparuit in forma columba, Matth. 3. Deum Scripta tribuit Deo omnia membra humana, caput, pedes, brachia, oculos; & huiusmodi membris responderet thronus, sebellum, sedes, in quibus exhibuit se videndum Deus. Nec obest, quod obiiciunt citra periculum hæc scribi in Scripturis, & exhibita fuisse Prophetis,

A quos alibi Scriptura docet, Deum esse incorporum, non vero ita abesse periculum à promiscua multitudo; etenim hoc ipsum declarari potest, & debet rüdioribus, ne ercent dum exhibetur Deus figura corpora.

Secundu Angelii sunt incorporei, & tamen sepe vidi sunt forma corporea Genes. 1. 8. & 19. & in lib. Tobia Item 1. 8. & in Danielis 9. cum aliis. Matth. 26. lib. Luc. v. 10. Ioan. 20. in stola candida iudeum pinguntur forma corporea. Exod. 25. 5. Reg. 6. ergo esse Deum incorporeum non obest, quomodo pingi possit forma corporea. Quod autem at Caluinus, id factum esse ad paradigmam in veteri Testamento, & iam præteritæ factum illud paucile: primum quidem non infert, Deum pingi non posse, quod maximè ad questionem præfentem pertinet, sed solum pingendum uno tempore, & non alio. Deinde est quod pleraque mysteria seculum illud præ hoc nō dicuntur puerile, tamen quod attinet ad causam exhibenda res incorporeas specie corporeas, quæ est humanae mentis impeditissimas ad incorpoream capienda; omnes hominum status, & estates in hac vita, comparatione status beatorum, aquæ dicuntur pueriles. Denique in vniuersum in tota Ecclesia admittuntur imagines Dei, quæ sane non toleraret aliquid illicitum; & in septima Synodo Alt. s. approbatur imago Spiritus sancti in forma columba. De imagine Agni dicitur infra.

C Satisfit argumentis contrarie sententia. §. 1.

Primo loco assertur ex cap. 20. Exadi quod dicitur: *Non facies sibi sculptile, vbi fatis suprà dictum est, agi* de imagine, *qui vel censeatur ipsa Deus, vel similitudo creaturæ, tanquam Dei. Rursus quod assertur ex Deut. 4. Non valde aliquam simulacrum die, qua locum est vobis Dominus in Horib[us] de medio igni, puto similiter dictum ad docendum, Iudzes non posse confabare sibi, & apud se habere imaginem Dei sui, sicut faciebant, & habebant gentes imagines Deorum suorum; quoniam illi habebant imagines, quartu qualibet, vel effigie ipsa Deus, vel similitudo D. Dei ipsum, qua vere exprimeret Deum; qualis fuit Serapis, Baal, vitulus, &c. Monet ergo Deus primum quidem non esse cogitandum ipsius similiter de fingenda imagine, quæ repræsentet ad vivum, exhibeatque colendum Deum verum ipsum, ut fingebant illi. Deinde vt ex hoc in vniuersum discrent in imaginibus manufactis non posse esse similitudinem veri Dei, sed omnem imaginem factam ad exprimentem verum Deum esse detestandam, quia nulla res, cuius fieri potest imago, vel similitudo, Deus est. Atque hoc ubi volunt subiecta verba: *Ne froni decipi facias vobis sculptum simulacrum aui im gemmæ mosæ, vel statu simulacrum omnium iumentorum, quæ sunt super terram, vel animalia, &c.* vbi numerantur omnia genera creaturarum, vt ex hoc, quod nulla nulla est Dei similitudo, intelligentem nihil eorum, quæ subiectiuntur sensibus, quæque pictura exprimi possunt, haberi posse, vt Deum. Huc pertinent alia loca Isaia 40. *Quem imaginem ponitis ei? & cap. 46. Cui assimilastis me, & ad aquagatis me, & similem fecisti?* qui confertis aurum de facculo, & argennum statu ponderatis, conductores artifices, ut faciatis Domini. & Act. 17. *Non debemus afflare aut argemo, aut lapidi sculpture artis & cogitationis hominis diuinum esse simile:* etenim vele, facie picturam, vel statuum, quæ vel ipsa sit Deum, vel similitudo Dei, est facere Deum similem altiori creaturae, quia cum Deus nequeat subiecti oculis, & arti; imago, quæcumque fieret, efficit expressio aliquius creaturae, & dicere illam esse Deum, vel imaginem Dei, est dicere, Deum esse creaturæ similem.*

Dices, qui constat statuam, non proponunt sibi exprimentium Deum, quem dicimus, esse creatorem eam, & terrae inuisibilis, &c. sed aliquid aliud, scilicet vitalitatem, draconem, &c. quem dicunt esse Deum; non ergo est facere Deum similem creature. Respondeo: Quinimo ita est; nam si tribuitur diuinitate huic, qui est verus Deus, cuiusque opera creature: etenim nullus vitulus comparuit in Egypto ad edendum Iudeos a seruitute; & Moyses Deum, qui liberavit eos, vocauit nomine, qui est, & tamen Exod. 32. admirabilia eius opera facta in exitu ab Egypto, & hanc prærogatiuum nominis tribuebant vitulo: *Hiam Dij tu iſſat qui eduxerunt te de terra Egypti.* Itaque proponunt sibi Deum potentem, qui fecit mirabilia, sed hunc dicunt esse vitulum, & negant esse illum, quem predicabat Moyses, quod est dicit, Deus est vitulus, & non est id, quod dicitur non esse vitulus, iuxta illud Psalmi 105. *Fecerunt vitulum in Floreb, & adoravimus sculpi, & obiis sunt Deum, qui salvauit eos,* qui fecit magna in Egypto, mirabilia in terra Chama, terribilia in mari rubro. Et in prefatis Isaiae verbis hoc est perspicuum: at enim Deus: *Cui assimilasti me, & adequalisti me?* Sec. conductores artificem, ut facias Deum, vbi declarat Deus facere quamcumque imaginem creature, &c. facere se similem huic, vel illi creature, cuius est imago. Hoc, ut recte intelligatur, obseruari oportet, Deum posse significari duplice. Primum formaliter secundum estimationem, & conceptum, quasi abstractum diuinitatis, quonodo nomen, homo, supponitur interdum formaliter. Secundum materialiter, seu personaliter, ut significat non alium, sed hunc, qui reuera est potens facere, & fecit mirabilia: quanvis enim in re non sit viva distinctio, est tamen secundum modum nostrum procedendi ab universalibus ad singulata, quem modum etiam seruamus in cognitione Dei, cum praefectum varia hominum opiniones, & errores in statuendo vero Deo, siue uno, siue pluribus, causa sint huius distinctionis, qua spectetur primum diuinitas, & Deus formaliter, & confusus. Deinde materialiter subiectum, cui conueniat Dicum esse. Huic affine est, quod dicitur de actibus voluntatis circa bonum, & finem: voluntas enim in omnibus rebus, quas appetit, ut bonum per modum finis, querit bonum simpliciter, ac proinde summi bonum, qui est Deus; materialiter tamen accipit plerunque ut bonum simpliciter aliquid creatum, quodque sepe est materia peccati, & ea ratione hoc creatum est ipsi Deus, & Deus est creatum, scilicet aurum, voluptas, honor, &c. quandoquidem bona simpliciter, & finem simpliciter, qui est proprieta essentia Dei, agnoscit in voluptate, &c. meritique potest dicere Deus: *Facitis me similem auro, cupis, &c. qua causa fuit, eur diceret Apostolus: Quorum Deum venter est.* multo vero magis id verum est in re proposita, vbi Deus queritur non solum in ratione boni, quod amet, sed determinate in ratione Dei supremi Domini, qui colatur honore diuino; & quando tribuitur hic honor creature, formaliter quidem queritur Deus, & cum verus Deus non sit alius, nisi hic, qui est inuisibilis, incorporeus, &c. implicantem queritur hic, materialiter tamen tribuitur diuinitas creature, & explicito colitur, ut Deus, creatura, proptereaque, & creatura dicitur Deus, & Deus dicitur creatura, id est, lapis, vitulus, &c. meritique dicit cum Isaia loco citato: *Cui assimilasti me, & adequalisti me?* &c. conductores artificem, ut facias Deum; ita ut facere sibi Deum ex lapide, &c. sit assimilare Deum verum creatorem; hoc ipsum exprimit illis verbis Jerem. 2. vbi inducuntur dicentes ligno. *Pater meus es tu, & Iepidus, tu me genuisti.*

Argue hoc est, quod ex Seneca refert, & laudat

A Augustinus lib. 6. *Civit. cap. 10.* ita scribente: *Sicut immortales, immobilitique Deos in materia vilissima, sicut immobili dedicant, habentes illis hominem, seruitum;* & postea: *quidam vero mixto sexu diversi corporibus indumenti, numina vocans, quae si spiritu accipio, subito occurrerent, non sit habentem.* haec Seneca: *vbi nihil aliud damnatur, quam opinio, qua putatur numen esse tale, quale humilius nomen imaginibus representantur.* Huc etiam pertinet, quod ex Vartone idem refert lib. 4. *Civit. c. 3.* dicenti: *Aniquos Romanos plus quam annos 170. Dots sine similiaco culti, quod si adhuc, inquit, manifesset, eas illius Dij observarentur, eiisque feniencia sollem addere geniem Iudeorum.*

Nimirum quia putabantur Dij tales forma, & natura, quales pingebantur, qui etat error: formaz vero tum viles, que, ut ait Seneca, veluti monstra haberentur, tum vero nihil plusquam humanum referentes; existimationem, ac proinde Deum ad hominibus auferabant. Itaque nihil aliud prater id, quod dictum est, reprehenditur in imaginibus, nempe quod Deus sit qualis fingitur.

Idem est sensus eiusdem Augustini lib. de fide, & symbolo: *Origenis lib. 7. contra Celsum in fine; Damasceni lib. 4. de fide, cap. 17. & orat. 1. de imagin. circa principium; Clementis Alexandr. lib. 6. Strom. Germani Patriarch. in epist. ad Ioseph. qua recitat in septima Synodo ad. 4.*

C *Theodosii in epist. synodica, que est ad. 3. Item ipsius septima Synodi ad. 3., non longe à principio, quibus sumit argumenta contraria sententia, eo quod nescient apud Christianos esse, aut licet Dei imagines, & simulacra: negant enim imagines, que sunt expressiones Dei, qualis est, aut certe si facta non sunt ad hanec viuam expessionem, sed solidum ad analogiam, qua per similitudinem corporum ducuntur ad incorporeas; solidum volunt vitandum periculum erroris, ne accipiatur, ut expessiones Dei, qualis est.*

Minus vero facit ad rem quod probat Caluinus ex Eusebio lib. 1. de prep. *Ewang. cap. 6. & lib. 2. cap. 8. & Lactantio lib. 1. dimiss. inst. cap. 15.* dicentibus, omnes quorum simulacula videmus sive homines mortales, unde infert Caluinus, nullum sive vetri Dei immortalis simulacrum; etenim propositum illis est, ostendere, gentium Deos sive homines eo argumento, quod omnia gentium idola sunt statua hominum, quorum sepulcta ostenduntur. Quod denum obicit Caluinus de periculo, iam factis constat ex dictis, quomodo absit, & facile potest occurri.

Atque ex his que de imagine Dei dicta sunt, haud difficile est statuere, quid sit dicendum de imaginibus Angelorum; nimirum esse pingendas, non ad representandum quales sint; quia vacant corpore; & qui tribuant illis corpora, non tribuant figuram, & qualitates humani corporis, aut aliam figuram, que possit arte exprimi, sed ad cognoscendum esse ipso ipsum incorporeum per formam omnium corporum elegantissimum, que est humana; cum praesertim in hac ipsi visuendo sepe exhibuerint, & Deus Exod. 25. pingi iussit.

Fertur in septima Synodo Xenalem, seu Xenium, de quo initio meminimus, cum omnes in vniuersum imagines, tum maxime Angelorum, è medio tolli voluisse, propreterea quod essent incorporei: in cademque Synodo fuit lectus liber Ioan. Episc. Thebaeorum, continens dialogum Genilis, & Christiani, & coiudicantis Angelos esse pingendos, quia essent corporei iuxta opinionem ipsius. Recepit Concilium conclusionem hanc: de ratione vero conclusionis nihil dixit, & extra rem erat tunc dicere.

De imagine Agni. §. 2.

Est antiquus usus imaginis Agni in Ecclesia, de quo nonnulla controvicia subiecta est propter canonem 82. sextae Synodi, ubi prohibiti videuntur imago Agni. Et ratio dubitandi in primis est, quod illi canones 102. qui feruntur nomine sextae Synodi, editi faciunt quatuor, vel quinque annos post ab solutam sententiam Synodum Constantinopolis, quo rursus concenserunt Episcopi 27. ad perficiendum quod omisiterat quinta. & sexta Synodus, nimirum canones, unde nostra hec conuentio dicta est *tertia. id est, quinsexta*, quod videlicet fuerit appendicis quinta, & sexta. Videatur autem carere auctoritate, eo quod non interfuerit summus Pontifex Romanus, vel per se, vel per Legatos, neque eius acta confirmaverit. Intra Sergius Papa, quanuus rogatus, & vexatus ab Imperatore Iustiniano, noluit illam confirmare, auctore Beda, qui vocat illam erraticam Synodum in lib. de sex statib. in Iustiniano Imperatore. Idem Paulus Diaconus de gestis Longobardorum cap. 8. & Anas. in suis Ieann. II. Constantii, & Gregorij II. qui etiam rogati noluerunt subscribere. Præterea nulla necessitas erat cogendi Synodum ad perficiendam quintam, & sextam, condendo canones, quia haec integre perfererant id, ad quod conueuerant; quinimmo Legati Agathonis Papæ nulli ad sextam Synodum, accepterant in mandatis, ne quicquam aliud in Concilio proponeret, & definiti permisissent, prater ea, que fidem, fidicem controvicias concernentes. Denun in ea plurima continentur apostolicis constitutionibus, decretisque OEcumenicorum Conciliorum contraria.

Nec obstat, quod quidam canones huius Synodi recipiantur ab Ecclesia: nam ut ibidem addit. Anastasius, nos est in Ecclesia, ut quæ nouerit esse lancita secundum sanctæ Romane Ecclesie, & Conciliorum decreta recipiat; quomodo ex schismatismo Concilio Basileensi quedam sunt auctoritate Romani Pontificis, & vbi Ecclesiæ comprobata similitudine est Concilio Constantiensis. Dicitur ergo canon. 82. quo Dominus noster Iesus Christus instar agni pingi prohibetur vobis contrario Romana Ecclesiæ reprobavit, nunquam enim præterunt in Occidente omisit Christum immaculatum agni imagine repræsentante. Nihilominus quoniam ita reiecit imaginem Agni, vt simili approbet imaginem Christi in propria figura; citant illum contra Ieronomachos Adriani Pontificem in epist. ad Tharsatum. Gregor. II. in epistolis quæ habentur in septima Synodo, Tharsius, & ipsa septima Synodus si enī conferrebant pro causa imaginum, sine quia haec quinsexta Synodus censebatur legitima, vt fertur ab Ieronomachis, vt suis armis expugnarentur; sive quia vbi non recedebat à veritate, & communi fide Ecclesiæ, valebat ad eius confirmationem, saltem priuata corum Episcoporum auctoritate.

Atque ad hunc finem allegatum fuisse à septima Synodo hunc octogesimum secundum canones, testatur Adrianus in epist. ad Carolum Magnum, pro defensione septimæ Synodi contra obiecta aduersus illam ab auctore quatuor librorum oblitorum Carolo Magno ab Ieronomachis, qui falsò dicuntur Carolini, vt insitā dicitur. Inter alia enim tradiebant illam, *Quod non ad adiutorium imaginum pertinet testimonium, quod a sexta Synodo prouiderunt.* Respondet Adrianus: *Iacere testimoniam de sancta sexta Synodo proutulerunt, ut clarificet ostenderent, quid iam quando sancta fixa Synodus auct. est à p[ro]fici tempore sacrae imagines, & historia p[ro]lata venerabantur. Unde ipsa sancta sexta Synodus fideliter per canones orthodoxi statuens ita constituit, dicens: In quibusdam*

A venerabilium imaginum pictoris, Agnos digno praecursoris monogramma designatur, qui in signum relictum est grana. & post pauca: secundum humanam figuram, & in imaginibus a manu pro vetero agno ruminari dicitur, &c. H[oc]c Adrianus, qui plane testatur prohibitionem illam non esse allatau[er] a texta Synodo ad tollendas figuras agni, sed ad confirmandam fidem factrum sacramentum.

*Non definit tamen, qui dictorum canonum, & quinsextæ Synodi auctoritatem tueantur, ducti cum aliis argumentis, tum maximè quod apud Gratianum in decreto dist. 1. b. can. 5. proferantur ex epist. Adriani ad Tharsatum, quæ habetur ad. 1. septima Synodi, haec verba: *Sextam Synodum recipio cum omnibus canonibus suis.* Sed iam nolita non intercessit, nec vacat de quinsextæ Synodi auctoritate an, & quantum sit disputare, illud intetim verum est, fragmentum hoc epistole Adriani male citare. Etenim germana versio epistole Adriani ad Tharsatum, quam vertit Anatolius Biblioth. ita habet: *Invenimus autem in predicta synedrica epist. fanthias vestras post plenitudinem fidem & confessio[n]em fæci symbolo & omnium sanctiarum sex Synodorum & facies & venerabilium characterb[us] miraculam lande, ac veneratione dignissimum contineris. Quare & eisdem finib[us] at Synodos fiscipio cum omnibus rigolis que in predictis ad diuinis ab ipsi pronuntiatae sunt, Ita in notis predicti canonis decretrum Gratiani iussu Gregorij X IIII. recente emendatum habet.**

*Qui ergo recipiunt auctoritatem dictæ Synodi, aut latenter prefati canonis 82. asserentes plerisque canones, qui fali sunt, & nothos & suppositios: variè loquuntur de dicta prohibitione. Bartholom. Caranza in summa Conciliorum dicit eo canone prohiberi imaginem Christi in forma Agni, & Spiritus sancti in forma columba. Addit etiam imaginem Magorum in forma stellæ: idem de imagine Agni dicunt Sylvester, Angelus, Armilla, & alij Summifex. Sed quod aut Caranza de columba, & stella, nec habetur in praefato canone, nec aliunde probati potest; quinimo imago Spiritus sancti sub specie columbae maxime probatur in septima Synodo auct. quarta. Alij dicunt, forsitan prohibit Agni figuram, quod supra quā oportet fuerit vobis recepta, & frequentata, vel ob aliā quāpiam iustam causam. Bellarm. lib. 2. cap. 8. ait, non prohiberi, sed tantum anteponi illi imagines Christi in propria figura humana. Idem habet Suarez disp. 54. scilicet dicens hunc sensum traditum ab Adriano in 1. epist. ad Tharsatum, quæ habetur in septima Synodo auct. 3. & Athanasio in epistola ad Antiochenos, & Alexandrinos auct. tertius, & ab eadem Synodo auct. quarta, ante medium. Facent his Theologis verba canonis; cum enim monimiliter huius figuræ subdit: *Aniquas ergo figuras, & umbras, & veritatis signa & characteres Ecclesiæ traditos amplectentes, gratiam.* & veritatem preponamus, non ergo reiecit figuram Agni, sed proponit illi figuram hominis. Alius autem maxime laudatur imago Christi in forma Agni. Sic in septima Synodo auct. secunda, legitur epistola Adriani, in qua dicitur, laudata fuisse in sexta Synodo imaginem Christi in forma Agni. Idem dicit Elias in septuaginta Synodo auct. quarta, & Epiphanius Diaconus auct. sexta,*

DISPUTATIO XLIX.

An imagines in templis recte collectentur.



Ere collectari in templis est, ipsas decreta sanctitatem templi, & hanc viciniam esse conuenientem, & aptum locum sanctitudi imaginum, atque ita sece inuicem ornare,

&

& honestate. Proinde questionem esse de imaginibus sanctorum, & de modo, quo collocantur in templis, videlicet religiosè pro dignitate, & exhibeantur fidelibus tanquam digni loci sancto, & pertinentes ad eius sanctitatem. Hanc loci & honoris prerogatiuum sanctorum imaginibus negat Caluinus lib. 1. q[uod]uit cap. 11. affirmans primis quingentis annis nullas in templis Christianorum imagines fusile.

Sed est manifestus error contra Scripturas superius citatas Exod. 25. & lib. 3. Reg. cap. 6. ponentes imagines Cherubim in templo Dei, & in loco religiosissimo, & sanctissimo, videlicet iuxta aream, & propitiatorium. Item contra Concilia, que citabimus infra agentes de imaginum adoratione. Demum contra partes, & historias, quorum uicinitatem constat, non modò post quingentos annos, veram etiam multo prius existisse imagines in templis. Tertullianus lib. de pudicitia cap. 7. & 10. meminuit imaginis Christi presentes formam pastoris, ouem humero gestantis pictam in calicibus factis dedicatis confectionari viro. Sozomenos lib. 5. cap. 20. & Nicéphorus lib. 10. eis. 30. scribunt tempore Iuliani Apostolat fuisse induitam in templum statuam, quae fuerat Christo erecta apud Pancadem, quod factum est ante annum Domini 500. Euseb. lib. 3. & 4. id est Confessio, testatur multas imagines aureas, & argenteas fuisse in templis exstructis a Constantino in Palestina. Damasus in vita Silvani refert Constantimum in loco ubi baptizatus fuerat prope Ecclesiam Lateranensem posuisse auream agni imaginem, & iuxta illam statuas argenteas Christi, & Ioannis Baptiste, in ipsa vero Lateranensi Ecclesia poliueille imagines argenteas Salvatoris, duodecim Apostolis, & quatuor Angelis. Similiter imaginum in templo ponticarum meminerunt multi partes, scilicet Balilius orat. in S. Barbara in fine, Greg. Nazianzen. epist. 49. ad Olympium, Nyssenus orat. in Theodorum initio, Chrysost. in Missa, quam Etasmus Latinam fecit, Euodius lib. 2. de miraculis Stephani. Prudentius in Hymno de SS. Celsiano, & Hippolyto. Paulinus epist. 12. ad Severum. August. lib. 1. de confessio. Euang. cap. 10. Greg. lib. 9. epist. epist. 9. Demum Adrianus in scripto pro mag. prepe finem testatur, Sylvestrum, Damasum, Celestium, Sixtum, Leonem, Ioannem, & Pelagium Pontifices tempora imaginibus exornasse, qui omnes floruerint ante annum Domini 500. in quo manifeste conuinxit Calvinius, sicut etiam conuinxit per Concil. Elizabetinum, quod ipse pro se citat, meminuit enim receptus consuetudinis imaginum in Ecclesia, & infra dicitur.

Ratio sumitur à qualitate dignitatis, qua sancti praediti sunt: ea est sanctitas, & gratia consummata per unionem perfectissimam cum Deo, & similitudinem cum ipso per hanc gratiam, & per exclusionem omnis maculae peccati, iuxta illud I. Ioan. 3. *Cum appeteris, similes ei eris, videbimus eum sicuti es.* Hinc fit, ut domus Deo dicata maximè deceat reliquias, imaginæque ipsorum. Conferatur, nam Deus ipse dicitur templum supradicti ciuitatis Apocal. 21. *Templum non vidi in ea. Dominus enim omnipotens templum illius est.* & sancti dicuntur eis in templo in calo. Apoc. 3. *Qui vicei faciam illum columnam in templo Dei mei.* & cap. 7. *Qui amillsum, &c. seruens ei die, ac nocte in templo: ergo æquum est, ut imagines factæ ad representandum illos secundum dignitatem, quam habent in templo celesti, collocentur in templo Dei in terra.*

Solutio argumentum aduersariorum ex Concilio Elizabetino. §. 1.

Contra hanc vetitatem obiicit primò Caluinus canonem 36. huius Concilij, vbi sic habetur: *Placit*

picturas in Ecclesia esse non debere ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depurgatur. Fuit prouinciale, & parvum, scilicet 19. Episcoporum hoc Concilium. Cano lib. 5. de locis, c. p. 4. sub 4. conclusione planct air, impie in eo canone latam legem de tollendis imaginibus. Sed certè quanvis Concilia prouincialia non sine indubitate fidei, & si hoc erraverit, suffpetat nobis ad certam fidem generale Nicenum secundum; tamen non facile adduci debemus, ut tribuamus illis errorum, nec verba prefata canonis cogunt hunc tribuere Concilio Elizabetino. Igitur varix proferuntur huius canonis expositiones.

Quidam putant editum ad tollendum periculum idolatriæ, ad quam nouerant gentes illas recens ad fidem conuertas maxime propendere. Is est I. Caronensis in suis decretis, part. 2. cap. 40. Sextus Senensis lib. 2. Biblioth. anno. 247. Alanus Copus in dialog. lib. 5. cap. 16. Sed non videtur fatis solida expolito: nam erat tunc receptus vobis imaginum in Ecclesia, ut constat, tum ex eo quod Concilium hoc fuerit celebratum aliquot annis post trecentorum finem Domini; quo tempore ostensum est superius viginti vobis vobis imaginum in templis: tum vero ex ipsi verbis Concilij, supponimus ergo hunc vobis, nec conflat, magis propensos fuisse ad idolatriam homines subiectos Elizabetinæ Ecclesiæ, quænàm teliquos. Denique Concilium ipsum reddit rationem fuit legis, videlicet ne pingatur in parietibus, quod adoratur, non vero ne adoratur, quod pingitur. Itaque pictura est incommunum, quod videtur velle vitare, non vero adoratio.

Eodem modo reicitur expolito Sandri lib. 2. de cultu imag. cap. 4. & Francisci Turriani lib. 3. de dogmat. character. aliquantum ante finem, Valentin. 9. 24. disq. 1. punt. 2. quam etiam addit. Alanus Copus, scilicet factam cum prohibitionem à Concilio ad feruandas imagines sanctorum à contumelia, cui erant obnoxiae in templis, graffante per id tempus petecutione Gentilium. Reicitur, inquit, quia declaratur dictus finis Concilij in eo canone, *Ne quod colitur, &c.* Hic autem alius finis, neque ex canone, nec aliunde habetur singulariter in ea Ecclesia, & magis quam in aliis.

Est ergo alia expolito Bellarmini lib. 2. cap. 9. Suarez disq. 54. scilicet 1. Vafquez d[icit] 105. cap. 2. nominatum, & determinate prohiberi picturas factas in parietibus, non autem in tabulis, arcis, &c., eo quod in parietibus obnoxiae essent corruptioni propter humiditatem, ac deformationis coloris, membrorum, &c. quæ obstar honori, & reverentie imaginum. Hec expolito videtur accommodari. Et confirmatur ex eo, quod plerunque multæ imagines pingentur in lateribus tēplici, vbi nec altare erigeretur coram ipsis, nece lucerne penderent, nec adscilient alia huiusmodi ornamenta, quæ conciliarent imaginibus dignitatem, & veneracionem: neque obstar huic expolitioni, quod canon generatim videatur imagines ab Ecclesia, non solum à parietibus excludere, dum ait: *Placit picturas in Ecclesia esse non debere.* Nam illud nomine pictarum potius, quam imaginis, cum sit generalis, denotare videtur imagines factas, non quocunque modo, & fine, sed ad ornancementum parietum, quæ ratione nomen pictura est communis imaginibus, cum multis aliis rebus, quæ pinguntur, qualia sunt animalia, flores, &c. In Ecclesia vero pro reverentia loci pingebantur imagines Sanctorum, aut sola, aut certè ab aliis alia non pingebantur. Iam vero ita pictæ ex modo, quo pingebantur, & ex loco, id est, in parietibus, & ex fine, scilicet habitu solum ratione ornamenti parietis, aliquid dignitatis amittabant, propter accidente dicta corruptione. Propterea flatuit

statuit Concilium *piliatas in Ecclesia esse non debere*, id est, *qua élent metu ornamenti patietur; ne quod colitur, aut adoratur, in portinibus depingatur*: id est, *ne studio extortandi patietur, imagines, qua debent colli, & adorari, at proinde pungi, & collocati modo decente, & opportuno ad adorationem, depingantur in patietibus*, scilicet modo, *qui solum conferat ad pingendos patietes, minus vero conferat ad adorationem catum. & tunc verbum illud, ne quod colitur, subiectum verbo, pl. omni patietur in Ecclesia non esse, referatur ad picturas, & sensus est, ne pictura, qua colitur, & adoratur, nimis ritu, & more legitimo, quo colitur, & colli debet; in patietibus de-pingatur.*

Solutio argumentum aduersariorum ab aucto-ritate Epiphani. §. 2.

Secundum obiectum Caluinus auctoritatem Epiphani in ep. ad Iohannem Episcopum Ierosol., quæ est etiam sexagesima inter epist. Hieronymi, vbi narrans suum iter versus Bethel, sic ait: *Cum venissem ad villam, qua disci-va Anabat, vidissimum ibi praetextum Iernarem ardentes, &c. inueni velut pendens in foribus rufum Ecclesiam uniuersam, arque depictum, & biberni imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam, non enim mensis cuius imago fuerit: cum ergo hoc vidissimum in Ecclesia Christi contra incolas Scro-pinarum, hominis pendeat imaginem, sed illud. & intra monasterium Iohannem Episcopum: Deinceps precepit in Ecclesia Christi siuus finaliter, que contra religionem nostram erunt, non appendi: decti enim honestam them hanc magie habere possidimus, ut scripulostate tollat, qua indiget eis Ecclesia Christi. De hoc facto, quid sit indendum non vna est omnium opinio. Alfonso Castro lib. 8. contra hereses, verbo, *Image, planè sentit Epiphanium errare contra cultum imaginem, non tamen esse hereticum, eo quod res non esset recte Epiphani aperta, neque quod ipse sciat definita; sed immixtio tribuit hunc errorem tanto viro.**

Alanus Capus d. 5. cap. 21. negat, dictam epistolam esse Epiphani, & eile à Hieron. translatam, eo quod in Gracis exemplaribus nulquam reperitur, sed nihilominus huius epistola, quæ in epistolis Hieronymi est sexagesima, meminit ipse Hieron. epist. sua sequenti sexagesima prima, quare etiam hanc oportet negare eile Hieronymi.

Vvaldensis tom. 3. cap. 157. ait id factum ab Epiphano, zelo vitandi errorum Antropomorphitatum, qui Deum corporatum esse dicebant, sed verba epistole restabant, imaginem illam non fuisse Dei, sed hominis.

Quidam dicunt, imaginem, quam scidit Epiphanius, non fuisse aliquius sancti, sed prophani cuiuspiam hominis, qua honoris causa pro fotibus templi appensa esset, neteriose absclafam, co quod esset contra Scripturam. Ita sentit Marianus Victorius in annal. in hanc epist. cuius opinionem sequuntur quidam recentiores, & confirmant his indicia. Primum ex eo, quid Epiphanius dicit, *fuisse imaginem quasi Christi, vel sancti, & volunt vocem quasi, habete vim ad significandum illam non fuisse imaginem Christi, vel hominis sancti, sed hominis prophani, qua ibi esset picta, & exposta instar imaginis Christi, vel sancti, & quasi esset imago Christi, vel sancti. Illam etiam particularum, non enim remini cuius imago fuerit, non significare quidem ignorare se, an esset Christi, vel sancti alicuius, id enim inquietum, non poterat latere, cum esset coram posita, sed ignorare cuiusnam hominis prophani fuerit.* Secundum indicium est, quod incole villa illius, templique custodes obmurmuraue-

Obiicitur primò Iren. lib. 1. c. 14. qui inter hæreses Gnosticorum, & Carpocratens, quod colerent imagines Christi, & Pauli, casque coronarent. Respondeo non reprehendi in his cultum, honorisque imaginum, sed ritum Ethnicum, & superstitionis, modum honoris profanum, qualiter fuisse cultum exhibuit dictis imaginibus ab his hæreticis, tradit Epiph. hæf. 27. vbi narrat dictas imagines Christi, & Pauli, eodem loco, & honore ab ipsis habitas, quo imagines Poëtarum, & Philosophorum, Homeri, Pythagoræ, Arisophoræ, & subdit haec verba: *Cum quibus (scilicet Philosophis) etiam alias imagines Iesu colligant, colligantque adorant, & genitum misericordia perficiunt: credite enim his imaginibus, de cetero genitum mores seruant: qui vero sunt genitum mores alii, quam sacrificium, atque alia?* idem refert Augustinus hæf. 7. Non licet autem sacrificare imaginibus, nec decent illas alii honores profani. Professunt etiam hæretici Epiph. hæf. 79. negantem

cultum imaginibus, sed ibi Epiphanius solum agit de B. Virg. contra Collyridianos, vt superè dictum est.

Secundò Balthasar Hyemarius combitus Viennæ ob pertinaciam, in libedito contra imaginum cultores allegabat Ambrosiū in oratione functi ad Theodosium, vbi sic habet: *Inuenit ergo Helena crucem Domini regem adorans, non lignum crucis, quia hoc Gentiles est error, & vanitas impiorum, sed adorans illum, qui perpedi in ligno.* Respondeo, idem Ambrosius paulo post subdit: *Sapiens Helena egū, que crucem Christi in capite Regem leuisam, & collucis, ut crux Domini in regnum edatur.* Et deinde aliquibus interpositis verbis de adoratione clavi, quo transfixi sunt Christi pedes, sic habet: *Ferro pedum Christi Reges undinantes, Reges adorant, & Plotiniā dimicant eis negant.* Itaque Ambrosius non negat adorationem crucis, & clavi omnino & absoluti, sed vel negat ipsum ligno in se diuinitatem, quia sit per se adoratione dignum, vt indicit quantum interit interior, & idololatras, qui agnolcebant diuinitatem in lignis, & lapidis, vt suprà dictum est, & exponit Systus Senensis lib. 5. Biblioth. anno. 247. vel solum vult declarare rationem cur adoraret crux, non enim quia lignum est, sed quia tale est, & talis forma, quae repræsenteret Christum crucifixum.

Tertius profert Hieronym. in cap. 3. Daniel. vbi ait: *Cultores Dei imagines adorare non debent.* Respondeo dixisse hoc Hieronymū occasione imagini Nabuchodonosor, quam tres pueri in Babylone adorare noluerunt: inde enim docti cultores Dei similes imagines, scilicet Regum, simili honore, que volebat adorari suam Nabuchodonosor, adorare non debere.

Quartus obicitur August. lib. de morib. Eccles. c. 34. vbi sic habet: *Noui multos esse sepulcrorum, & pilularum adoratores.* Bellarm. assert tres expositiones. Primo quid loquatur August. de cultu idolorum. Secundò quid loquatur de idololatria circa imagines Sanctotum, quam diximus suprà ex Damascoenō quodam sc̄latis fuisse; que due expositiones satis probabiles sunt. Tertiā addit, scilicet Augustinum recens conue sum offensum fuisse quibusdam ritibus, quos putari pertinent ad idololatriam: scriptis enim hunc librum initio conversionis; ceterūn̄ poltea lib. 8. Cuius. c. vi. ait eos, qui id faciunt, non offerre epulas mortui, sed solim ponere cibos super tumulos Martyrum, vt eorum precibus sanctificantur. Valsquez disq. 107. c. 5. n. 30. et 31. non probat hanc responsionem, cu quod, inquit, lucis claritas sit, Augustinum id quod dixit lib. citra. ac moribus Eccl. non correspicit loco cit. de cimi. Dei: hic enim loquitur de sepulcris Martyrum; ibi vero de sepulcris non Martyrum, sed quorunque mortuorum. Hoc quidem discrimen viciusque loci probable est, sed non evidens, vt fertur: quanvis enim postquam dixit Augustinus, *Noui multos sepulcrorum, & pilularum adoratores,* subiecit illa verba, *Noui multos esse, qui luxuriosissime super mortuas bibant, &c.* tamen obsecrare oportet, Augustinum ibi series quodam numerate varia peccata, qua per id tempus fiebant, sub repetito aliquoties verbo: *Noui fieri hoc, noui fieri illud, &c.* sive connexa sint peccata, quæ narrat, sive non; probabile tamen est, vt dixi, adoracione sepulcrorum, quam ibi vituperat, fuisse iuxta prauum ritum ibi-dem commemoratum circa sepulcrum, & cibacula, quibus exhiberent epulas, simulque vacarent luxuri, intemperantia, & ebrietatis, quas, inquit, depurarent religione: quare videtur ea cadavera non fuisse saeuctorum, sed quorunque mortuorum abique discrimine. Proinde neque pictura erant sanctorum; & quanvis tam cadavera, quam pictura essent sanctorum, tamen in illo situ cultus, & adoratio erat abusus, & supersticio, quam duntaxat, & nihil aliud reprobavit Augustinus.

E

Quintus

Quintu[m] obiciebat Gregorius lib. 7. ep[ist]l. 5. & 109. & lib. 9. ep[ist]l. 9. vbi dicit imagines adorandas non esse. Respondeo de sententiis Gregorii dubitate nō licet, nam ep[ist]l. 5. docet nos ante imaginem Christi meritò proste[m], & ep[ist]l. 9. & 109. citatis reprehendit Serenum quod imagines configilat, quas nouerat à fidibus adorari: iolūm ergo negat imagines adorandas ritu Gentilium, nempe tanguam Deos.

Sextu[m] obiciebat duetus Balthasar Eusebium Cæsareiensem, quem ante illum obiciebat Gregorius Neocæsareiensis Episcopus. Iacobinus in definitione septima Synodi sic falso nominata, qua recentur in vera septima Synodo aliene 6. Hic, inquam, Eusebius in ep[ist]l. ad Constantiam Augustam pertinet imaginem ad se ab illo mitti, monet non esse querendum ne pingendam imaginem. Respōdet Epiph. Diaconus ep[ist]olam h[ac] Eusebii reprobantem esse cum plerisque alii eius scriptis non tetraeatis, fuit enim aliquando Ariensis. Aita quadam testimonia l'atrū dictus Gregorius Iacobinus obiciebat, qua refert, & relict Epiph. Diaconus ibid. ad. 6. tom. 5.

*Satisfit argumento aduersariorum ab autoritate
Constantinopolitanorum querundam
Conciliorum. §. 3.*

Tria Concilia proferuntur à recentioribus hæreticis aduersus imagines, scilicet duo Constantinopolitanorum, & unum Francofordiensis. Primum Constantinopolitanum, sub Leone I. Auctiōne non solum caruit solemnitate requīsa ad obtinēdā auctoritatē Concilij, verūm tamē formam Concilij, qualcum habent pleraque factū p[ro]tivit[er]ia; non solum enim defuit auctoritas & interuentus Rom. Ponit[ur] s[ed] p[er] se, vel per legatos suos, sine quo non constat locutus Concilij, verūm nullus nominatur Episc. qui interfuerit: nam Sigebertus, Abbas Vsp[er]genensis, Regino, Zonaras, & Cedrenus, qui incriminatur Leonis Imperat. non minime rurunt alicuius Concilij, sed fidelium duodecim sapientum, quos, cùm non posset ad suam sententiam trahere, tradidit igni cum domo simul, & libris. Paulus verò Diaconus lib. 21. *Kern Roman*, de Leone ita scribit: *Indicione tercia Imperij sui septimo Kal. Ianuarii, Feria tercia, Leo sibiūm celebravit contra venerabiles concilios in tribunali, p[ro]p[ter]a eum, non auctoritate quicquid Germano sanctissimo Patriarcha, reatu posse illi persuadere quo subserbaret contra fratres impios, qui, cùm se id facere non posset, siue universali confusio refudat, ut alter Iona[n]s ne proper spissum orget temp[er]at, Episcopatu[m] renunciavit. Pro quo, inquit Paulus, Anastasiu[m] substitutum, illic nulla sit mentio Epi[st]olae; propterea quidam putant fuisse congettationem iudicium laicorum, quam voluerit Imperator constituta auctoritate Germani Patriarcha, sed vero sibiūl[us] est fuisse conuentum aliquorum Ecclesiasticorum, qui valerent dignitate aliqua, vel auctoritate in cunctate Constantinopolitanā, ut in re Ecclesiastica seruat[ur] aliqua forma iudicij, non pro[te]ctio E[cclesiastici], sed Ecclesiastici, quemadmodum prius conatus fuerat Imperator confirmare suam hæreticā auctoritatē duodecim sapientum. Religiosi autem Episcoporum extra Anastasiū Pseudo-Episcopum, substitutum Germano Patriarcha, defuisse. Ridiculum autem est quod habent Centuriatores, Historicos inuidiae causa subiectiūl[us] nonnulla Episcoporum, qui interfuerunt, cùm profecti non hoc solum Concilium seu conciliabulum fuerit contrarium fidei, sed quedam alia, quorum Episcopi nominantur a scriptoribus, cuiusmodi fuit Synodus Arimmeniis, Concilium Carthaginense, vbi definitum est hæreticos rebaptizandos, est præterea sequens Concilium Constantinopolita-*

A num congregatum contra imagines.

Secundum ergo Concilium Constantinopolitanum coactum sunt op[er]a Conflanini Copronymi anno 735. Episcoporum 330. auctore Sigeberto, & Cedreno, quod quidem ab hereticis nominatur septima Synodus vniuersalis. Vocat[ur] hoc Cœiliū quid[em] Ephesinius, scilicet Sylus Senensis lib. 5. *Bibliotheca annotatione* 247. Bartholomaeus Caranza in lumina Cœliorum, & auctori p[re]fationis ad septimum Synodum in antiqua Conciliotum cōpilatione, errore ducti quid[em]. illi præcederit Theodoreus Episcopus Iaphneus, nam fuisse Constantinopolitanum habetur ex VII. vera Synodo Nicena, vbi inferiorit[er] ali. 6. tom. 1. diciturque celebratum in Ecclesia B. Virginis, que cognominatur Blachernis; quod etiam dicit Paulus Diaconus lib. 22. & nouissime Laurentius Surus in *Præfata* 7. Synodi. Hoc ergo Conciliabulum in definitionibus, quæ referuntur aliene 6. septima Synodi tom. 6. dauntur primò imaginem Dei definitione 1. & 9. deinde de Chirili, definitione decima & sequentibus ad extrellum omnium fautorū, his verbis: *Si quis finitorum omnium ideas in imaginib[us] iranitatis, & muiu materialibus coloribus depingere studeat, cum nullum omnino usum offerat, p[er]petua. Anathema.*

Sed hoc Cœlium fuisse profanum, & illegitimum quid[em] caruerit solemnitate requīsa ad auctoritatem Concilij, habetur in VII. Synodo ali. 6. tom. 1. sub missi: vbi, cùm lectori fuisse, Pseudoepitoma Synodi hec titulus: *Definitio sancta Magna, & uniuersalis Synodi, subiunguntur Iosephus Caeciliarius haec verba: Quo patto sancta doctrina erit, que quid sit sanctum non intellegi? exercitabilis est & profana, & adulterina. Sc. in agnitionem Domini Dei nostri cum imagine simulacione delictum appellarentur. Quomodo autem magna, & uniuersalis in quā neque omnes cōfenserunt; & reliquarum Ecclesiastiarum p[ro]f. non admisserunt, sed anathematam cōm denuerunt? Non habuit cooperariū, ut hac, que nunc celebratur, Romanum Popam: neque illum sacerdotes, neque per vicarios, neque per Provinciales literas, quemadmodum iers in Synodo debet; quin etiam neque concordantes sibi habuit Orientis Patriarcha, Alexandrinum, inquit, Antiochenum. & vbi sancta summis Pontifices, neque cum illis etiam mystas, & sacerdotes. Hac ibi. Eodem modo de hoc Concilio loquuntur scriptores. Cedrenus vocat insipium; Zonaras concilium profanatum hominum. Alij ut Pelleus, Photius, Niccephorus, Nicetas, Paulus Diaconus, Regino, Ado, Sigebertus, Abbas Vsp[er]genensis, vel non numerant hoc inter Concilia, vel aperte relictū.*

*Quæ sit sententia Concilij Francofordiensis de
imaginibus. §. 4.*

Precipuum argumentum sumunt hæretici ex Concilio Francofordiensis, à quo dicūt damnationem esse VII. Synodus Nicenam, quatenus definivit imagines esse adorandas. Hanc autem damnationem prohant p[er]mō ex actis qua non ita pridem ipsi in lucem edidurunt. Secundò ex historiis Abbatis Vsp[er]genensis, Antonij, & aliorū, quos infra referemus. Tertiò ex libris Carolini, in quibus statuit imagines rei[n]endas quidem, non autem adorandas, quos libros dicunt editiōs à Carolo Magno, & oblatis Patribus Concilij Francofordi, atque ab iis suscep[t]os, & approbatos.

Quid actuū sit in hoc Concilio Franco de imaginibus: an ibi proposita Synodus legitima Nicena, & qua fuerit Patrium Francofordiensem sententia de illa, non satis constat; & scriptores tamē veteres, quam recentiores, ac Theologoi, magna sunt in varietate constituti, quas sanè controvenerint dītimere, & concludere Concilium Francofordi, nō aduersari imaginibus non est v[er]aque deo ad rem nostram necessarij,

vt absque hoc stare nequeat fides haec tenus tradita de adoratione imaginum. Nam si concurant duo haec Concilia, eorumque definitiones contraria sunt, nulli dubium esse debet recipiendam fidem Nicenam Synodi qua fuit vniuersalis, & confirmata ab Adriano Papa; nec posse quicquam obesse Francofodiensem que neque fuit vniuersalis, neque confirmata ab Adriano Papa in caulla imaginum, si ea contradixit Nicenam; quandoquidem Adrianus institutum Synodum Nicenam pro imaginibus, eamque conformatum, scriptique epistolas pro defensione adoracionis imaginum. Idem dicitur de libris Carolinis; quis enim audet in definitione fidei preferre auctoritatem regiam, seu imperiale Pontificis? quiaquam, vt dicam, horum librorum auctor non est Carolus.

Nihilominus certum esse debet Synodum Francofodiensem nullo modo damnasse legitimam imaginum adoracionem, qualem definivit Synodus Nicena, & qualis esse dicit: nec damnasse ipsam Synodum Nicenam legiuum. Prudens dixi legitimam adoracionem, quialis, & legitimum Concilium; verum enim damnauerit illegitimum, seu superstitiosam aliquam adoracionem; illegitimumque Concilium, quod tale fuerit, vel astigmatum tale, an non; varia sunt opiniones, de quibus infra.

Quod ergo non damnauerit legitimam adoracionem, legitimunque Concilium, probatur, quia sic defecisset a Romano Pontifici, qui stabat pro veterina imaginum adoracione, & dedit auctoritatem Concilio Niceno, & fusiles schismaticum, & hereticum, sequi non modo nulla ne quidem apud hereticos extra historiam talis schismatis, verum exstant historiae & testimonia summa coniunctionis, & obedientiarum.

Priuim enim interfuerunt illi Concilio legati Papae Adriani Theophylactus & Stephanus Episcopi; interfuerit etiam Carolus Mag. Imperator, vide obliquens Romanę Ecccl. & nominatum studius Adriani Papae, ut infra dicitur, eius sunt illa verba in epist. ad Episcopos Hispaniæ, Apostolicæ sedi, & an quis ab initio nascens Ecclesia, & Catholicis traditionibus tota mentis intentione, tota cordi alacritate concurrat.

Secundum ipmiser Patres Concilij Francofodi, obedientiam hanc profiteretur in attributo eius, qua iam extat, praesertim in libro Sacrolylabo finē, vbi damnant hereticos, ita concluditur. *Referato per omnia iuri priuilegio summi Ponif. Domini & Patris nostri Adriani Papæ sedis Beatis. Papa.* Proflentur etiam sepe Patres illi, se non recedere à maiorum traditionibus.

Tertiò prope illa tempora non defuerunt heretici hostes imaginum, qualis maximè fuit Claudius Taurineus, qui sanè ad defensionem sui erroris non prætermisset magnum hoc argumentum ab auctoritate vnius Concilii damnantis definitionem alterius Concilii, qua talis error condemnatur: atque neque ipsi vobis est tali testimonio, neque Ionas Aurelianensis, qui refutat ipsum, eiisque argumenta, meminit huius argumenti.

Ad extremum non minus erat recens ea ætate error Iconomachorum cōtra imagines, quam error Felicis & Elipandi super memorias de filiatione Christi: & Pontifex Adrianus æque contra virumque scriptis decretales Epistolas, & verò plures & notissimas ab initio contra Iconoclasmum. Nam ea quam scipit contra Felicem, & Elipandum, dī latuit vñque ad nostra tempora, ergo si de vitrore errore actuū fusset in Concilio Francofodi, idque vnum damnasset, alterum recipisset, & comprobaret; sanè non approbasset tale Concilium Adrianus, ne quidem quoad damnationem Elipandi, siquidem erat non modò schismaticum, verum etiam hereticum; ne tali approbatione adiungeret illi auctoritatem aliquam; aut fal-

tem damnasset illum in eo, in quo errauit, quod erat necessarium tum ad occurrentium publico errori in Occidente, tum ne approbatio vnius definitionis cum silentio alterius habetur pro tacito consensu, & approbatione alterius, quod sit vera, aut faltem quod non sit heretica.

His politis que nobis possent esse satis, cum prese-
fertim tanta sit varietas in historiis; & de quo quod fa-
ctum sit in concilio sunt varie sententiae. Prima
sententia est Concilium Francofodi, definitum non
esse adorandas imagines adoracione latræ, sed alia
inferiori, iuxta varius gradus: damnasse autem Sy-
nodum Nicenam secundum, eo quod decepti illi Patres
Concilij Francofodi, circa notitiam facti, persuasi sunt
primo dictam secundam Synodum definitiæ imagines
esse adorandas cultu latræ. Deinde secundum definitio-
nem fuisse factam absque consensu Rom. Pontificis. Itæ
autem duo falsa fuisse delata ad Synodum Francofodi. &
ab eadem habita tanquam vera, probatur primò ex li-
bris falso quidem attributis Carolo Mag. verunitam
scriptis, & quidam putant in Concilio Francofodi, &
tempore Caroli, in quibus libris habentur hæc verba:
*Alata est in medium (scilicet in Synodo Francofodi.) qua-
ficio de Nona Gracorum Synodo, quam de adorandis imaginib-
us Conflantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebant, ut
qui imaginibus sanctum ita ut Deifica Trinitatis seruit, aut
adoracionem non impenderent, anathema iudicarentur; qui su-
pro sanctissimi Patri nostri omnimodi orationem, & seruit
eis impendere renentes, contempserunt, atque conseruent
condemnabantur.* Præterea in ipso opere introduxitur
Constantinus Conflantini Cyri Episcopus in Con-
cilio Niceno anathema dicens iis, qui non adorant
imagines, eo cultu, quo adoratur SS. Trinitas. Idem
auctor dicit, ad summum Pontificis pertinente iudi-
cium controversiarum fidei; ideoque non esse haben-
dā fidem dicit Synodo pro adorandis imaginibus,
quod Pontificis auctoritate careret. Fuit autem hereti-
cus Ieronimus auctor horum librorum Carolinorum,
quem putat hæc sententia hæc duo falsa ob-
trudit Synodo Francofodi Synodo Nicena, atque ita
vitrique Synodi injuriam fecisse.

Secundum hoc ipsum probant testimoniis historia-
rum, priuim scilicet Hincmarum in lib. contra Lau-
dunensem Episcopum e. 20. cuius verba refert Alanus
in dialogo 4.e. 18. & 19. Scilicet: *Septima autem apud Gra-
cos vocata universalis Pseudosynodus, de imaginibus quas
quidam confingendas, quidam autem adorandas dicebant,
neutra vero pars intellectu sane definiens sine auctoritate Apo-
stolice sedis, non longe ante nostram temporam Nicæa est a com-
pluribus Episcopis habua, & Roman missa, quam & Papa
Rom. in Franciam direxii. Vnde tempore Caroli Mag. Imper-
atoris, insigne Apostolice sedis generalis Synodus in Francia
convocato præfato Imperatore celebrata, & secundum scripu-
tarum translatum traditionemque maiorum ipsa Gracorum Pseu-
dosynodo destruuta, & penitus abdicata: de eius destruptione
non modicum volumen, quod in Palatia adolescentium legi, ab
eodem Imperatore Romani est per quoddam Episcopos missum.*
Accedunt Ammonius, seu Ammonius, Ad, Abbas Vf-
pergenis, Regino, Joannes Auennus; qui quidem
conueniunt in eo quod dicant in Synodo Francofodi, damnatam Synodum celebratam pro adorandis imaginibus: differunt tamen in nominando loco vbi sit cele-
brata, & Imperatoribus sub quibus sit celebrata; quidam enim nominant Constantinopolim, scilicet Annonius, & auctor librorum Carolinorum; quidam in genere Synodum Græcorum, scilicet alij, præter
Hincmarum, qui nominat Nicenam. Ammonius accep-
te celebratam Constantinopoli sub Constantino, & Irene, sub quibus non est celebrata Constantinopolitanus, sed
Nicena. Itaque cum dicunt hi auctores damnatam
Synodum pro adorandis imaginibus, in verbo adoran-
dis

du videatur intelligere adorationem latræ.

Hæc sententia est Bellarmini lib. 2. c. 14. eadem est Genebrardi lib. 3. Chronologe anni 794. vbi sic loquitur: *Additum Patres qui Francorum concuerunt non satis habuissent perspicillam Nicena Synodi sententiam, ne sciret acceptos falsi rumoribus, & scriptis. Num contraria eum sic dicentes ac si ad gloriam magnum adorationem simpliciter incubuerat, cum prius de resuens in quibus si farcisset, & egisset aduersus Confutacionem patrum? P. Petrus Hispanus, quæ de confundendis, & omnino tollendis paulo ante canones ruderat. Alioquin hoc cum illa idem plane indicaretur, ac sensu. Hec Genebrardus, vbi sancte adorationem intelligit latræ; quæquam displicer quibusdam quod videtur his verbis tollere omnem adorationem imaginibus, & solum probare quod retenetur, aut certe, quod minime explicauerit, si non ita sentit. Idem infra de libris Carolinis loquens subiungit: *Passim vulgant reverendas esse imagines in ornamento Ecclesiæ, sive duntaxat armant adversus res ipsas quam præcent imaginum adorationem, quænam Nicena ipsa cognovit.* Sed profecto quamvis poterit Genebrardus sese amplius explicare, tamen his verbis nihil tradidit, quod istam reprehensionem meritatur. Primum illa vox, *simpliciter*, addita adorationi determinat locutionem ad precipuum, que est latræ; & fatus nouerat Genebrardus libros Carolinis, & cuiusmodi adorationem dicentes approbatam a septima Synodo, scilicet latræ. Dicit autem ipsam pugnaciam pro retinendis imaginibus, quoniam id, quod maxime curabant iconomachi, erat ipsorum exercitus, & combattitio, non autem quod lentiter septimum Synodus nullam adorationem imaginibus tribuendam patet, eiudem sententia fuit Baronius.*

Sed recitum pallium hæc sententia a recentioribus, neque caret difficultate, primum quia V I I. vera Synodus Nicena celebrata fuit sub codice Pontificis Adriano, sub quo Francof. & huic interfuerunt ipsius legati, quos credibile non est aut fuisse necios termini tractatarum in V I I. Synodo, aut non aperiisse illas Concilium Francof. cui aderant, nisi forte dicatur, quod referunt quidam, & dicant etiam Centuriatores, legatos, & Adrianum in hac parte refutuisse Concilio Francof. at certè aut dicitur restitutæ definitione Concilij huius; sed definitio ipsius erat Catholica iuxta fidem Synodi Nicenæ, & Pontificis, scilicet imagines non esse adorandas cultu latræ. Etenim ille idem Constantius Episcopus qui in libris Carolinis dicitur probasse cultum huius latræ, disertis verbis *alium*, post epistolam Theodori Patriarchæ contumiam confiteatur, vbi sic habet: *Sufcipio, & ampliolor generanda imaginis adorationem avem, quæ sit secundum latriam tantum subtilitatem, & omnia limitata confessio, quæ velut alter sententia anathematis subiaceat.* Idem dicit Basilius Ancyranus, *alii*, & cuius definitio similique fidem Constatij Episcopi contra mendacium libri Carolini, defendit Adrianus in scripto de imaginibus. Autergo dicitur Concilium Francof. restitutæ opinioni falsæ, quam de Niceno, quæd hanc doctrinam habuisset; sed non erat eis discrepant; in promptu enim erat profecte acta V I I. Synodi, aut curare statim offerri. Itaque non videtur relinquere locutus sententia quæ dicit in Concilio Francof. r. etiam V I I. Synodus, & definitum aliud contra illam.

Confirmatur, nam error, qui fertur damnatus in Concilio Francof. non potest esse error Christianorum, sed Genitilium tribuentum diuinitatem, honoremque diuinitatis lignis, & lapidibus: ergo & incredibile videri potuisse cadere in V I I. Synodus; & verumque fuisse in ea opinione, vel suspitione, patres Francofondientes, laud difficile potuisse dedoceri. Adde quod neque credibile est Syno-

dum Nicenam eiusque cogenda cassam visqueadeo in Gallia, Germania, &c. publicam, potuisse latere Patres Concilij Francofondientis. Deinde auctor deceptionis, qua fuitur decepti Patres Concilij Francof. perhibetur Hincmarus ab auctoribus huius sententie, post libros Carolinos; atque Hincmarus narrat V I I. Synodus Nicenam primum Romanis, inde vero à Rom. Pontif. in Franciam missam, & eius iussum tempore Caroli Mag. Synodus Francofondum conuocatam.

Deinde tantus error magni Concilij Francof. non fuisset silentio præteritus, nec permisimus V I I. Synodo tam turpam notam adhædere te ab Adriano; cum præterim ipse scripterit defensionem V I I. Synodi in causa adorationis imaginum, & quidem circa cultum latræ contra libros Carolinos; nec tacevissent alii scriptores librorum pro imaginibus, scilicet Ionas Aurelianensis, Paulus Diaconus, & Eginaldi.

Secunda sententia est, Concilium Francof. nihil statuisse contra Concilium Nicenam. Sed primùm a perverso auctore librorum Carolinorum, malitiōse attributum errorem septima Synodo Nicene de cultu latræ imaginibus exhibendo, ac defecit aucto ritus Pontificis. Deinde malitiōsus confititam narrationem damnationis eius factæ in Concilio Francof. Inde vero, scilicet ab auctore horum librorum deceptum fuisse primò Hincmarum; deinde alios omnes scriptores, qui referunt damnationem septima Synodus in Concilio Francof. Omnes enim fuitur posteriores Hincmaro; Hincmarum vero deceptum fuisse nō quidem præfatione librorum Carolinorum, in quibus apparet scriptum Synodus Francof. damnationis V I I. Nicenam, sed ipsis libris Carolinis, in quibus hæc ex instituto damnatur: quoniam ipse testatur se cum esset adolescentulus, videlicet in Palatio Imperatoris, ac legiile volumen destruc tionis dictæ V I I. Synodi factæ in Synodo Generali Frâcia conuocata ab Inscriptore iussu Pontificis. Cen tent autem auctores huius sententia præfatum volumen fuisse librorum Carolinorum, in quibus refutatur V I I. Synodus Nicena, non verò Concilium Francof. deceptum vero Hincmarum vt potest adolescentulum & imperitum ea atate, potuisse confundere volumen librorum Carolinorum cum Concilio Francof. cum præfatum censeant hos libros compositos Francof. à pluribus per modum Concilij; & auctores huius cibiliabili esse, quæ in præfatione horum librorum edita fuit ante, sive post extem Hincmai (quod ipsi est incertum) nominantur Patres. Itaque auctores librorum Carolinorum, & Hincmarum fuisse, illum malitiōsem, hunc autem ex ignoratione. Consequentes vero scriptores, ac inter ipsos primum Antonium dicentes V I I. Synodus Nicenam damnata fuisse Francofunti, non aliunde, quæ ab his libris, & ab Hincmario potuisse accipere, id, quod scripserunt. Ita fuit Vasquez dispatat. 107. c. 8, & 9.

Hæc sententia quoad id, quod ait, Hincmarum potuisse decipi, id est, quod credibile sit deceptum fuisse, non alia conjectura nisi potest, nisi ea, qua probatur non esse credibile Concilium Francof. definiti se quidquam contra Synodus Nicenam, & contra Adrianum papam, ut propterea necesse sit subelli de ceptionem aliquam in historiis, qui hoc affirmant, & ex his in omnium primo à quo reliqui accepissent, scilicet Hincmaro. Addita secundò alia conjectura adolescentia qualitate sua minus perita, nimisque idonea ad defecendum libros Carolinos à libro aucto rium Concilij Francof. Sed certè quod attinet ad primam conjecturam, illud videtur continere boni hæc sententia,

Sententia, quod cum ex ea inferatur in omnibus dieis Historici subelle errorum, & cedibile non videat ut tam multos hallucinatos, vni tantum tributar error, ecclesi vero excusentur omnes. Sed primum non videntur recte exculari reliqui: nam concientia, que mouent Theologos autores huius sententiae ad tribendum errorem Hincmaro, petitae a coniunctione Concilii cum Adriano, & ab adolescentia Hincmaro, sunt per se faciles, & cuius praeferunt historico obvia, propter quas posuerint cohibere fidem, & allenium in uariatione Hincmaro; quod si & hi rectiores, & multi alij superioriter atque post Hincmarum, & eos qui ipsum videntur fecuti, reculerunt a sententia Hincmaro; cur non recesserint illi ob causam cauillias ipsius magis notas. Deinde non requiritur tanta peritia ad discernendam utrum volumen, quod vidit in Palatio, continuerit acta Concilij, an libros Carolinos, vt non fuerit satius ad adolescentes, praesertim non ineruditus, qualis confundens est, qui incumbebat euoluendis eiusmodi libris. Quod si demus minus peritum tunc fuisse, certe idem tenor, qui per id tempus probè nouerat te talum fuisse, temere credidisset sibi minus perito, & praeterea poterat recollecte stylum librorum Carolinorum longè diuersum à stylo Conciliorum. Ad extreum ex verbis Hincmarii infra citandis habetur eum non fuisse deceptum, ut fertur. Nam primum narrat damnatum VII. Synodus in Concilio Franciae, & destructum. Deinde subdit de huius destruacione videlicet se integrum volumen adolescentium in Palatio Regis, quo significatur hoc volumen fuisse opus distinctum à dicto Concilio, qualem volumen fuit liberum Carolinorum, non vero fuisse Concilium ipsum; si enim hoc esset, debuisset dicere videlicet se acta eius Concilij cuius meminera.

Tertia sententia est in Concilio Franciæ non fuisse damnatum VII. veram Synodum Nicenam, sed VII. falsam Synodum Constantiopolit. sub Constantino Copronymo. Ita sentit Alanus Copus *Didascalie* 4. c. 8. & 19. Sanderus lib. 2. de im. g. Fauent huic non panti Historici, scilicet Paulus Amelius lib. 2. ac g. f. Franco-rum. Platina in *Adriano*. Sabellicus emendat. lib. 8. Blondus emendat 2. lib. post meum. Petrus Galifar-dus in *Chronographia* sub anno 816. in Carolo Mag. Anselmus Ridolus in *Catalogo annorum & principiorum*, quem refert Alanus Nauclerius in *Chronologio* sub 2. generatione 27. Accedit autoritas Concilij Senonensis in decreto fidei c. 14. vbi sic habet: *Carolus Mag. Francorum Rex Christianissimus Francofordiensis concurredit in sensu errore super profissu infamiam*; scilicet Iconomachorum. Nouissime H. Mutius inter rectiores; qui profutetur se omnes libros historicos, quos exacte leui, studiosè exalluisse, lib. 9. de Germanorum origine & gestis in principio loquens de Concilio Francofordiensis celebrato à Carolo Mag. sic habet: *In eo Concilio damnata est Felicia-norum heresi, & opinio eorum, qui imagines in templis non ferenda putant, & docent.*

Hec sententia videtur probabilis, primum quia quamvis quidam scriptores, qui scripserunt de hoc Concilio, meninerint solum damnationem Elipandi, & Felicis, nihil autem dixerint de imaginibus, videlicet Sigebertus in *Chronico* anno 793. Marianus Scotus lib. 3. *Chronicorum* anno 6. Lambertus Schlaunburgensis, Paulus Diaconus, Zonaras, & Cedrenus: tamen non videtur verosimile nullus fuisse in eo Concilio sermonem de imaginibus, cum fuerit auctoritate ciudem Pontificis Adriani recens hæc controversia tractata in Synodo II. Nicena, praesertim eius legatis, eodemque annente definita; nec deficiat tunc ex Pseudo-synodo Constantini Copronymi falso dicta VII. nonnulla reliquia Icomachia exinguenda,

A Sed neque vello modo verosimile est definitionem Synodi Nicenæ aduersus illam propositam fuille Synodo Franco. vt subiicitur eius examini, & iudicio utrum admittenda, an non; sic enim Pontifex mōtū derogatus auctoritati Apostolicæ, & Conciliorum generalium, sed solū ut comprobaretur, & ea comprobatione recipere vires contra aduersarios superstites, qui non acquiescerent Synodo Nicenæ. Itaque finē opera Concilij Franco. solū fuit comprobato VII. Synodum veram, ea comprobatio fuit reprobatio falsæ VII. siue fuit reprobare hanc, ea reprobatio fuit comprobatio illius. & si vnu fuit titulus questionis, cuique tractatio, scilicet de imaginibus adorandis, sub quo utraque VII. Synodus, felicet falsa, & vera proposita fuit consideranda Concilio Franco. & de utraque latum iudicium, tum comprobacionis, tum reprobacionis sub hoc titulo, sub quo utraque fuit proposita: & cum dicitur damnatum VII. falsa de imaginibus adorandis sensus est, damnatum esse de errore, quem tenuit in hac causa de imaginibus adorandis, vel damnatum esse eius errore de imaginibus adorandis, id est, de adoratione imaginum; sicut dicere possumus, damnatus est error Pelagij de necessitate gratiae, Calvini de veritate Eucharistie, multorum hereticorum de auctoritate Papæ, cum vero dicitur approbata vera VII. Synodus de adorando imaginibus, intelligitur eodem modo, id est, de adoratione imaginum, & de eo quod dixit de adoratione imaginum.

Hinc videtur posse assequi mente scriptorum in tanta varietate, qui enim non meminerunt de imaginibus dum tractant de rebus sanctis in Concilio Franco. solū voluerunt scribere ea, que ab ipso sancta, & definita sunt. De imaginibus autem ideo nihil scribunt, quoniam de his nihil definitum est à Concilio Franco. vt nec erat definitum, sed solū fuit obediens recepta, & comprobata, vt debuit, definitio VII. Synodi. Et sanè eo silentio dicti scriptores interpretantur non quidem nullum fuisse legemonem in hoc Concilio de imaginibus, hoc enim credibile non est, vt iam dixi, neque vero fuisse aliquid definitum, & ipso voluisse definitionem hanc scribere cum definitione facta contra Elipandum, & Felicem; ut enim omittentur, sed non fuisse quidquam in eo de imaginibus dechinitur.

Aii vero dixerunt damnatum VII. falsam Synodum, quoniam comprobatio definitionis VII. veræ Synodi contra falsam, est damnatio falsæ, quales sunt autores superius citati.

Alij denum variè loquuntur, & quidam dicunt damnatum VII. Synodum de imaginibus adorandis. Ad in *Chronico* anno 6. sub anno 793. habet. *Pseudo-synodus*, quæ VII. Graci appellant pro adorando imaginibus abdicata penitentia. Ioannes Auctinensis in *Historia Basorum* sic inquit: Item alii Gracorum de imaginibus adorando refusa sunt. Regino lib. 2. *Chronicon* anno 793. *Pseudo-synodus Gracorum*, quam pro adorando imaginibus fecerant à Pontifice abusus refuta est, per Pontifices intelligit Patres Concilij Franco. de quo loquebatur.

Eis his verbis Joannis Auctinensi de adorando imaginibus accipienda sunt modo explicata, vt idem sit ac de adoratione imaginum, in verbis Adonis pro adorando imaginibus. Alius vult præpositionem pro, accipit ha-
bet oppositum contra, & confrustrat cum verbo sequenti abdicata est, vt sit sensus VII. Gracorum Synodum abdicata esse pro adorando imaginibus, quam videlicet ei ipsi fecerant contra adorationem imaginum. Non est omnino alienum ab ea sententia hic sensus, verum tamen videat duriusculus & præposterus, & vi possit applicari verbis Adonis, non potest applicari verbis cuiuslibet Reginonis. Rediū ergo dicitur præpositio-

nem

nem pro, que aliquando accipitur ut opponitur ipsi causa, non minus frequenter accipi apud Latinos loco adiubet ob, vel propter, et sic sensus VII. Synodus que pro adorandis imaginibus, id est propter adorandas, seu propter causam adorationis imaginum facta est, ut loquitur Reginos; & Syodum VII. pro adorandis imaginibus, ut loquitur Ado, supplefactam abdicat, & rejectam esse: quo modo particula pro, cum den sensu facit, qui in notauius facere particulam de.

Præterea ad probandum damnatam esse VII. veram Synodum Nicenam in Concilio Francof. proferatur prefatio liborum Carolinorum citata a pluribus scriptoribus, extra quorum historias non invenimus ejus verba sunt hæc: *Allata est in medium (sedes Conclit Francof.) quædam nomina Graecorum, quænam de adorandis imaginibus Constantinopolis fecerunt, in qua scriptum habeantur, vt, qui imaginibus sanctiorum ita se desine Transtati fecerunt aut adoravissent non impenderent, anathema indicarent; qui supra sanctissimi Patres nojra (se, Francof. Conclit) immode adorationem, & servitum eis impendere renoverent, contemptur, aque conuenienter condamnaret. Sed hoc testimoniun est infirmatum ex pluribus capitibus, primum quia dubitari potest, an illa duplex parenthesi, scilicet in Synodo Francof. sit scripta ab auctore libro, vel polta interposita ab aliquo sive Catholicis, sive hereticis, & ratio dubitandi est potest, quid hæc particula sanctissimi Patris nostri contemplatur. propria est liborum Carolinorum, qua significantur pauci quidam eius auctores, ut colligetur in Adriano in scripto de imaginibus in responsione ad reprobationem capiti 36. & alibi falso numero. Iden ergo videatur significari in prefatione. Deinde illa verba, *allata est in medium quædam*, & loquuntur de personis, de quibus suscepit erat narratio, quæque erant materia sermonis: quod si ita est, vt verò debet esse, non erat ad rem addere parentheſim illam: id est, in Concilio Francof. Tertiò libri illi Carolini malitiosè tribuantur VII. Synodus Nicene errore idolatriæ: quare credere possumus non peccaverit Synodo Francof. quin odio Nicene tribuerent illi huins damnationem. Quartò non est contumentera coniectura Surij, quod aucto liborum Carolinorum in fraude hac minus fuerit cantus, vt cum voluerit tribuere Concilio Francof. damnationem Synodi Nicene, loco damnationis Pseudo synodum Constantinopolitanum, solum mortauerit materiam damnationis corrumpendo decretum Francof. sed mirabiliter Dei iudicio vt illas impoſita proderet oblitus sit Constantinopolim eratere, atque eius loco Nicenam substitueret, quod cum factum non sit, animaduerteret licet Francof ordine explosa esse Synodum celebratam sive Constantino Copronymo Ieronacho. Quintò in ea prefatione, sive parenthesi prefationis tribuitur manifestus error facti Concilio Francof. circa definitionem Niceni, quem errorem minime possitc cedere in illud, satis suprà ostentum est, quæ neque eadit supra Nicenam ea condemnatio. Demum aucto dicit prefationis scribitur Eliphilii, quod nomen videtur suspectum, utpote confectione ab aliquo eius nomen proprium inuisum esset Catholicis.*

Proferut præterea testimoniom Hincmarii Remensis, cuius verba suprà retulimus, dicentis VII. Synodum Nicenam habitem de imaginibus, quas quidam confingendas, quidam adorandas dicebant, utraque parte male, & sine auctoritate sedis Apostolice detinente, à P. pt in Franciam missam. & ibi à Concilio conuocato à Carolo Mag. defunditam & abhanc tam, cuius destitutiouis testatur se adolescentium volumen in Palatio legisse. In hoc testimoniou molaribus, quis vel affirmant eis auctoritatem, vel confirmant quod dictum est, sebique ei Concilio

Francof. damnaram VII. Pseudo synodum Copronymi. Primum, quælibet ille, unde sumpta dicuntur verba Hincmariani non estat; & Trithemius in operâ Hincmariani illam non nominat; solumque habet fragmētum hoc relatione Illyrici hominis heretici hostis imaginum, cui fidem habere non debemus, vt nos habet Alatus ipse, nec erit illæ Hincmarii; quod aduonet etiam Sharpe, & aucto notarium in Concilio Francof. Deinde quæ dicuntur ab ipso si accipiuntur dicta de vera VII. Synodo Nicena, falsa sint, aut de falsâ VII. Copronymi, vera sunt, & de illa intelligi debent: nimirum primò quod dicitur quodqmda confingendas imagines, quodqmda adorandas confusim, contigit in Pseudo synodum Copronymi, vbi prævaluit cius ius, & potentia, & à pluribus iniurie extorta est subscriptio contra imagines: ius autem & potentia locum habet vbi est contradictionis, præterea quia his verbis Hincmarii non exprimitur utrum contrarietas illa opinionum fuet in eos, qui interfectiunt Pseudo synodo, an vero inter hos, & alios extra illam, quales fuerunt Rom. Pontifex, & omnes Patriarche, aliisque Episcopi nisi adhærentes. Potest etiam intelligi ea contradictione inter VII. fallam, & VII. veram Synodum, quantum neutrā dicatur falso intellectu definitiūl quia falsa definitur confingendas imagines; veræ autem Nicene tribuantur in libris Carolinis, quod definitur tribendum imaginibus cultu latere, sive hos didicerit ab his libris Hincmarus, sive aliunde. Secundò quod dicitur defuisse auctoritatem Apostolicæ sedis, sicut verum est in Synodo Copronymi, non autem Nicena. Tertiò dicitur Synodum missam fuisse à Rom. Pontifice in Franciam: & ex eo quid subiungit propere conuocatam à Carolo Mag. Synodum Francof. à qua damnata est Synodus à Pontifice missa; habetur tuisse missam ut subiiceretur examini & iudicio: hoc antem solum verum esse potest de Synodo Copronymi, non autem de Nicena, quia, vt suprà admonitionis, nullo modo dici potest Pontificem subiicerere examini Synodum Generalem eius insu connocatas, & à se confirmatas. Verum quidem est fuisse missam Synodum etiam Nicenam, Constantinopolitanam verò fallam fortè non in distincto volumine, sed in codice scilicet comprehensam in Nicena, vbi iam includitur & condemnatur; totumque illud volumen appellatum nomine Nicene Synodi, in quo tamen condemnata solam fuerit Constantinopolitanæ, & recepta Nicena. Nec caret probabilitate, quod inde fuerit data occasio erroris, vt cum fuerit in Concilio Francof. cōdegnata Synodus Graecorum circa adorationem imaginum missa illuc ab Adriano; Synodus autem missa fuet Nicena, quippe recente habita, Constantinopolitana verò neque fuerit recente in memoria, neque fuerit missa scorsim pess; nomine Synodum Grecebrum missa ab Adriano; & ibi condemnata, intelligetur Nicena. Vnde etiam orta sit tanta varietas inter scriptores, vt Hincmarus Synodus, quam describit, ut refutatione dignam, dicit habitam Nicæ. Alij verò confusæ, neque expresso nomine Synodi, neque cognate condemnato, dixerunt condemnatam Synodum Graecorum, seu Acta Graecorum de adorandis, seu pro adorandis imaginibus, scilicet Regino, Ado, Ioannes Auctentius citati.

Annonius seu Ammonius in annalibus Francorum sub anno 794 ita scribit: Ibi etiam sedes Francof. Synodus que ante paucos annos Constantinopolis congregata fob Irene, & Constantino filio eius VII. & univeritate ab ipsa appellata est, vt nec VII. nec dignid diceretur; quasi supereratam ab omnibus abdicata. Eadem verba ex ipso sumptu Abbas Vipergentius in Chronico sub anno 793. quibus nomine & loco, scilicet, Constantinopolis, vbi fuit

fuit falsa Synodus Copronymi, & condemnatio, appellatur Synodus Copronymi. Cum vero dicatur falsa sub Irene, & Constantino, significatur Nicena additum Bellarm. antecorem libri Carolini dicere factam Constantiopolis in Bithynia ubi sit Nicaea, non verum Constantiopolis quae est in Thracia: qui error, siue acceperint ita ut positi sint Irene, & Constantinus pro Conflantino Copronymi, & loquantur de Synodo Copronymi, siue ut probata sit Constantiopolis pro Nicaea, & loquantur de Synodo Nicena sicut declarant unum solum fuisse dictum, & exploratum apud ipsos, scilicet damnatam vram Synodum dictam VII. vniuersalim habentiam in Graeciam similem scilicet ab Adiano ad Concilium. Reliquum vero minus explorata, scilicet cuiusmodi error circa imagines, & que Synodus fuerit condemnata. Circumferetur autem errorum fuisse Synodi Conflantinopolitanas, scilicet Copronymi; condemnatas autem Synodum insulam ab Adriano, quae aliena fuit, quam Nicena, sub qua coniunctantur acta dicta Constantinopolitanæ condemnatae; idcirco orientis hinc confusione, ut acceptetur Nicaea pro Conflantinopoli, & contra hanc pro illa, itemque Constantinus maritus Irenes pro Conflantino Copronymo, & cetera: erroribusque Synodi Conflantinopolitanæ dicerentur errores Nicenæ, & quoniam aliena fama erat Nicenam pugnasse pro cultu imaginum, & simul refebatur ipsam damnatam, rebuebatur ipsi error circa hunc cultum imaginum, quod sansib[le] illis latrari, profectio accedente impulsa librorum Carolinorum. Etenim unum tertium esse debet prefatis scriptores non habuisse præ manus acta VII. Synodi Nicenæ; neque acta falsum integra & sinecera Francoforti, qualia gesta sunt: non enim habuissent locum huiusmodi tanta varietas sed didecisse relatione aliorum id, quod scripserunt, que relatio expposita est, & exponit audientes erroribus. Addit quod propter huiusmodi varietatem non definit, qui negent actuū esse de imaginibus in Concilio Franco. eo quod non extant eius acta, & in iis quæ nouissime reperta sunt, nihil de imaginibus inueniuntur, sed, ut verum sit de imaginibus ibi tractatum, profecto hoc solum ex his scriptoribus tanquam certum recipere possumus, licet fuisse ibi de his sermonem: reliqua vero propter imaginam varietatem, tantum poterit devenimus ex aliis, que extant veris Synodi VII. Nicenæ, itemque ex actis, que extant Synodi Franco. & ex epistolis Adriani, ac summa communione ipsius cum vrogo Concilio; quibus omnibus scriptis discutuntur tenebentes omnes, & confusio, que evenit ut in scriptoribus, & concordatur non alia Synodum damnatam in Concilio Franco. nisi fallam VII. Constantinopolitanam, Nicenam vero secundam veramque VII. confirmatam.

Soluitur argumentum ex libris Carolini. § 5.

Eduersus adorationem imaginum Calvinius lib. I. Institutionum c. i. & Centuriatores Centuria 8. c. 9. opponunt auctoritatem Caroli Mag. quatenus hucus deim in omnibus imaginum cultum, qui prodire in lucem anno 1549. & tribuuntur ipsi a dictis hereticis. Addunt præterea Centuriatores extate alium librum auctiorem contra imagines Ludovici Pij. Sed primus si datur Carolini esse horum librorum auctoritem, nihil aliud obtinet, nisi tellimonium vnius laici, & militis, quod nullo modo conferri debet cum auctoritate Papæ, & pastorum Ecclesiæ, & cum Concilio Niceno Generali, quod ad hanc rem bene notauit Damascenus orat. 1. de imaginibus. Ciryum, inquit,

nous commisis Ecclesiam Regibus & Imperatoribus sed Episcopis, & pastoriis. Deinde si valer dicta auctoritas eorum librorum pro economachia, debet valere etiam pro auctoritate Rom. Pontificis, pro invocatione sanctorum, veneratione reliquiarum, suffragiis defunctorum, pro tuis dedicationis templi, pro veritate corporis Christi in Eucharistia, que omnia docentur ab auctore dictorum librorum, & a dictis haec res ipsi obuantur.

Nihilominus certissimum est Caroli Mag. non esse auctorem horum librorum, quod bene probant Alanus Copus dogm. 4. c. 19. Bellarm. lib. 2. c. 19. & alij. primum ex magia communione & necessitudine, quæ intercedebat inter Adrianum acerrimum propugnatorem cultus imaginum; & Caroli Mag. testata tuni testimonio scriptorum, tuni, vero è pittrio eleganti cammine conferto à Carolo Magno apud Platnam, quo commendat pietatem, probitatemque Adriani, similique studium & amorem; quo ipse illum colebat. Deinde ex obedientia, & pietate ipsius Caroli erga Adrianum, alioquin Pontifices Gregorius III. & Leonom III. curialis in rebus, tum maximè, & nominatim in cultu imaginum, eo quod ob hanc causam Pontifices traustulerint imperium ab Imperatoribus Greci ad Carolum Mag. quod illi impugnatores, hic autem cultus obseruatorumque imaginum esset. Referunt hoc Paulus Diaconus, Zonaras, & Cedrenus in vita Leonis Mauricii.

Narrat etiam Paulus Emilius lib. 2. Histor. Francorum, & Regino in Chronico... Pipini regem Patrem Caroli Mag. in Concilio quedam genethilice confessasse errorum Graecorum contra factas imagines praesertim legatis Graci Imperatoris. & paulo post Carolum Mag. multis duodecim Episcopos ex precipuis regni ad Concilium, quod celebravit Roma Stephanus Papa contra eundem Graecorum errorum.

Ad extremum extat epistola Adriani Papæ ad Carolinum nominata Capitulare qua refutatur præfati libri quorum ferunt auctorem Carolum. Hac epistola est 3. in ordine inter epistolam Adriani, que habentur in noua editione Conciliorum ante VII. Synodum, cuique citantur quædam sententiae ab Ippone in suo decreto c. 3. 126. 128. 141. 225. & 229. & nomine Adriani perferantur, & cum numero capituli adamassini concordante. Hanc epistolam edidit Laurentius Surius aliquibus in locis mutilan, & deficiemt, quod integrum eius exemplar, vi ipse testatur, non inbuerit. Sed iam integrum habentur in noua editione Conciliorum, & in 2. tomo Epistol. Pontificum, qualem ex Gallia accepit Gregorius XIII. eadem epistolam per summam temeritatem, & impudentiam satis imperite ausum est dijudicare & confutare Conciliorum, seu concuentium quoddam Parisiense, quod prodiit anil 1596. incerto, & innoluato auctore cui titulus erat, *Synodus Parisiensis de imaginibus anno 1549.* ex voluminissimo codice scripta, & non premium in Lucem edita. vbi nulla fit mentio Socii, vbi inventa, vel unde accepit fuisse illam egregie refutat Bellarm. in Append. ad tractacionem de cultus imaginum ostendens nec vere Synodus esse, nec scriptum luce dignum.

Cum ergo præfata epistola confutationis dictorum librorum scripta ad Carolum Mag. sit Adriani, præfatum eius communissimi, hiunc arguunt ut non ei huius librorum compitos esse ab aliquo heretico, & millio ad Carolum, atque à Carolo millos ad Pontificem tanquam ad iudicem, & pastorem, & hanc obseruantiam Caroli erga ipsum nomine ipsius exhibuit Engelbertus Abbas milius Romanum cum his libris, cuius obseruantia, ac studij mutuas significations

tiones colligere est ex proemio dictæ epistola A. A.

Primus ergo memoratos libros sub nomine Caroli Magi: quidam impostor Eliphili suo vero & typographi non sine suppresso, anno Domini 1549, in lucem emisit. Deinde eodem sub dicti principiis nomine venditare & perut recentiores heretici.

In notis huius epistolæ, quæ post illam habentur in tomo 3. Conciliorum, dicitur hos libros conscripsos, à discipulis Sereni Massiliensis primi Galliarum Ieconomachi contra imagines aduersus Nicenam Synodus tempore Concilij Franco. & Carolo Magno oblatos. Et sane certe est in iis libris inuidiam, & odium Nicenæ Synodi, quam & verbis inuidiae, & effictis mendacis perfertur, quod videlicet dicat Enchiristianum esse imaginem corporis Christi, & alia quæ super memoriaum, qualia mendacia dedecent Principem, & veret Christianissimum, & Orthodoxum. Coniuste licet hos libros non ab uno aliquo aucto- te, sed à pluribus confucinatos, scilicet discipulis Sereni Massiliensis, quorum alii alia Nicenæ Synodi capitula fine ordine impugnant, & in hunc quasi fas- cium congeta collegerint.

DISPUTATIO LI.

An imagines adorari possint cultu distincto ab exemplari, & absque eo quod adoratur exemplar.

ERITVM est factas imagines ab exemplari habere quoddam adorantur, & ex eo quod exes- plar, curis sunt imagines, sit dignum adora- tione, & eriam seorsum ab imagine adoratur. **D**ubius verò primò est quomodo habeat imago ab exemplari quoddam adoratur: vtrum scilicet recipiat ab illo aliquam proprietatem secundum quam sit per se venerabilis proprio cultu distincto ab eo quo adoratur exemplar; an vero solum habeat ut adoretur eadem adoratio, quæ exemplar. Rursum secundum siue habeat proprium cultum distinctum, siue non, an possit adorari per se seorsum, non adorato simul exemplari.

Prima sententia est Durandi, Olchor, Pici Mirandu- lani & Castro citatorum iustio disputacionis præcedentis, qui ita explicit adoracionem imaginum, ut re ipsa videantur soli prototypi illam tribueri, faciente que adorari, ut supra oftensum est, nisi reducantur ad aliquam e posterioribus sententiis.

Secunda sententia est imagines ab exemplari habe- re excellentiam aliquam, propter quam sint adorabiles, & adorantur per se propria adoracione, cuius ipse sunt terminus ut quod; exemplar verò non sit terminus ut quod, sed tantum id quo, id est, ratio qua imagines adorantur: debet autem alia distincta adoratio, quæ exemplar adoratur ut quod, & tamen terminus per se. Atque in adoracione illa propria imaginis, quæ sola ipsa adoratur ut quod, confiteri virtualiter adoracionem propriæ exemplaris, quæ adoretur ut quod. Explicat hoc exemplo fidei quæ terminatur per se ad varias veritates credita. v. g. creationis mundi, incarnationis, &c. ipsa verò prima veritas inreteata, & diuina cui nititur, solum respicitur ut quo, quæ alio- qui est ipsa res revelata, & credita: & nichilominus in illo actu, quo creduntur alia revelata, creditur ipsa ut quod. Addunt exemplum amoris, quod fertur in media ut quod, & in finem ut quo, qui alias est amabilis distincto amore, & nichilominus hoc distincto amore, amatur virtualiter in amore mediotorum.

Iof. & Rayf. in 3 p.D.Thomæl. p. 57.

A Dubium verò est in hac sententia an prototypum, quod adoratur propria adoracione ut quod extra imaginem, adorari posse, & adoretur eadem adoracione cum imagine per modum vnius obiecti. Quidam vnde detur tribueri prototypi solam adoracionem ut quo, quando adoratur cum imagine, & in imagine, non verò aliud, quæ adoretur propria adoracione ut quod, scilicet Catherineus in *episcopio de adoracione imaginum, conclusione* 6. & 7. & Martinus de Ayala in *libro de traditionibus* 3. parte, tribuitur etiam quibusdam Henrico quoddam decimo quæst. 6. & alius, qui sentiunt imaginem etiam quatenus imago est, & representat, adorari adoracione, quæ sit inferior illa quæ adoratur excepta secundum id, quam adoracionem testa in *Cordubensis lib. quæst. 5. dubio 4.* opinione magistri sui Ioannis B Medine sive duliampi: ut verò senti suam eandem cum adoracione rei representata, non quidem vniuersaliter analogie.

Evidenter sententia est Gabriel tell. 49. in *Caro- ne*, vbi in adoracione imaginum ponit vnum actum exterrum, eni mudi est inclinari, genu flectere, &c. præterea dnos internos, vnum, qui terminatur tollere ad rem representatam immediate, quo recognoscit id quod representatam tanquam summuum bonum, pri- mium principium, &c. alterum, qui terminatur solum ad imaginem, cuiusmodi est recognoscit quædam, quod illa sit imago ad representandum Christum, & complacentia, qua mihi placet res illa vt talis imago horum proprie ter prototypum. Iam verò horum duorum actuum priorem vult esse latram analogie dictam. Quod autem dicitur codem actu esse adorandum imaginem, & illud, cuius est imago, ait intelligendum solum de actu exterrum, cui respondent duo dicti interni, qui non terminatur immediatè ad vnum terminum, sed ad duos distinctos: quamquam concedit posse admitti vnum communem actum qui sit affectus terminatus ad virtutem ordinis quodam, vt scilicet affectus ad imaginem proprie prototypum, sicut uno actu diligimus creaturam propter Deum. Deinde proponens sen- tientiam Roberti Olchor, pro qua etiam citavimus Durandum, quod scilicet imagines, neque ut ligna, & lapides, neque ut imagines, sive adorante, neque propo- niantur in Ecclesia ut adorantur, sed solum ut inspec- tione ipsatum excitentur fideles ad adoranda exemplaria; inquit inter hunc, & supra dictum modum, discrimen est magis de modo, quam de re, eo quod: vierque modus admittat actum aliquem circa imaginem terminatum ad ipsam, ut est representatione latris analogie, & impropriæ, alium vero actum, qui fertur in prototypum, est latram propriæ. Quod si sit vnum actus exterror, vel vnum interior circa virtutem terminum, hic erit latra propriæ, quatenus terminatur ad prototypum; impropriæ vero quatenus terminatur ad imaginem. In hac sententia consequens est imaginem, quæcumque adoratur, siue per se seorsum, siue cum prototypo; nungam posse adorari adoracione propria prototypi, scilicet latre propriæ dicta; sed semper adorari latra impropriæ dicta; & analogie, ut placet Gabrieli, & Cordubæ; dulia ve- rò, ut placet Ioanni Medinæ.

Alij verò sentiunt imaginem cum prototypo posse adorari per modum vnius obiecti adoracione propria prototypi, tanquam aliquid illius, sicut adoratur purpura cum rege, & humanitas Christi cum Christo: proinde hoc modo imaginem Christi adorari adoracione latris propriæ dicta, quæ adoratur Christus, &

R. humanitas

humanitas eius in ipso; ita haber Suaret diffin. 5.4. scilicet A 4. Bellarum. lib. 2.13. Sandecius lib. 2.12. magnis cap. ultima. Albertus Pius lib. 2. conseruatur contra Erasmum. Quæ sententia videtur media inter duas extremitates, alteram, quæ docet prototypum solum adorari per modum vniuersi obiecti, & vi quod adoratione latrict, non autem ut quo, quando adoratur cum imagine. Alteram, quæ docet type adorari solum ut quo, & non esse terminum ut quod adoratio sed admittunt enim hi Theologi utroque modo possit adorari.

Tertia sententia est imaginem ab exemplari, & ex eo, quod representat exemplar adoratio dignam, fieri adoratio dignam cum exemplari, quod simul directe, ac per te adoretur ut terminus proximus, ita ut eo ad hunc modum non adorari, adorari non possit. Est S. Th. h̄c quest. 15. art. 3. & 4. quodam tē ipsam quid imago, & res representantia adoratio simul uno motu adoratio terminato ad utramque, & utraque adoretur adoratio propria exemplari, sive spectetur imago, ut imago est, nempe ut representat, sive, ut est aliquid exemplaris, ut explicat art. 4. Eadem est sententia Caietani, & Medinae iure, Valentini disput. 1. quest. 14. p̄ncto 2. & in Contraquerus lib. de idolatria cap. 5. & lib. 2. Apologesis 6.7. Valsquez late dispon. 10. Accendit alij Theologici, tum antiquiores, tum recentiores quod hoc quid adoretur imago binul cum exemplari directe adorari, & si non omnes exprimunt partē negatiuam, quod non possit sola directe ut quod adorari. Ii sunt Alexander 3. pars quest. 30. mendo 3. art. 3. paragrapho 1. Albertus in 3. distinctione 9. art. 4. Bonaventura 2. lib. art. 1. quest. 2. & 4. Paludanus quest. 1. 5. inquirentiam de his. Richardus art. 2. quest. 2. & 3. Maior quest. 1. ubi loquitur de cruce. Capricolus quest. 1. art. conclusione 2. & 3. & art. 3. ad argumenta contra calce conclusiones, Almainus quest. 1. conclusione 5. Marsilius in 3. q. 8. art. 1. dubio 2. cond. 3. VValdenus tom. 3. p. 156. art. 6. & 7. Ferrariensis 3. contra genes. c. 1. 20. 6. circa latra adoracionem. Turectinata in cap. venerabiles, de consecratione, distinctione 3. Antonius 3. pars 11. 12. c. 9. 8. 4. Soto lib. 2. de festis q. 4. art. 1. in fine. Jacobus Paua lib. 9. Orthodoxorum explicationem q. At Kennemur. Azot tom. 1. institutione moralium lib. 9. q. 9. Franciscus Turrianus lib. 1. pro Canonib. Apofoliorum c. 2.5 & lib. 3. de degeneratu charalib., & quidam alij recentiores.

Pro resolutione huius questionis obseruandum est nos de adoratione imaginis dupliciter loqui posse. Primo secundum se ex natura adoracionis talis obiecti, quod est imago. Secundo secundum intentionem adorantis, & videlicet quibus modis possit adorans intentione sua ferti in imaginem præter illum, qui respondet imaginis ex natura tē; & au præter hunc aliquis aliis sit leitus. du oī hæc puncta sunt scorum examinanda, ac primū de primo.

Dicendum primū: Adoratio imaginis per se ex natura sua est vnu simplex morus, & actus moralis, qui fertur in imaginem, & exemplar tanquam in vnu terminum, & obiectum. Declaratur, hoc vnu obiectū, prout est obiectum adoracionis, non constat imagine, & prototypo, tanquam re adorata, seu tanquam termino adoracionis, qui terminus est prototypū, ut representatum per imaginem, & imago ut representans prototypum. Vbi particula ut, cū dicitur imago ut representat prototypum, nō determinat ratione formaliter, sed terminum adorato, qui potest adorari non solum secundum se, sed quatenus est in ipsa, & ex eo quod possit sic adorari, facit ipsum adorabilem adoratione propter ipsum prototypum. Cum vero dicatur prototypum ut representatur, & particula ut, multo minus determinat rationem formalem: solum enim determinat modū essendi ipsius, qui est duplex,

vnu in se, alter in imagine, & utrobique est idem, & idem adoratur; quod sane obliterare licet in duplice modo existēti pertinet in se, & in imagine, quæ est in speculo, quo exemplo virat Theophanes L'piscopus apud Turritanum lib. 3. de charalib., degeneratu his verbis: *An natura non docet nos quid ambo eis, qui se declarant in se & in speculo, semper est cum proprio eis, eisque dependens in aliis & aliqui materia inseparabilis? N'que potest immo que in speculo appetere macula, aut labe aspergi aliquam, aut ornari, nisi prius facies aspergatur, aut ornetur. Imago p̄tia est sculpta pars quædam est archetypi, que in diversi materia certior, quare si tuoi est honor, & cultu dignum, consequens est ut si eris pars, idque propere summe pars certior, aut consummatio officiarum. Etenim idem enim est utrobique secundum diuinctum modum essendi, idemque utrobique adoratur, & cōm adoratur imago speculi, adoratur ipse, & imago, seu imago et alter ipse, vel ipse quasi geminatus, vel ipse qualis in duobus locis existens. Dicitur: simago, & exemplar sunt due res, quomodo ergo possint accipi ut vnu respōdo e physice, & realiter, seu materialiter aliud est imago, aliud prototypum; moraliter autem prout persona est obiectum honoris, & iniuriae, centenit vnum, & idem, ut adorare, vel contemnere imaginem, sit adorare, vel contemnere personam, tamē non est dicendum e conuerso, quid adorare personam, sit adorare imaginem, quia imago habet ordinem essentialiā ad personam, p̄fonna autem nullum habet ordinem ad imaginem.*

Addo præterea imaginem, & prototypum esse aliquo modo vnu terminum physicum adoracionis, iuxta doctrinam Aristot. lib. de memoria, & reminiscencia, cap. 2. quam tradit de vnitate motus in imaginem, & prototypum, qua autoritate virat hic S. Th. Quoniam tamen non desunt, qui patent locū hunc Arist. minime facere ad rem præsentem, propterea ut recte intelligatur, oportet quidam premittere, atque obliterare.

Prium est in imagine per se formaliter, & essentialiter, est similitudinem rei, ratiō autē prima, ac præcipua, & sc̄re sola cur p̄ducatur rei similitudine, duplex est. Prima est necessitas coniunctionis obiecti cū potentia, ut post Aristotele declarat S. Th. p̄tia q. 12. art. 1. sine qua coniunctione, neque potest cognoscere à potentia; neque potest exerceri circa illud vnu actus, qui supponat cognitionē, cuiusmodi est amor, veneratio, &c. non possit autē omne obiectum coniungi immediate per sc̄ipium cum potentia. Ac prima quidem coniunctio est cum potentia vnu per similitudinem proportionata producnam ab obiecto, quia similitudo non facit vniuersi vita, & ex eo quid prius videatur, sed solum est ratio vidēti alia, sicut similitudo intelligibilis non facit cognoscere obiectum prius cognita, quid si prius cognoscere, sicut prius cognosci potest ab Angelo, nō tamē facit videare ex eo quid prius cognoscatur, sicut eiā species expressa, & verbū est id quo cognoscimus, & quod cognoscimus, nō tamē facit cognoscere quia cognita, tamē possit hoc facere, præterea si sit in alio intellectu.

Secunda causa est absentia obiecti, quod propter ea non solum non potest coniungi cum potentia; verū neque potest similitudinem sui producere, quia vniuersi potentia; ob quam absentiam oportet producere aliam similitudinem extra potentiū, quæ non vniuersi potentia, dicunturque imago, quia prius visa producat in illa similitudinem obiecti, per quam vniuersi non tam ipsi imagini producenti, quam obiecto; quia imaginis, ut imago, proprium est repræsentare obiectum, ac prōinde genere speciem, quæ dicat in cognitionē obiecti; tamē ita perfekte similitudo hec producitur in potentia ab imagine, quā ab obiecto, non tamē spe-

cies

cies producta ab imagine ex eo quod sit minus perfecta, vnit potentiam imaginis, & non obiecto: nam profecto sapientia obiecto producitur species imperfecta ob varias causas, & defectus, & tamen potesta per illam vniatur obiecto. Iuque duas sunt similitudines, quibus potesta vniatur obiecto, & terminatur ad illud: una qua mediante alia similitudine vnk potentiam obiecto, qualis est image; altera, qua per se immediate, qualis est similitudo producta, vel ab obiecto, vel ab imagine, qua similitudo dicitur species.

Obseruandum secundum utriusque similitudinum applicari posse distinctionem tradita hic a Caetano, quod spectari possint dupliciter. Primum ut res intelligendo per tem non quidem solam materiam, ut res aurum lapidem, &c. in imagine, vel genus, vel esse accidens de predicamento qualitatis, &c. in speciebus impressis, verum etiam materiam sic formata, & qualitate talium, que possunt representare, & secundum totu' hoc spectant materialiter. Secundum spectant formaliter, ut representant. Hanc distinctionem nonnulli ita accipiunt, ut primo modo spectentur imagines, in actu primo, secundo modo in actu secundo, sicut soler accipi plerique causae, & facultates, qui aliquando tantum sunt in actu primo, aliquando vero in actu secundo. Et quidem si hoc distinctio accipitur hoc modo, quod intelligantur esse in actu primo, quando potesta anima non versatur circa illas; in actu vero secundo quando versatur, non male accipitur: sed si intelligatur etiam cum obiectum potesta, posse esse tantum in actu primo, absque actu secundo, minime, ut potentia aliquando respiciat dictas similitudines solum et res quedam sunt aperte representatae, absque eo quod feratur solum in ipsa res representata, aliquando vero feratur in ipsis, non recte accipitur etenim hoc ipso quod similitudo cognoscitur, ut similitudo obiecti, dicit in cognitionem, seu cogitationem obiecti, & exercet actum secundum representantem, à quo nullo modo potest separari nisi similitudo per se essentialiter, & intinse habeat ordinem ad obiectum, & talis ad tales, quare non potest considerari non considerato obiecto. Bene: quidem potest potentia respiciens similitudinem exercere duos actus, unu' cognitionis: obiecti per illam: alterum cognitionis ipsius similitudinis, in scilicet quatuor esse representationum, est etenim ipsius. Sed hac ratione similitudo non habet rationem: actus primi respectu posteriori, immo vero, prius exercet actum representandi obiectum cognoscendum cognitione directa, deinde vero cognitione reflexa consideratur potest secundum esse representationum, & prout habet rationem actus primi pro tempore: quo non obiectum potest, les quatuor non obiectum.

Hinc: obseruandum tertio quando dictae similitudines considerantur. secundum se ut res quedam representantur, & sunt obiecta cognita, habent propriam speciem in anima, quae vniat potentiam ipsius, & cunque ordinat ad ipsas tanquam ad terminos, sicut enim ipsa similitudinem cognire non sunt per se vni et potentes intellectus, qualis est imago sensibilis, & species visibilis in oculo; species autem intelligibiles eadem sine vniate potentia, possunt per se ipsum, absque alia similitudine cognoscendi ab intellectu, qui non est adductus materie, qualis nou' est humana, sed angelicus.

Et, vero quodammodo imagines cognoscuntur per se propria species, ut imagines sunt, ipsas illas representant omnia que ita conuenient imaginis, ut non conuenient obiecto, videbatur esse auctam lapidem, & c. sculptam, vel pictam, in tabula, vel in membrina; magnificam, vel parvam: item locum situm, de alias editiones individuantur, quae etiam spectari possunt in spe-

cibus representantibus res. At vero quando image cognoscitur primo modo ut representativa obiecti, species ab ipsa producta, quamvis oculo representetur imagine cum conditionibus imaginis, quia oculus cognoscit illam solam, ut res est sic figura, non vero ut representata, tam inter intellectus qui cognoscit imaginem, ut image est, solum representat obiectum secundum conditions individuales obiecti, v.g. Facies lapidea producit species representatorem faciem camei, similiter velis lapidea, vel acetare, item lincei, et cetera aures crucis lignearum, &c. Aut certe huc producatur species intelligibilis perphantasmibus ipsis, ut est probabilis opinio, & rufus etiam producatur in intellectus species imaginis singulares cum conditionibus imaginis, certe intellectus, qui per illam cognoscit imaginem, ut image est, terminat suum intuitum ad prototypum secundum conditions prototypi. Projunde est ratio cur terminetur cognitio ad obiectum, prout est in scripto, similiter cur actus adorationis qui versatur circa obiectum sic cognitum, terminetur ad obiectum prout est in imagine, quod est adorare obiectum adorando imaginem, ut res, quae adoratur, sicut ita cognoscere, est cognoscere obiectum cognoscendo imaginem. Atque ita image non est ratio adorationis obiecti, ex eo quod ducat ad adorationem obiecti extitando memoriam, &c. sed, ex eo quod adoretur, sicut est ratio cognitionis obiecti, ex eo quod cognoscatur. Neque adoratur aliquid inanimatum per se adoratione propria distinguit ab adoratione animalium, quia quando adoratur image, ut image est, non adoratur ipsa, ut res, sed prototypum in ipsa, & ipsa quatenus adoratione sicut adoratur prototypum: sicut quando cognoscitur ut image, cognitione non terminatur ad aliquid inanimatum per se, sed ad animatum cognitione inanimatum.

Obseruandum quartu' eos, qui dicunt imagines per se adorari ut termina non adorato exemplar, accipere imagines ut habent proprias species que terminantur ad ipsas secundum conditiones proprias, & individuales imaginis, quia ita conuenient imaginis, ut non conuenient prototypo, quomodo primi possunt accipi ab intellectu' imagines, qui habent certu' exemplar, deinde si accipiuntur, & necesse est accipi' imagines, quae non habent certi exemplar, & tamen habent conditions individuales, non solum quae conuenient solum imaginis, & non prototypo, verum quae sunt de genere illarum, quae conuenient tantum prototypo, quales sunt imagines hominum, animalium, arborum tantum placit ornatus gratia, quae quidem non expriment solum speciem, verum etiam individuum naturae hominis, leonis, &c. v.g. scena, vel iuuenem tali barba, vultu, colore, &c. cuiusmodi individuum nonquam existit: haec enim omnes imagines terminant cognitionem ad se, & species ab ipsis producta representant ipsas imagines, non autem exemplar: quando nullum est exemplar: aut certe si est, non respiciuntur ab homine in ordine ad illud, sed per se secundum esse imaginis.

Obseruandum quintu' hanc doctrinam pacis traditam iste Arist. lib. de mem. & remin. c. 2. vbi docet esse passionem quatinus & motum in anima, quia imprimit ipsa species obiecti, qua dicitur per intusin, sicut impunitur figura hygillo annuli: & proponit dubium, verum anima hanc solam sentiat passionem, id est, solum percipiat figuram presentem, non vero obiectum absens: an vero etiam obiectum absens si dicitur primum, nulla est terminatio: vero secundum, quoniam sentientes presentent passionem, recordentur, & sentimus rem absens. Relpoder anima ita se habere, circa imagines depictas in phantasie, acceptasque a nobis sensitas, quando conuenient le ad illas, sicut se habet circa picturas depictas: v.g. animali: vbi vides Aristotelem pro-

Ioseph Agius: in 3.p.D.Thrael. pof.

R. 2 pone

ponere duas similitudines obiectu à nobis propositas, A scilicet imaginem & peciem, quod agitur ab operatione animi circa circa objectum, & quibus illi determinatur eodem modo, qd utraque loquitur. Inquit ergo, animal p̄ dicum in tabula duobus habet, scilicet quod ut animal, & quod h̄t imago, vbi per esse animal intelligit imaginem, vt res est, modo tamen explicato, id est, laenam illa habentia figuram animalis, & esse verò imaginem intelligit illa vt representant tale animal. Primo modo sumitur sine illa relatione ad prototypum. Secundo verò modo cum relatione. Ad primam considerationem nullius sequitur affectus latitiae, reverationis, &c. Ad secundam verò sequitur, similiter phantasma dupliciter spectari potest, videlicet secundum se, vt res est, & vt imago alterius est. Et primo quidem modo motus anima est in ipsumphantasma praesens, non autē in objectum, id est, in exemplar abiens: secundo vero modo est in objectum abiens. Et qui imaginem Coriscum, quem nunquam vidisse, speculator, vt imago est, videt Coriscum; & per phantasma, atque inphantasma hoc secundo modo nullius alterius obiecti cognitione habet nisi Coriscum. Cūn verò Aristoteles dicat hoc de phantasma, te exemplo pictura, necesse est dicere à pictura, vt imago est, habeti tantum cognitionem rei cuius est imago: ac proinde speciem producam ab imagine in mente, solum ducere animal ad exemplar, non vero ad imaginem ipsam; atque hoc est doctrina supradicta, quae tradit etiam S. Thom. his artis.

Obseruandum postremo ex his sequi, quod initio proposuimus, scilicet adorationem imaginis, ex natura ei rei unum motu, qui fertur per modum unius in imaginem, & exemplar, non autem in imaginem per se. Probatur, quia omnis actus moralis voluntatis, fundatur in actu intellectus; sed actu intellectus, qui fertur in imaginem secundum se non gignit ullum effectum moralem, magis quām gignat actus, qui fertur in phantasma, qui fertur in imaginem, vel phantasma, vt imago est, non fertur in imaginem ipsam secundum se, sed solum vt representat exemplar unico motu, & adiungo & actus morales voluntatis, qualis inter alios est adoratio, eodem modo ex natura sua sequitur in exemplar.

Dices hinc sequi imaginem non adorari, sed solum exemplar, sicuti quando fertur anima per phantasma in exemplar, non adoratur phantasma. Recepitudophantasma, & imaginem partim conuenient, partim differunt. Conveniunt quidem in eo, quod vt imagines sunt, non sunt termini motus distincti ab exemplari. Differunt autem in eo, quod phantomum non ducat animam ad cognitionem obiecti, per cognitionem sui; proinde nō sit ratio eur terminetur cognitione obiecti prout est inphantasma, sed solum prout est in scipione, neque vt adoretur, colaturque obiectum inphantasma, sed solum in scipo. At vero imago dicit animam, ad cognitionem obiecti per cognitionem suam enim dicit ad cognitionem hominis per speciem corporis, carni proprij hominis, vt phantasma, sed corporis lapidis, aeris, &c. proprij imaginis. Proinde est ratio, & vt cognoscatur, & vt adoretur obiectum cognitione, & adoratione sui.

Eadem veritas confirmatur auctoritate Conciliorum, & Patrum. §. I.

Dicendum secundum iuxta prefatam modum adorandi imagines, quem posset adoratio ex natura rei, loquuntur PP. & Concilia, nec alter accipienda sunt, eorum dicta. Id constat primum ex V. I. Synodo albano 7. in definitione fidei, vbi cum definitur imagines:

A in templis testineadas, subdit, Quæfides per banc una-
gram pularum inspicitionem omnes, qui consumplunt ad
propositum memoriam, & recordationem, & desiderium ve-
mentis, siq̄ saec. aveneri, & honorari adorationem exhibe-
nt. Memoria haec intelligitur fieri sicut est apta he-
re per imagines, & phantasma, nūcnum secundum
doctrinam, iuxta traditam ab Aristotele per unum motu-
um, ac prout per unum adorationem imaginis, &
exemplaris, vt hoc adorare adoratione illius, quæ subdit Concilium, Im-
aginē enim honest in propria re-
solaris, qui adorat imaginem, in ea adorat quoque descriptū
argumentum. Vbi eternare est duo à nobis lupri dicta,
primum scilicet exemplar, adorans adoratione ipsa
imaginis. Secundum est quando adoratur imago, vt
imago, rūc exemplar seu obiectum, quod hic vocatur
argumentum, adorari, vt est in imagine, & vt reletur
per imaginem. Et hanc vī habet illa vox descriptū
argumentum, quod videlicet manus, caput, corpus lapi-
deum, aereum, &c. sunt descriptores corporis car-
nei, & adorando illa adoramus corpus carnem. Item
illa particula quoque, habet vim ad lignificandum non
solum adorari unum in alio, quasi cosane alio, sed etiā
vnam cum alio, ita vt vnuquæ vero adoretur.

Concilium Tridentinum ff. 1. decreto de imaginibus sic habet: Imagines p̄ nos Christi, Deipara virginis, & aiores sanctarū in templis praesertim habentes, & reverendas, c̄is debent honorari & venerandas imperiū suū quod credamus nostre aliquantū dñi dominus, vel unius, propter quā-
mū in calore, &c. sed quoniam boni qui eis exhibent, regnū ad
prosopum, quea representatione ut per imagines, quām es-
tūlantur, & coram quibus caput aperitum, & prostratum, & cor-
suum adoramus, & sagittis, quorum illa similitudinem gerunt, &
veneremur. Hac Tridentinum, vbi illa verba referunt ad
prosopum, & per imagines, quibus prostrabamur Christum, & sanctos adoramus, significant nos per speciem
imaginis lapideam, &c. cognoscere corpus carnem, &
per adorationem illius, adorare hoc eodem modo lo-
quitur Concilium Senone. c. 14. & Mogunc. prouinciale
celebratur an. 1549. & 41. Accedit testimonio Patrum.

Primum est Dionysij c. de celesti Hierarchi, qui cum docuerit Angelis effingendas esse corporaes imagines, subdit huc verba: Vt nō a propheta dñna res factile de-
cipiantur, nec hi, qui sacra simulacra fidei spissantes in tabu-
lis lineamentis, & opere immorantur, vigeat rebū dñni. &
ex veris negantibus & diversi, cum exercitu vogingarū
similitudinibus homini tribuanter. Nō illud, quod aut non
esse immorandum talibus lineamentis, vt veris, quia
videlicet, quoniam illa lineamenta materialiter vera
sunt, & qui immoratur in illis, res sunt materialiter,
immorantur in rebus veris; tamen formaliter vt linea-
menta, & figuræ hominis obicientes sensu homi-
num, non sunt res veras, quia nullus est homo, lapi-
deus, aereus, piatus in tabula, &c. & ipsa exhibent ho-
minej lapides, &c. sed solum sunt media, & id quo
cognoscitur verus homo & veritas, quas cognoscimus
considerantes imagines, non sunt ipsi imagines, &
figuræ hominis p̄dæ, sed homo carneus, & figura
homini carnea, hinc etiā verè honor tribuitur, &
tribuitur illis, & tamen tribuitur illis, sicut enim veritas,
qua cognoscitur, quando cognoscuntur imagines
homini, sunt homines ipsi carnes, & tamen cognoscuntur imagines, quia hoc est cognoscere veritatem
imagini homini, vt imago est, scilicet cognoscere
verū hominem, ita res seu postulata quæ adoratur, quā-
do adoratur imago homini, est ipse verus homo; &
tamē adoratur imago, quia hoc est adorare imaginem,
vt imago est, scilicet adorare verū hominem in ipsa
& adoratione illius, nō autē lineamenta illa materialiter.

Secundū testimoniu eis Nisleni citatur ab Adriano in
epist. ad Imperatorem, quæ habentur in scđa actione VII.
Synodi his verbis: Nam, qui imaginem affi- . que
ex arte

ex arte per diversos colores, in tabula est expressa, non ex pictura, & colorum unitate similitudinem accepit, sed ad contemplationem primi exemplaris animorum reuersi. Certe vifus, & sensus communis hanc ut ex pictura similitudinem rerum acceptans; cum ergo hoc ipsum negat Nyssenus, non alio sensu intelligi debet nisi iam dicto Dapnyi, quod veritas, quae cognoscitur in imagine, ut imaginatur, ut figura hominis constans carne, non vero contulit coloribus: & hoc est non accipere similitudinem ex coloribus, sed reduci ad contemplationem primi exemplaris. Idem Nyssenus lib. de Opificie homini c. 4. quem citat Damascenus Oratio prima de imaginibus de imagine regis ait: *Mas si ut opus eiusmodi de ictu imago, tum res appedet.*

Tertium testimoniun exprimit est eius fratris Basili lib. de Spiritu sancto ad Ambroze lib. c. 10. apud Damascenum ibidem: *Quoniam (inquit) regis mago rex dicitur. & non dico reges, neque enim imperium sicutur, neque dominum gloria, quia mundum primi pauci, & postea, quae nobis imperia, & vna est, sic estiam honor, quem prestatim, unum est, non multi: nam honor imaginis habens ad exemplar transiit. Cum Basilius negat duos reges, comparat regem pictum cum vero, ita utique neque adūt intellectus esse accipiendo ut duos: quia, ut diximus, pīcus solū est medium cognoscendi regem verum, non verò est rex, neque concipiatur, ut Rex, & tam veram est, non accipi ut duos, quam verum est non diuidi imperium: neque ait voluntatis, quoniam, inquit Basilius, unus est honor, sic est unus principatus. Nullus ergo telinquitur honor scilicet imaginis secundum fe. Confirmit etiam Basilius, quod super diximus de hac vnitate prototypi, atque imaginis exemplo imaginis que est in Ipsi culo: illa enim imaginis & eius exemplar, non sunt duo, sed unus.*

Quartum testimonium est Athanasius lib. 3. contra Arrianos, quem citat Damascenus oratione 3. de imaginibus, qui clarius id explicat: *cum enim protulisset illud Ioannis decimo, Ego & pater unus sumus. & Ioannis 14. Qui vide me, vides & patrem meum: ego in parte, & pater in me est. sic habet: Quod quidam exemplum imaginis regis facile colligi posset. Si quia in imagine species, & forma regis est, & in regis species est imaginis, expressa est in imagine regis similitudo, & quia, videt imaginem, in ipsa regem insperat: & rursus quae regis videret intelligat hunc esse ipsum, qui in eis est expressus in imagine. Et quia non differt similitudo, idcirco post confitellam imaginem, volenti regem insuersi. in: ego dixi: Ego & rex unus sumus, ego in illo sum, & ipse in me, & quod in me vides, idem in eo perspicuit. Et quod in illo perspicuit, id in me certus. Qui enim adoras imaginem, non regem adoras, nam illius formam, & ipsius image conseruit. Hac Athanasius non potuit melius explicari a nobis, quam si explicatur hic ab Athanasio id quod hactenus diximus de vnitate cognitionis, & adorationis, qua adoratur imago, ut regis est, & prototypum. Rufus Athanasius lib. questionum ad Antiochenos quesi. 38. apud Damascenum oratione 3. cura sic habet: *Absit ut quemadmodum Graeci faciunt, nos Christiani sanguinem Deos imagines adoramus, &c. quemadmodum agnus Iacob cum est facta una discoloratur, sanguinem virginis Joseph adoramus, non virginem ipsam honoramus, sed eum qui organum tenebatur: ita nos Christiani non aliā ratione imagines colamus, &c.**

Quintum testimoniun est Leoniti Episc. lib. 1. *Apologia pro Christianis contra Iudeos*, qui legitur in VII. Symposium libro 4. his verbis: *Sicut autem in adorata librum legis, non naturam membranorum, aut aranienti adoramus, sed verba Dei, quae illo committentes, & ego in nomine Christi adoramus, non lignum aut colorum naturam adoro. absit, sed in humanum char. dilectem Christi; hunc enim cum habebam, per ipsum Christum me tenere, & adorare mihi video. Vbi adferre oportet lignis, & coloribus ab adoratione exclusis, utrū opponere figuram ex illis & in illis factam,* *Ioseph Ragusa in 3 p. D. Tharall. post.*

A que adocetur, ut ipsum prototypum velit adorari, non quod ligata, seu imago in illis impresa non adoretur; nam tamen supradicimenter loquens de cruce dixat, *Ego vero quatuor duo ligna crucis colligata sunt, typum quidem adoro propter Christum, qui cum eo crucifixus est; cum vero fuerint disoluta, abruco ea & exsto quoque.* Vbi plane factetur ne solū adorare Christum, verum etiam typum, id est, hucrum propter Christum: sed velit adorari prototypum, quia via effigie adoratio imaginis, & prototypi, & adoratione illius adoratur hoc: etenim adoratio imaginis natura sua complectitur duos terminos tanquam unum ordinem quodam superius explicatum. Idem infra: *Quemadmodum Iacob accipiens à fratre suo vestem sanguinem compersam Ioseph, cum lacryma eam osculari est, non ipsam vestem honorando, &c. sic & Christiani omnes imaginem Christi, &c. vbi videns tam ab Athan. quam a Leontio adorationem imaginis, que est expressio prototypi, comparati cum adoratione rerum extinsecarum, & separatarum, quæ quoconque modo quanvis remoto ad ipsum petrincent, qualis est virga, & vestis separata; non ut doceant non magis esse adorandas imaginis, quam virginem, &c. sed ut doceat vna eadēque adoratione imaginis adorari prototypum, sicut adoratione virginis, &c. ita ut in hoc non sit dilaceratio, quanvis alia non delit distinxerit. Idem explicat Adrianus in epistola ad Constantinum & Ireneum, quæ refertur in V. II. Synodo ait: *codem exemplo virgo adorari Jacob.* Sextum testimoniun est Theopani Episcopi Nicæe, quod refert Franciscus Turrianus lib. 4. de characteribus dogmatis, qui conformat hanc doctrinam ex exemplo verbis Iupitri à nobis citatis sub prima afferitione, quibus describitur mira vnitatis imaginis, & prototypi in adoratione, ut ex natura rei adoratio, vel contemplatio imaginis sit prototypi, quod vocatur totum comparatio imaginis.*

Septimum est Nicephori Patriarchæ Constantinopolitanus in dialogo, cuius titulus est, *Oriodoxus*, cuius verba ab exemplari Graeco utrè se transtulata refert idem Turrianus lib. 1. pro canonibus Apostolorum c. 25. *Quare (inquit) cuo queri hereticus ubi scriptum sit de adoranda Christi imagine, respondendum est, ubi scriptum est, ubi scriptum est adorandum esse Christum, siquidem inseparabilis est a prototypo effigies eius. Hoc lane non alia ratione dici posset, nisi quia cognitione, & adoratione imaginis, ut imago est cognoscitur, & adoratur prototypum, & tam est inseparabilis haec adoratio, quam est inseparabilis effigies a prototypo. & post pauca subdit: Deus & homo dicitur Christus significatio nominis, & natura divinitatis, et quodcumque inveniatur; imago vero eius significatio nominis dicitur Corpus, non autem natura divinitatis, & humanitatis, habetque communionem nominis, honoris, & que adoratio cum prototypo.*

Qua ratione recte probetur imaginis adorationem ex natura rei fieri simul directe in exemplar. §. 2.

Proferuntur variae rationes. Prima quod imago offerat se ipsam adoracioni vna cum exemplari, & non sine illo. Secunda quod non colatur nisi propter habitudinem ad exemplar. Tertia, quod sit vnu motus in imaginem & exemplar. Quartu quod imago conferatur cum exemplari vt pars cum toto. Quas rationes quidam recentiores contendunt esse inadmissas, sed ferè omnes eodem recurrunt, & sunt bona, ut dicemus.

Aliam ipsi assignant quod scilicet nulla res inanima, aut irrationalis, sine rationali capax sit secundum se honoris, cultus, & reverentie: imago autem quantumvis ut imago spectetur est res irrationalis;

ergo secundum se sine exemplari non est capax honoris, & adoracionis. Maior probatur ex definitione huius actus religiosus, qui est adoratio: est enim ex Damasceno voluntas exhibendi notam, & signum submissionis alicui excellenti, ut debitum ipsius excellentie, stante hac definitione nemo potest absque nota quadam idolatria, vel superstitione, cum inferiore adorare: portat imago absque exemplari est res inferior homini virto manum, non ergo potest sic adorari. Conformatur nam virtus scilicet testimonio, obseruancia, pietas, & alia quorum est actus adoratio, sunt partes potestus, & infitit, ex S.Thom. 2. 2. quod. 80. art. iustitia autem non est ad res inanimatas, vel irrationalibus: ergo adoratio ad tem maniam, qualis est imago absque eo quod fecerat in personam rationalem defterri non potest.

Hac ratione intutur probare non solum ex natura rei adoracione imaginis adorari dicitur prototypum, quod nos instituimus, verum non posse illam absque hoc adorari, qua de re dicam infra.

Interim nobis efficacissima est, maximeque propria ratio, & fundamentum superius propositum ex eo, quod imago, ut imago sit ipsum prototypum in ipsa contentum secundum esse representationem; & quod cognitione, & adoracione imaginis adoratur prototypum propero doctrinam illam Aristotelis lib. de memoria, & reminisci, eaque quod unus motus sit in imaginem, & prototypum, sumendo imaginem ut magno est, & non ut res est, luxa doctrinam Caiet. & iuxta modum sopra explicatum.

Nec rede obiciunt recentiores, neque auctum intellectus, neque auctum voluntatis esse vnu circa imaginem, & prototypum: & doctrinam Aristotelis bene posse applicariphantasmati, & speciebus existentibus in anima, eo quod phantasma non cognoscatur prius, ut per notitiam sui ducatur nos in cognitionem exemplaris, id est: sit una cognitio, & motus in utrumque: imago autem cognoscatur prius, & idea non possit esse vnu motus in utrumque, non in quantum, rede obiciunt, nam Aristoteles dictam doctrinam facit communem imagini, & phantasmati, ut supra non auimus.

Praeter dictum differunt haber locum in eo dumtaxat, quod imago prius obiciuntur ut res est, intellegendi per rem ipsa lineaeva, &c. ceterum quando concipitur ut imago est, non est discrimen inter ipsam, &phantasma, quod hoc quod unus motus sit in ipsam, & in exemplari, tamen accedit aliud discrimen quod imago possit esse per se terminus, cum obiectus simili ut res, & produc species &phantasma: eo modo quo producent alia obiecta a parte rei, que proprieate hoc ipso terminant cognitionem, quae omnia fatis supra declarata sunt.

Quomodo recte confitit cum hac sententia quicquid dicunt Concilia, & Pares de adoracione imaginum. §. 3.

Quod non omnia Patrium, & Conciliorum dicta de adoracione imaginum possint accipi eo sensu ve cum imaginibus adoretur exemplar direxisse & perse, sed quod am requiri ut sola imago dicitur, proprieta adoracione adoratur, ut obiecti videtur primum ex eo quod negent imaginibus adoracione latere, solamque concedant inferiorem alia adoracionem ergo aliqua adoratio tribuitur soli imaginis, quae non tribuitur prototypo: Christus enim & Deus adorantur latere, quae non adorantur eius imago: Antecedens habetur in VII. Synodo art. 7. in definitione fidei, ubi cum statuerit retinendas esse imagines, subdit hanc

A verbis: *Quod felices per hanc imaginum pillars insperationem, menses qui contemplantur, ad prouerpiorum memoriam, & recordationem & secundum sententiam, illigunt salutationem, & honorarium adoracionem exhibent, non secundum fidem nostram veram latram, qua salutem suam natura compensat, sed pietatismodum typum venerantur: & significans erunt, & sancti Evangelii. & reliqui, saeculi oblationibus superioribus, & liturgiarum reverenter accedentes, &c. Aduersarii in foro de magistris, quod habent tomo 1. Epistola Pontificum, eadem fere verba habent. Thalathius Patriarcha Constantiopolitanus in V. Syn. art. 1. de imaginibus ita loquitur: *Ex his defiderit nostra adoratio, in nomine Christi Des nostri, & Incarnatae Virgini, & gloriorum Angelorum, & omnium sanctorum fratrum suis, sed aperte verbis etiam nominis & numeris in eum Deum reverentur, & secundum nostrum referre, & experient. Respondet autem Synodus: Unusquis Synodus sic tradidit & docet. Constantius Constanti Episcopus alleluians haec sententia habet: *Sacropio, & amplius veneranda omnes imagines, adoracionem autem, que sit secundum latram hoc est, Dei culturom tantummodo suu erubescit. & unice Transiit confeso. Epiphanius Diaconus in confutatione VII. Synodi falsi sunt nominatae, quam confutationem ipse testatur totam Nicenam Synodum recepsisse art. 6. in brevi quadam demonstratione de utilitate imaginum sic habet: *Quia proper non indigne habemus ea: honor, salutatione, & veneracione: debitamque adoracionem illi dare cibernus sine igit placet: salutemque fuisse adoracionem appellare, item secundo est: modo sciam excludi intradictum hec est alia a simplici adoracione. Augusti. epistola 11. sic habet: Prohibetur colo aliquo in figuris hominem Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla eius imago colo debet, nisi illa quae hoc est quod ipse. Vbi cum non sit intelligendum quod neget colo abolire, intelligere debemus, quod neget colo latrare; idque notat verbum illud, nisi illa quae hoc est quod ipse: eodem modo loquitur Damascenus oratione 1. & 3. de imaginibus.****

Ex his, & similibus locis quartus habentur Primum est negati imaginibus cultum diuinum, secundum est tribulatissimum inferiorum cultum. Tertium est cultu hunc inferiorem esse tales quales est, quod tributum rebus sacris, scilicet vesti, calicibus, &c. Quartum est, nihil minus unum protum, & unum actum adoracionis esse, qui futur in imaginem, & in prototypum: hoc enim significatur cum dicunt honorem imaginis referri ad prototypum Basilio, & cum adoratur imago, adoratur Christum & Leontio, & piphano, & alios. Quare & S.Th. dicit esse vnam adoracionem latram circa utrumque. Hac ergo ita conciliant quidam, ut distinguitur adoratio in adoracione, cum errant in obiecto, aliquando materiali, & aliquando formale, materia in obiecto, & secundum est imago: formale est res via, id est, exemplar, materia in adoracione est signum sensibile, & obiectus externus adoracionis, tamen propter eius voluntate interna exercendi actum extermum, & hic respicit materiale & vnum, scilicet imaginem, ut vero exhibetur actus hic extermus venerationis, formale vero in adoracione est submissio, sed sobrietate, & seruitus, & hic respicit formale termini, quod est exemplar, proprietas que dicitur latrare. Primus actus est natura sua inferior, qui potest tribui creatura, & tunc respondet imaginis, & alii rebus sacris, ut vesti, calicibus, &c. Secundus est superior, qui solam respicit exemplar, vnum, scilicet Deum.

Hic doctrina quoad se ipsam vera est, nepe quod seruitus, & submissio non sit exhibetur ei in instaurare, nimis quando exhibetur: submissio persona non in signo, sed in leprosie in te, ac proinde quando accipimus exemplar, seruitus per se; & ut est in re, non vero ut representatur in imagine, etiam si obiectus nobis in imagine sit, ut est quando submissio, & seruitus

uitus non exhibeunt personam in seipso in te, sed in actu non tantum iurtem, verum etiam externus, est per se submissio, in illo enim actu externo, & per illum hominem se submittit: si ergo spectetur per se illud materiae, quod est imago, tunc neque internus actus submissionis, neque exterrum lignum, & adoratio illi conuenit: si vero spectetur secundum dignitatem, quam habet in ratione imaginis, necesse est, aut distinguere adorationem tanum internam, quam externam, que tribuitur imagini ab interna, & externa, qua tribuitur prototypo, & agnoscere prototypum solum ut quo, non vero ut quod, nisi quando adoratur in seipso, non in ligno, ut dicit prima sententia; aut si non minus distinguens, necesse est dicere unam, eandemque, non solum internam, yet, etiam externam ferri in prototypum, & imaginem, videlicet in materiale, & formale remittimus autem distinguere submissionem internam ab externo actu adorationis, & hunc accommodari materiali, illam vero formalis: cum preletim in moralibus actus internus, & eius signa, cuiusmodi sunt plura, scilicet voces, gesta, &c. cencantur omnino, & una, & eiusdem rationis.

Dicendum ergo videtur, adorationem tribus constare, scilicet extirationem excellitatem personae excellenti, agnitione servitutis, seu subjectionis; ac professionem, protestationemque virtutisque, scilicet excellitatem, & submissionem per actum exterrum ad hanc protestationem idoneum. Atque hinc omnia minime esse diuidenda, sed omnia tria diversa quidam ratione respicerentur, atque exemplar, verum qua ratione, respiciuntur imaginem, eadem, omnia illa simili ipsam respicere; & qua ratione respiciuntur exemplar, eadem illud omnia respicete. Iam vero exemplar respiciuntur, & column: tanquam eid, cui inest excellitatem, & cui debet servitus, quam ligno, atque adorationis profitemur & protestamur: imaginem vero, tanquam id, in quo representatur excellitatem, cui debet servitus, quamque protestantur. & cum adoratus imaginem per actus illos, quibus alias adorari debet, & solet prototypum in seipso; his actibus protestantur inesse excellitentiam prototypo, nonque illi subesse, & seruire, non vero inesse excellitatem imaginis, nonque illi seruire: nec tamq[ue] idcirco non adoratur imago, sed solum prototypum coram imaginem vere adoratur in imago, hoc ipsis, quod signum protestationis excellitatem prototypi, quam agnoscimus in illo, & seruire nostrae non exhibemus. Illi immediate in seipso, sed in imagine, & ipsis prout est in imagine, ut pertinet sit oculari, & adorare imaginem, ac prototypum, & qui tener imaginem videat tenere prototypum, neque enim alio modo, alioquin sensu est expavidatozis amago: id quod expeditus Leoninus supradicto aliis verbis, *Imaginem Christi adorans, Christum in eis adorans mihi ejus.*

Hinc ergo intelliguntur tria illa dicta, que ex Partibus, & fonsim Synodo proposita: priuatum enim doceat instrictum adorationem, illa protestationem excellitatem, que aut prototypo non autem imaginem & servitutem, subjectionemque debet prototypum non autem imaginem in seipso; ad hoc enim ut adoretur in imago, non est necessarium prototypum in seipso dignitatem imaginis, sed est necessaria probitatis in celo res, cuius est imago. Quid si profectum inesse seipso imaginis, tunc vera est idolatria, & hanc negat, & detestatur Concilia & Patres, cum negant imaginem cultum latraria, qualiter adorare vspabante Euthuci, quo sensu excludit cultum latrari ab imaginibus, & non aliud i perspicue docet. Tridentinum s. l. 3, in verbis,

A que subiungit postquam docuit venerationem imaginum, scilicet, *Non quod creantur vesti signa in thalamis, vel venis, propriezatim sunt coelesti, ut quod ab eis sit aliquis poterit, vel quod pudica sint genibus in fidencia, velvis dum ferunt a genibus, quia in vultu sunt facies collectabiles; sed quoniam bonas, qui eis exhibeantur, refutato ad processus, que illa representantur, ita ut per meages, quis gloriam, & coram quibus caput spemur, & procumbamus, Confusum adoramus. Quibus verbis duo habemus, primum est, quod iam diximus, scilicet cum cingant Concilia & Patres latram imaginibus, nigate cultum, qui exhibeant ipsi: ut quoniam habentibus dissipantur, non vero, tanquam representantibus. Secundum est, cum dicuntur adorari imagines, ea ratione dici, quid honor, qui ipsi exhibeantur, referatur, ad prototypas referri: autem ad illa dicatur, eo quid per imagines, quas oculariunt, & adoramus Christum, & sanctos adorantes, ita ut adoratio imagines sit adoratio Christi; quare iuxta memorem Concilij non alia ratione dicuntur adorari imagines, nisi quia adoratur prototypum in ipsis. eodem fere modo loquuntur septima Synodus, & Patres, quos infra citabimus in questione de modo loquendi in hac materia hanc etiam unum habent locutiones corundem, dum explicam quid adoratur, quidne non, quando venerantur imagines, namque adorant autrum, lapidem, &c. & nihil aliud affirmant, aut opponunt nisi prototypum non lignum, &c. inquit, sed Christum, ubi non negant adorari imaginem, sed solum docente adorare illas in hilie aliud, nisi adorare prototypum non in se, sed in seipsis, & exhibendo ipsis actus adorationis.*

Atque hic est honor, & adoratio, que vocatur inferior, & opponitur latraria: per hanc enim inferiorem non intelligent aliam speciem adorationis inferioris distinetam ab ea, que tribuitur prototypo, queque tribuitur ipsis, & non prototypo, sed dicuntur adorari inferioris adorationes, eo quod hinc sit imago Dei, sine Sanctorum, sine nullius determinatae, non inest ipsi ratio, virtus, potentia, qua praetet hominibus sua virtute propria, sicutque per se adoranda, sed solum sit id in quo adoretur id quod est praedium-intellectus, & excellitatem virtutis supra alios, sive superlatim, ut Deus, sive infra Deum, ut sancti; & hoc est adorari inferioris adoratio, scilicet id, in quo aliud adoretur: si enim existimaretur imago habere virtutem propriam, & propriece adoraretur, certe adoraret latraria, eti si etiam aliquis creature, scilicet hominis sancti, vel Angelii: nam imago inanumata, lapides, ligneas, &c. que censeret praedita virtute propria, & potentia, hoc ipso existimetur aliquis superius non modo lapidibus, & lignis, verum etiam viventibus hominibus quibuscumque, vel Angelis; si mirum videatur plus quam homo, homo lapidens puerus intelligens, potens, &c. ac proinde diuum aliiquid, & Deus, cuiusmodi existimationem de statu lapides, &c. habebant Ethnici.

Itaque imago Regis adoratur adoratione inferiori, quia est id, in quo tribuitur honor regis Regi, non autem id cui tribuitur per se honor regis: imago sancti adoratione inferiori, quia est id, in quo sanctus adoratur dulcis imago Dei, qui est id, in quo Deus adoratur latraria: non autem cui tribuitur per se latraria, vel cui tribuitur aliquod aliud genus, seu species adorationis, distincta ab ea, quia tribuitur prototypo.

Sed neque videtur mihi proprie habere locum hic adorationem latraria analogicam, & impropiam: hec enim habet locum, ubi sunt dux, distincte adoraciones, cum aliqua similitudine inferioris analogari, cum superiori deficiente a perfectione ipsius: si proposito autem est una tantum adoratio perfecta latraria diverso respectu, & ratione concordes imaginis, & prototypi.

po. huic posse, illi autem, vt est id, in quo hoc representatur, & in quo adoratur, quo sensu salvo, & sublatitudinario adoratiois, quæ denotari videntur, hoc nomine latræ propriæ & impræpotentia, seu analogie sumptus, non valde euro, strum in modo loquendi hoc ipso, quod eadem adoratio tribuitur imaginæ, & prototypo, ducatur imago adorari latræ analogice.

Lam ex his relinquunt declaratum, qua ratione imagines in adoratione conveantur cum validis sacris, &c. etenim hæc sunt suo modo id, in quo adoratur persona ad quam pertinet, ideoque adorantur eadem adoratione cum persona, quæ adorari ob diuersam rationem, quæ conuenit vtrique, scilicet persone, vt est id, quod per se, & rei vt est id, in quo illa per se adoretur, dicitur inferior respectu rei, eodem modo, quo respectu imaginisquæ pertinet exemplum vestis Iosephi adorari à Iacob, non in ipso Ioseph, quomodo adoratus per accidens vt pars, sed extrâ, vt referens Iosephum, & loco Iosephi. Atque ad hunc modum, haec enim dictum declarat adorationem barum retum, similiisque imaginum nostræ Valentia in controværsiis lib. 1. de Idolatria, cap. 5. & lib. 2. c. 7. dum docet imaginem, & res alias in adoratione esse vicaria prototypi, & hoc in illis adorari, vere tamen ipsas adorari, quamquam modo suo, & diversa ratione, dum videlicet, inquit, prototypum coram ipsis, non fecus ac si praefens esset, venerantur. Vbi illa particula, non fecus ac si præfensi esset, significat ipsum non adorari absentem in alio loco, vbi absens est, sed neque per se sumptus seorsim ab omni circumstantia loci, sed presentem ibi, vbi est imago, ac si imago esset ipsum prototypum: & hoc est vicie adorare imaginem, scilicet adorare prototypum in loco, & situ determinato, vbi non est ipse, sed eius imago, vel aliquid ipsis, in quod fertur actus adoracionis.

Præterea quod diximus eadem vera, & perfecta latræ adorari imaginem, quæ prototypum, bene docet Suar. disp. 54. fol. 4. verf. 4. infra, dicens imaginem Christi verè adorari latræ, sicut humanitas eius verè adoratur latræ, quæ adoratur ipse, quantus quid sit latræ non habeat ex humanitate, sed ex persona ipsius Christi. Rursus ibidem propter modum loquendi Conciliorum, & Patrum tribuentium infirmorum adorationem imaginibus, recte docet apostolus ad ea que diximus eundem actum esse latræ perfectam, prout terminatur ad prototypum, prout verò terminatur ad imaginem, non esse perfectam latræ, sed habere vim, & ratiocinem inferiorum adoracionis; quæ distinctio non est in re in ipso actu, sed tantum habitudine, & præcisione; sapientia enim invenire est unam indivisibilis actionem recipientem diuersos terminos, à quibus habet diuersas rationes, & denominations, sive hypotiores, & inferiores.

Prosector exempla quædam, scilicet amoris, quo amat Deus, & creatura secundum opinionem, quæ admittit posse diligi vno induitib[us] actu, qui prout terminatur ad Deum est amor super omnia, non autem prout terminatur ad proximum. Item visionis intuitus Dei, qui prout terminatur ad Deum, est beatitudo, non vero prout terminatur ad creaturas, Sed in his exemplis nō parum deficit similitudo, nam ratio cur creatura cognoscatur, & ametur dicta una visione, & dilectione, est in ipsis creaturae verè, & in te ipsis: ratio verò, ob quam imagines adorantur latræ, si sint Dei, vel dulia si sint suæ aliqui, non est in ipsis secundum rem; nec in vniuersum est in ipsis illa ratio, ob quam adorantur, saltem prout iam loquuntur de adoratione imaginum, quæ sit vna ipsa factum, & prototypi, (nam vtrum à prototypu deriuat ad ipsas aliqua ratio excellentia, ob quam sint per-

se adorabiles, dicitur inferior.) Prinde vno illo actu visionis, & amoris dicuntur creature amari, & cognosci per se propria cognoscibilitatem, & amabilitate distincta ab ea, quæ est amabilis, & cognoscibilis Deus; hec ament, cognoscanturque vno actu: ut verò imagines non solùm non adorantur actu proprio distincto ab eo, quo adoratur prototypum, verò nec propria adorabilitate, & dignitate distincta ab ea, quæ est adorabile prototypum, sed eadem omnino, quia in imagine adoratur ipsum prototypum secundum esse reale representatum in imagine, & terminans eius adorationem, & secundum adorabilitatem realem, ratione cuius illam terminat. Rursus visio illa, vt terminatur ad Deum est beatitudo, non verò vt terminatur ad creaturas; ut verò adoratio latræ est latræ, & adoratio vera Dei, tam vt terminatur ad Deum v[er]a vt terminatur ad imaginem ob rationem, quid imago sit vicaria Dei. Potest tandem aliquo modo valere hoc exemplum quod hoc quid actus adoracionis, qui recipit prototypum non in se, sed in imagine, & respicit duo tanquam unum terminum; nihilominus recipiat distinctionem inferioris, & superioris, non quadam à differentia excellētia maioris, & minoris, que sit in his duabus rebus, sed ex eo quid excellentia, que est ratio adoracionis, sit ratiōne in uno, id est, prototypo, & non in alio, id est, imagine, quæ quanuit in recipienda adorationem censetur unum cum prototypo, immo beatitudo ut prototypum, cuius est vicaria; adoraturque ob eandem excellentiam, tanquam rationem adorandi, tamen quatenus est imago, deficit in eo, quid illa excellētia non in isti secundum rem, & propterea adoratio, prout terminatur ad ipsam, & ad excellentiam secundum rationem, quæ est in ipsa, intelligitur deficere à præstantia, quam haber, prout terminatur ad prototypum, & ad excellentiam eandem secundum rationem, quæ est in prototypo.

Ex his constat quid sit sententia de opinione Gabrieli, qui primò quidem solum externum actuum adoracionis dicit esse vnum circa imaginem, & prototypum, ponit tamen duos internos, quorum vnu sit latræ propriæ, altera impræpotentia, dicendum enim est, esse tantum vnu actu, ut ipse in fine concedit dici posse de interno, & dicit de extero, qui actu sit latræ propriæ, vt terminatur ad prototypum, impræpotentia autem et ad imaginem, eadem est sententia Cor. dubensis super eis.

Argue ex his perspicuum est, quod suprad tractandum proposuimus, scilicet qua specie adoracionis adoretur imago, quando adoratur vt vnu cum prototypo.

Reliquum est videare, an adoretur per se, vel per accidens, propriæ vel impræpotentia. Durand. Olchor, & Mandulanus dicunt imagines impræpotentia adorari. Quidam tribunt Caietano, quid dicat imaginem non adorari, sed esse conditionem adoracionis, sed Caiet. ita loquitur: *Habebit siquidem hinc, quod minus adorari, ne, que imago Christi veneratur, terminatur ad imaginem Christi, vera est propriæ legendo. & post pauca art. Et ideo Christum, cuius si imago, est ratio, quod imago eius adoratur, & esse Christum in imagine, est conditionis in qua ratio adorandi mouit ad adorandum, & terminus adoracionis, vbi sane non videatur dicere imaginem esse conditionem adoracionis, sed esse Christum in imagine, seu representati imagine, esse conditionem, cur imago adoretur, ipsum vero Christum esse rationem cur adoretur. Minus tamen caritatem, & diuerso modo videat logini verbis sequentibus, datur occasio, ut censetur illa cere imaginem non adorari, sed esse conditionem ad orationis, dum subdit illa verbis: Et propterea non credatur adoratio eius bonor creature sed creatori, quia non tribuenda*

conducere adoratores, sed ratione adorandi, quae est ipsi Christus vbi forte loquitur de honore per se primus exhibitus.

Similiter quidam dicunt adorari per accidens imagines, eo quod non sunt obiectum per se primum adoracionis, scilicet Capitulo. m. 3. dif. 9. q. 1. Valquez ap. 1. 8. cap. 1. 6. & ex iis, qui admittunt imaginem adorari per lea distinctam adorationem, vel simili via cum exemplari, docent adorari per accidens, quando adoratur hoc secundo modo. Sicut dif. 5. 4. sed. 4. vers. 2. et 3. infra. Bellarm. lib. 1. c. 20. omnes tamen volunt in huiusmodi proprie adorari.

Multa videtur distinguendam, aliquid potest dici per accidens dupli sensu, primo ut idem sit ac per aliud, quo modo per accidens motu corporis, quod est proprium subiectum motus, tam anima informans, quam anima aliisens, vt Angelus, qui est in assumptione corpore mouetur. Secundum ut hoc, quod est esse in alio, & esse mobile per aliud, non conueniat villo modo per se. Nam primo modo mouetur per accidens tam anima informans, quam aliisens; secundo vero modo solum forma aliisens. Similiter adorari per accidens primo modo, prout idem est, ac per aliud conuenit tam corpori, quod est coniunctum animae rationali, quae est subiectum proprium excellitatem, & adoracionis, quam velibet, qua conjugantur trinitate, sicut & humanitati Christi, qua conjugantur Verbo, adorari latraria. Adorari vero per accidens secundum non conuenit corpori, quod per se vnit, & cui essentialem conuenit vniuersitate animae conuenientiam humanitatis Christi, cui non conuenient essentiale vniuersa persona. Verbi sed substantie substantiam creaturam, multo vero minus conuenit veluti, cui neque essentiale est esse in corpore, nec vniuersus per se. Porro imagini adorari conuenit per accidens tantum primo modo, nempe per aliud, quae excellit, ob quam adoratur, non est in ipsa, sed in alio subiecto, scilicet prototypo, & ipsa adoratur propter illud, & ut representativa illud, non tamen adoratur per accidens secundo modo; quia esse representativum prototypi, & suo modo esse vnum cum prototypa, non conuenit ipsi per accidens, sed per se; proinde conuenit ipsi per se adorari per aliud, & adoratione alterius, hinc it, ut adorari latraria aliqua ratione magis conueniat cruci, & imaginis Christi, quam eius humanitati: quia crux, & imago representant per se totum Christianum confratrem personam, & humanitatem, & non solum humanitatem, vt notauimus supra ex scriptura Synodo contra Ieronachos, obicientes animi Christum per eius imaginem, & habentes ordinem electualem ad illum, sicuti imago sanctissima Trinitatis ad ipsum humanum autem, solum adoratur ex eo quod sic coniuncta personae diuinae, quae adorari latraria, quam aliis ratione humanae magis est vnum cum filio Dei, quam imago, quas illa est vnum secundum esse reale substantiam, hec autem secundum esse representationem, & secundum hoc, quidem, non formaliter, & explicite, quia non nisi implicite Verbum representat.

Iam ut statuerat in imaginibus adorare, propter, vel in proprie, obseruantur off duplex actiones genere exerceri posse circa imagines, alterum earum, quae per se exigunt prototypum in propria figura secundum esse reale, non vero in imagine secundum esse representationem; & tamen fictione quadam intercedunt exercerit circa imagines, perinde ac si prescas esset prototypum in propria figura, hoc modo in exquisitam statuuntur statua etiam induit vestibus loco cadaveris, ad excipiendos honores, officia, obsequia defunctorum. Item sustinuntur in tribunaliibus, indicentiis, condemnantur, comburantur, cuiusmodi processus, & honoris solum conuenient exemplari-

bus in propria forma. Similiter per profopopaziam quendam concionatores alloquuntur imagines crucifixi, ac si essent praeclara seni, dicuntque que Christo non sunt in propria figura dicentur, videlicet, tu venisti, tu dixisti, tu creasti, tu redemisti, &c.

In his, & similibus actionibus imagines ita representant prototypa, & substituentur loco ipsorum, ut non proprietas, sed improprietate ipsis tribuantur. Alterum genus actionum est, quod non exigit per se prototypum in propria figura secundum esse reale, cuiusmodi sunt plerique actus adoracionis, scilicet salutationes, inclinations, genuflexiones, & in his ita representant imagines prototypa, ut ipsa proprie adorantur, & prototypa adorantur adoratione ipsarum, quo generi honoris etiam vasa, & vestes etiam separant adorantur: & primo quidem modo non accipiuntur solum ut representativa, verum superaddita institutione, seu fictione, iumentur, & finguntur ut praesentis in propria figura; & similiter, atque esse representativum, est ratio, & fundamentum, quod possint ita accipi. Secundo vero modo sumuntur solum ut representativa, qua videbunt quaedam actiones exigunt haec fictionem, quaedam non item.

Arius bene intelligitur quo modo, & quoque valeat exemplum legato Regis, etenim non potest conuenire illi idem honor, qui conuenit Regi, neque per actiones primi, neque per actiones secundi generationis, nisi ob fictionem, & institutionem; imaginis autem actiones secundi generis conuenient per se ex natura rei; quia per se ex natura rei habent quod sine representatione, ideo legato idem honor Regis semper conuenit impetratori; imaginis vero proprio modo dicitur. Tribuitur autem legato aliquis honor proprius, qui non conuenit Regi, sed est inferior eo, qui debetur Regi, & conuenit legato propriet Regem, tanquam proper rationem honoris, & tanquam illum, qui est id quo, non vero id quod. An vero conueniat similiter imaginis aliquis honor soli directe, exemplari autem non directe, sed solum ut quo, iam dicatur.

Ex his, & lupetius dictis constat, quid sit sentendum de eo quod dicunt quidam in imaginibus esse quasi velut prototypi, & hoc obicii quali velutum imaginis, & adorari eadem adoratione, ut adoratur velis; etenim imago cum vesti non potest comparari ut imago est, nam ut imago est, constitut ut vnum cum prototypo, non quidem per compositionem, & vniuersum, vt consistat vnum vestis, & velutum, & quae cuncte constant partibus, sed per identitatem mortalem, et si non phyciam, & potius cenceri debetur imago cum legato, seu vicario Regis, qui consistit vnum cum Rege, non eo modo, quo magistratus cum Rege, sed quadruplex Rex, tandem deficiat haec similitudo in eo quod non conueniat per se legato, vel protriecte esse idem cum Rege, sed ex deputatione; imaginis vero conuenient per se esse idem cum prototypo modo sapientia explicari. & nihilominus si accipiant ut vnum per compositionem, quomodounque accipiantur non adorari absque exemplari, nec ducent adorations, quandquidem nec velut sine illo adoratur.

An aliquo modo imago possit adorari non adorabile exemplari? §. 4.

Quodcumque haec de genere cultus, quo sint contulda imagines, dupli modo supradictam proportionem, scilicet ex natura rei, & ex vno, sua intentione adorantur. Hacenus dictum est de primo, iuxta quem ostensum est, imaginem sine exemplari minime adorari possit, et videtur, an possit secundo modo.

Dicendum

Dicendum primum, imago est obiectum adorantis, ut imago actu representans, aliquo neque sola, neque cum exemplari adorari debet. Hanc propositionem probant multi modis: quondam Conciliorum, & Patrum, qui cum ingent nos adorare aurum, lignum, as, &c. opponunt his praesentiam prototypi, quod quasi praeferebatur videamus, & colamus, idcirco eodem modo loquuntur de adoratione imaginum, quo de adoratione vestris, & vngla Iosephi in quibus Iacob venerabatur ipsius Ioseph, sic septima Syndodus, Leontius, Athanasius, & alij supra citati.

Probatur item ratione, quia imago spectata non ut actu representans, sed secundum se, & lineaem, & figuram, solum spectatus secundum esse physicum, & secundum propriam rei inanimatum, & bonitatem, seu dignitatem quam habet in ordine rerum inanimatarum, non autem secundum esse morale, non potest autem adorari secundum esse physicum, sed secundum esse morale; ergo nisi spectetur ut actu representans, non potest adorari. Major probatur, quia similitudo vnius rei cum alia, siue naturalis, siue arte facta, est physica, & quicquid est bonum, vel excellens tali excellencia, dicitur excellens excellencia propria; neque vero fatis est ad hoc ut aliquid si excellens excellencia aliena esse factum imitatione alterius; ars enim multa facit imitatione alterius, & imitatione alterius rei facta ab arte in alia materia, opera autem sic facta dicuntur excellencia, & digna dignitate propria, non aliena, physica, non mortali. Porro quando famuntur imagines, non ut actu representant, sumuntur secundum esse physicum, & secundum quod sunt digna dignitate propria. Nam probatur minor, quod non possint sic adorari, quia sic sunt digna dignitate propria, non aliena (non enim fatis est, esse factam rem imitatione alterius, ut sit digna dignitate aliena); ergo si afficiantur honore, vel contumelia, certe his nemo aliis affectur, nisi ipse. Confirmatur nam, ut bene notat Albert. Pius lib. 8. de imaginibus: si videamus imaginem quaecunque, non reveremur illam, donec sciamus an representet aliquem nominationem, & quem representet; ergo nisi actu nobis representetur, & cogitemus actu de excellencia rei representata, sed solum cogitemus actu de excellencia, quam cernimus in imagine, non adoramus; & si quis adoraret, vere adoraret rem inanimatum, eaque adoratio perficeret ad idolatriam, vel falsum ad superstitionem, & visosam subiectionem, qua creatura rationalis subiceret se irrationali. Consiematur, nam non potest res inanimata adorari propter aliud, seu cum alio, nisi propter aliquam virtutem, quam habet cum illo, qua censeatur aliquo modo vnum, ut omnes concedunt, qui volunt imagines proprie, & non solum abusivè adorari; hæc autem unitas imaginis non est per communitionem aliquam realis, quo modo unitas velis, ut super etiam notandum, nec solum est unitas, quam Arist. 5. Metaphys. sec. 10. docet esse fundamentum relationis, similitudinis, scilicet secundum qualitatem communione, nam hac ratione quicquid habet relationem similitudinis ad aliud, est adorandus, & colendum honore illius ergo requiritur alia major unitas, ut non solum censeatur simile, sed idem, & non solum sit unum ratione unitatis specie formæ, verum etiam unitatis singularis, & individuæ, quæ censeatur idem, hoc non potest ipsi conuenire, nisi quatuor actu representat prototypum, ita ut sit loco illius:

Dicendum secundo, etiæ vix fieri potest ut imago dom adoratur ut actu representans, adoretur sola non adorato exemplari directe ut quod solum habeat, tamen sine posse fieri, sic non per se illicita non est ea adoratio, dummodo exemplar adoretur iactem virtuali-

ter ut quod. Hæc assertio habet duas partes, primam partem, quod vix fieri posse, & probat auctoritas Aristotelis, & que supra prototypum exponentes illam, quod innotescit, & actus intellectus in imaginem, ut imago est, non distinguatur a motu, qui est in prototypum, sed sic vnu, & idem. Similiterque actus quilibet mortalis amoris, adorations, &c. in imaginem ut imago est, & in exemplar, vnu sit, tom cadent ratione, quia voluntas sequitur cognitionem; si ergo intellectus semper cognoscit, & proponit vnum adatable, & vnum terminum adoracionis, qui continuatur formaliter, & explicite ipsum exemplar, actus voluntatis per adorationem eodem modo terminabitur in illud explicite, tamen non est possibile terminare ditece solum in imaginem actum voluntatis, quoniam non est possibile terminari solum actum intellectus; in modo minus possibile actum voluntatis, nam esse cognoscibilis, & cognoscit per se, est aquæ communis rebus tam praeditis, quoniam existentibus ratione esse verò adorabile, non perinde est utruecum commune, quod si nihilominus propter ordinem, quem habet imago ut imago est ad prototypum, non potest terminare actum intellectus sine illo, multo minus potest terminare actum voluntatis, praesertim qui per se respicit personam intelligentem, qualis est adoratio.

Nihilominus quibuidam videtur non modo possibilis, verum etiam facilis actus adoracionis, quod in agendo adoratur ut quod, exemplar tantum, ut quod. Probat primò exemplis intellectus, & voluntatis: intellectus cognoscit veritates reuelatas, nixus prime vestitati, tanquam rationi formalis, absque eo quod prima veritas sit simul res credita: illo actu: cognoscit conclusiones propter praemissas, tanquam propter rationem credendi, absque eo, quod ditece cognoscat praemissas. Voluntas amat creaturas propter Deum, medi propter finem; absque eo quod illo actu amet directe ipsum Deum, & finem. Rex adoratur propter regiam dignitatem; absque eo quod dignitas ipsa regia per se adoretur. Respondeo, si in argumentis solitudo contendit fieri posse, ut intellectus, & voluntas fertantur in aliquod obiectum tantum ut quo; & non ut quod, quod solum ipsi prohabet se velle, & hinc velut declarare, quo modo fiat idem in proposito; vlerò obiectum non esse impedimentum ex parte facultatis animæ, quo minus hic fiat; ceterum facultates animæ non possunt idem facere, vbi cunctæ cognoscuntur, vel amantur duo simul, sed solum vbi in obiectis talium actuum est huiusmodi distinctio, quia vnum sit quo, alterum quo respectu actus, que distinctio perspicua est in dictis exemplis, in proposito autem non habere locum, satis ostendunt rationes hæc proxime, & superius allate; ducta ex eo, quod imago ut imago, & exemplar non comparatur cum actu, & motu, qui fertur ad illa, ut ratio adorandi, & res adorata; sed ut vnu terminus ut quod, & vna res adorata. Quare nec comparatur prototypum cum imagine, licet excellencia cum Rege, sed ut obiectum cum similitudine.

Eis his soluitur etiam secundum argumentum quod voluntas tendat in suum obiectum, ut propositum ab intellectu; intellectus autem possit proponere rem vnam ut amabilem ratione alterius, non confidando illam, ut per se amabilem; ideoque & voluntas possit tendere in illam directe, absque eo quod fertur in hanc directe; soluitur, inquit, hoc argumentum ex dictis, quia supponere debet prototypum posse sicut ut rationem amandi; & non ut rem amantam; sed cum ostensum sit imaginem non posselamari, nisi ut imago est, motum autem, qui fertur in illam; ut sic, fertur per se in prototypum, ut quod; huc fit

sic motus intellectus, sive voluntatis, sanè non video A. quod, non potest esse ratio cur imago adoretur, nec potest adorari. Maiorem admittunt omnes, qui sentiunt imagines adorari sine proprie, tunc, & multo magis, inpropiè, seu abusivè. Minor probatur, quia illi subiecto potest conuenire aliquis actus per se, solum soli, & proprie, non verò mediante alio subiecto, cui conuenit potest proprie, & per se immutare esse capax formæ, quæ est principium, & ratio per se eius actus; si enim non sit per se capax eius formæ, sed aliud aliud subiectum, per se tribuitur illi subiecto; alteri verò nulli, nisi mediante illo, cui prius tribuitur, & quatenus habet connexionem cum illo talen, qua fiat et communiceatur ipsi, quod tribuitur illi; sed imago non est per se capax formæ, quæ per se est ratio adorationis, quæque est formale eius obiectum; hac enim formæ est excellentia virtutum, quarum nullum aliud subiectum est capax, nisi natura intellectus; ergo non est adorabilis per se ratione formæ, qua fiat adorabilis, sed ratione subiecti, & mediante subiecto, cui talis forma inest; quando autem communicatur actus vni subiecto mediante alio subiecto, non communicatur illi, nisi recipiat, & quatenus recipitur in alio, præterea si aliud subiectum non sit forma, ut est quantitas, qua mediante recipiuntur accidentia in substantia, quæque est suo modo capax accidentium, venum sit supponit per se subsistens, & completum, ut est in proposito persona intellectus; ergo non potest adorari imago, nisi adoretur persona, & quatenus adoratur persona. Quæ C. sane doctrina ut valeat in physiciis, ita & multo magis in moralibus, non enim fertur amor, & venerationis, ubi est eius ratio, formalis, videlicet bonitas, & excellētia virtutum; ubi vero deest, non fertur, aut non nisi prius fertur, & quatenus fertur in subiectum, cui inest, vel formaliter, vel latenter virtualiter; etenim quod est per se subiectum proprium, integrum, & perfectum formæ, & actus adorationis in ipso fundati, non potest esse ratio adoracionis alterius vi formæ, sed ex eo quod sit adoratum, quod si dicatur forma moraliter, & metaphysice, hoc solum conuenit ipsi ea ratione, qua adoratur formaliter, vel virtu-

ter. Secundum hoc ipsum probatur exemplis iam proximi, & in principio p. o prima sententia allatis, scilicet fidei, & amoris, & quibus perspicue cernitur dictum discrimen; etenim propositiones fidei sunt per se vera, & hoc ipso per se scibiles, & credibiles, capaces medi, vel quo cognoscantur, quale est medium demonstrationis, & præmissæ; vel quo credantur, qualis est prima veritas. Proinde sola ipsa per se sunt res cognitæ, & creditæ, & obiectum materiale fidei: ipsius vero medium, & præmissæ, ac prima veritas solum sunt id quo, & rationes creduendi, & sciendi, & solum adhibentur, sive alias per se possint cognosci, & credi, credanturque, & cognoscantur, cum cognoscuntur dictæ propositiones, sive non. At vero media quatenus media ad finem, non sunt bona nisi bonitate finis, sive etiam sunt mala per se, qualis est medicina amara, proinde nec sunt amabilia, neque capacia bonitatis, qua sunt per se amabilia, saltem quatenus media sunt, sed solus finis est ita amabilis, & amarum, cum vero amarum non possit fieri nisi in bonum, non potest fieri in ipsa immediate per se, sed in bonum, & quatenus fertur in bonum, atque hoc facit illa amabilitas, non per modum formæ, quando non sunt capacia bonitatis, sed quatenus amantur, & quia amantur: hæc est mortis finis, quod impuecat ut amantur, & defederantur, & amore sui; ergo non possint amari media nisi ametur, & ex eo quod ametur finis, vel formaliter, vel virtualiter; et idem dicitur de creaturis, quæ amantur propriæ Deum, supponimus in D.

Secunda igitur pars probatur hoc modo exemplar semper est id quo, & ratio qua imago adoratur, sive quando adoratur eum exemplari directè adoratio, sive quando adoratur sola, si ita possit adorari; sed non alia ratione est id, quo adoratur imago, nisi quatenus ipsum adoratur ut tertius, & quatenus est id, quod adoratur per imaginem; ergo nisi adoretur ut

Deum

Deum non solum esse rationem amandi, verum etiam A amatum, & esse rationem amandi ex eo quod sit amatus.

Iam vero imagines, cum non sint per se excellentes, nec capaces excellentie, que est obiectum adorationis, sed solum prototypum; non comparatur cum illo, vt propositiones fidei cum prima veleantur, & medio scientifico, sed vt media cum fine, & creature cum Deo: quare non adorantur nisi adorato prototypo vt quod, siue implicite, siue explicite; sicut non amantur media, nisi amato fine, neque creatura propter Deum, nisi amato Deo per se vt termino vt quod, vel formaliter, vel virtualiter.

Idem dicendum de aliis rebus sacris, cuiusmodi sunt vasa, calices, &c. que neque sunt capacia formae, seu rationis formalis, sed solum adorantur quantum sunt aliquid eius quod adoratur, adoranturque ex eo quod illud adoratur, qua causa est, ut septima Synodus, & quidam Patres interdum dicant exhibiti imaginibus honorem, qui exhibetur his rebus.

Solum discrimen est, quod imagines sint media per se apta, & idonea ad hoc, vt adoretur prototypum in seipso, terminante adorationem, adhibentisque vt media conductuientia, & plenaria necessaria ad eam adorationem, non vero solum adorantur, quia sunt aliquid ipsius, cetera vero dicta res non sunt media requiri, nec apta per se conseruare adorationem, sed solum coluntur, quia sunt aliquid prototypi.

Denuo ipsum auctores prima sententia cum virgenter alignentur, concedunt prototypum virtualiter adorari vt quod: quantum videtur velle adorationem imaginis non fundari in celari o in eo, quod prototypum adoretur vt quod, in quo faciunt adorationem similem aucti fidei, & pitanit eam rationem de actu amoris, finis, & medioutum; sed non esse eandem, & adorationem pertinere ad hoc secundum exemplum petrifici supra ostensum est.

Iam de qualitate adorationis, an felicitate quando imago adoratur adorato, exemplari tantum virtualiter, adoretur eadem adoratione, qua prototypum; & an proprietate, vel inproprietate, idem dicitur quod adoratione, qua exemplar adoratur formaliter nam quantum attinet ad hoc quod est adorari imaginem ex eo quod adoretur exemplar, pertinde est hoc adorari formaliter, vel virtualiter.

Dicendum postrem, eti speculatim non videatur admittenda sententia, quia docet imaginem adorari posse solum vt quod adorato exemplari tantum vt quo, non vt quod, practice tamen ita est. Hanc assertione statio contra quosdam Theologos, qui hanc adorationem vt superstitionem condannant, nimirum chim sufficienti auctoritate optimorum Thelogorum, ideoque si minus possit quis acquisicere illi per locum intrinsecum, potest tamen per locum extinsecum, quantum satis est, vt sit tutus in conscientia.

DISPUTATIO LII.

Quæ modus loquendi sit observandus, cum agitur de imaginum adoratione.

RAIO dubitandi est, quia ex una parte di- ximus imagines eodem motu, & acti, & c. eadem specie adorationis cum prototypo adorati: & nihilominus eadem adoratio nem esse inferiorem, prout terminatur ad imaginem, superiorum vero prout terminatur ad prototypum,

nomenque speciei absolute; & principiis tribus adorationis, quacum terminatur ad prototypum, scilicet latia, & eadem videtur ratio de nomine dulci: vide fit, vt quoniam eodem motu, & eadem specie adorationis adoratur imago, nee aliquid via alia species distinguit, videatur dicendum imaginem adorari latia, seu dulia prout adoratur prototypum; at vero quoniam aboluta latia tribunt prototypum, & negatur imaginis, videatur dicendum non esse ita adorandum, propterea quidam hoc oblongantes mouent in propriae coniunctione non esse docendam multitudinem imagines adorare latia. Nam primò quitanus Patres, & Concilia dicant via adoratione adorari prototypum & imaginem, & adoratione huius adorari illud, tanquam sepe negant, & nunquam affirmant illas adorari latia in unitate septima Synodus art. 7. Concil. Senonensis cap. 14. Moguntinum cap. 41. Modus vero loquendi debet esse is, quem virgintate, & docent Concilia, cum praescriti Senonensis, & Moguntinum praescipiunt a concionatoriis admoneri populum, ne imagines adorem, intelligendo latia. Secundò proprius, ac germanus modus loquendi est; quem virgintate iij, qui abliurant heretices, atque in septima Synodo art. 1. Basilis Ancyranus, & art. 3. Constantinus Constantii Cyprii I p̄f̄opus abhorrantes hereticum, dicunt se recipere, & colere imagines; non tamen latia. Tertiò Patres nonnunquam negant imagines adorandas, quos Gupta diximus intelligentes de adoratione latia, scilicet Augustini, ep̄ph. 19. c. 11. & Greg. lib. 7. ep̄ph. 1. c. 9. lib. 9. ep̄ph. 9. Ad extremum vitandum est periculum, quod potest subesse, similius quicunque Catholicorum, & calumniam hereticorum, quod res inanimatas, veluti Deos agnoscimas, dum dicimus imagines adorari latia, videlicet cultu diuinu, Dei proprio. Denuo imago non nisi per accidens adoratur latia.

Alij vero neque abhorrent à modo loquendi, quod dicunt imagines adorari latia: neque volunt abstinendum ab illo in concionibus: & primù, quia re ipsa vera imagines Christi, & Dei adorantur aliqua specie adorationis, & hac alia non est nisi latia: debet autem populus doceri, & admoneri vt exercet actus religiosi, & pietatis veros, & legitimos.

Dicende Scholalici praefertini veteres absolue pronunciant imagines adorandas latia, nulla addita præmonitione, & cautione, quia hic modus loquendi per se virgintate. Sic S. Th. & eius interpres, sic Bonianus, Marfil, & alij.

Ad extremum non obstat, quod imago adoretur per accidens latia: nam humanitas Christi in Christo, & species panis in Eucharistia adorantur per accidens adoratione, qua per se adoratur Christus, & tamen absolute dicuntur adorari latia, etiam in concionibus ad populum; ergo similiter & imagines absoluere dici debent adorari latia;

Mibi videtur obseruandum in uniterium inter alias circumstantias, quibus distrahi contingit propositiones a sensu, aliquo vero, vel bono, ad falsum, vel malum; esse dispositionem, affectum, capacitem, sensum antecedentium, qui pro tempore viget: contingit enim variari huiusmodi dispositiones, &c. pro varietate temporum, & occasionum. Sit nonnullæ propositiones minus virgintabantur vigente heretice Ariji, Eutichitis, Nestorij, &c. quia illi sponspit tutti virgintantur, cuiusmodi nonnullæ protulimus q. 2. & 16. S. Thom. Itaque atate illa proxima Imperatoribus iconomachis, & Synodo falsi dicti septimi, quia obiiciebat nobis idolatria propercentum imaginum; septima vera Synodus, & Patres imperiis catabani falsam hanc calumniam à Catholicis auertere, affir-

affirmantes cultum, qui Deo debetur, dictaque latriam, nulli creature tribuendam, non tribui a nobis imaginibus, nimirum, ut id agnoscimus in Deo, & proper quod ipsum colimus latria, agnoscamus in imagine, scilicet diuinitatem, vt pacabant ipsi nos agnoscere, & quoniam nomen latris habet, & quidem in primis hunc sensum, vt significet cultum exhibatum rei propter diuinitatem, quia ipsi insit, & hoc sensu scribant imagines coli à Catholicis: propterea VII. Synod. & Partes absolutè negant illas coli latria, quanquam nec ita absolutè negant, quin semper addat aliquid, quo significetur tali sensu negare. Sic scripta Synod. ait, *Nor secundum fidem nostram veram latriam, qua sensu diuina natura conueni, magis etiam exprimit Trid. fff. 2. dicens: Non quid credamus in se aliqua in re animata virum, &c. Similiter Constantius Cyprii Episcopus: Adorationem autem qua sit secundum latriam, hoc est, Dei cultus finitissime Trinitatis reservabvi particula, hoc est, Dei cultus: explicat culturam eius, qui sit per se verè Deus. Thrasius in VII. Synod. art. 2. cuius verba vniuersa Synodus recepit, ait: *Nos dantes at in unum Deum veram latriam, & fidem nostram referre. Nota quod facit obiectum latrice vnicum & idem, quod facit vnicum fidei; fidei autem obiectu est Deus scilicet in propria forma, non autem imago ergo latris, quam negat imaginibus, est quod respicit Deum in propria forma. Adrianus in scripto de imaginibus supra cit. eadem fecit verba habet, que VII. Synod. in definitione. Deum omnium clarissime Epiph. Diaconus art. 6. VII. Synod. supra cit. tribuit adorationem, seu salutationem imaginibus, excludente latram. haec enim (inquit) est alta à simplici adoratione, quo loco habemus fundamento, & rationem, ob quom cuni dieamus adorationem imaginum esse in eadem specie, in qua est adoratio prototypi, videlicet latris, vel duliz, non tamen dicamus imaginem simpliciter adorari dulia, vel latris, quia nimirum sicut in obiecto, seu persona viuente, cui per se primum conuenit adorari, duo contemnatur, scilicet primò excellentię supra alios. Secundo effectus huius, qui est esse dignum, cui exhibatur honor, & adoratio; ratione priuata debetur illi agnitione, & profectio, quia agnoscas ipsum esse superioriem, & profitearis te esse subiectum: ratione secundi responderet illi actus honoris, & adoracionis, atque hi actus sunt natura sua distincti, nam agnitione, & profectio iam dicta fieri potest abesse adoratione, caue non potest tribui ipsi, nisi in propria forma, nam non nisi in propria forma conuenit esse, ac proinde agnoscere, vt excellens. Similiter actus honoris, & adoracionis exhibebit potest absque dicta agnitione, & professione factum explicitè, implicitè verò continet, vel non continet pro ratione termini, ad quem fertur, & terminatur; cum enim terminatur, & quatenus terminatur ad prototypum continetur illam implicitè, si adoratio formaliter, & agnitione excellenter, profectioque submissionis, saltu virtualitatis, cum verò terminatur, & quatenus terminatur ad imaginem, neque formaliter, neque virtualiter continet illam, quia non agnoscitur excellenter diuinitatis virtus, &c. in imagine, sed solim est simplex adoratio, seu veneratio: cadem enim excellenter, qui facit dignum adoratione, & honore prototypum, facit dignam adorationem imaginem, & eadem adoratione hanc, qua illud, dicit agnitione excellenter, & profectio subjectionis solum respicit illud. Nam verò nomen latris, & duliz, si attendatur natura vis nominis, non significat solum cultum, verum professionem subiecti, nisi, & agnitionem dominatus, & excellenter, in eo, cui exhibetur, idem enim est ac seruitus, sicut καρπόν, ac δάσιον, idem ac seruo: atque propterea quamvis eiusdem rationis, & speciei sit honor, qui exhibetur imaginis, & prototypi, nihili**

lominus hic actus honoris, & adoracionis prout exhibetur prototypo bene potest dici dulia, vel latris; prout autem recipit imaginem non potest dici dulia, vel latris, attenta vi hatur vocum, qua denotatur agnitione excellenter existentis in re adorata, & seruitus in adorante, sed solum retinet commune, & simplex nomen adoracionis, & hoc est quod ait Epiphanius, *modo sciamus excludi latriam, hoc enim est alia a simplici adoracione.*

Concludendum est igitur non esse absolutè in populari concione dicendum imagines adorari latris ad vitandum, tum recipi periculum, si quod subfelle idololatria in imperita multitudine, tum verò calumniam idololatria, quam etiam nostra aetate imponunt nobis heretici, cùm praefertim promptum argumentum habeant ad accusandum nos ab ipsa viam dicta vocis latris. Idem dicitur de voce dulie, cameti non perinde obnoxij simus calumnia idololatria propter hanc, atque propter illam; nam tribuentes duliam imaginem, confitemur tribuere illi seruitutem debitam excellentię sanctorum, & agnoscere hanc in re inanimata, non verò censeremur tribuere diuinitatem rei inanimatae, cùdēquem obscurum debitum diuinitati.

Quid si quis dicendo consequi poterit, vt circunfusa multitudine probe percepit quo sensu, & ratione adoratio imaginum dicatur latris, scilicet omni suspicione erroris, is verò laudandus esset. Ceterum ut bene notat Bellarm. lib. 2. cap. 22. qui haec docent, coguntur uti subtilissimis distinctionibus, quas vix ipsi intellegunt, nedium populus impetravit.

Ex his satistis argumento ducto à similitudine humanitatis Christi, & Eucharistie, que simpliciter dicuntur adorari latris, quanvis species ipsa Eucaristia, & humanitas Christi adorentur per accidens adoratione prototypi, id est, diuinitatis; cur enim non adoretur similiter imago, cùm praefertim supradictius terminus conuenire per se ex natura rei imaginis habitudinem ad Chriftum, propter quem adoretur, non sic autem humanitatis, & speciebus visionem cum illo, sed his per se cum pane, illi cum supposito creato.

D Respondeo quanvis conuenient humanitas Christi, & species sacramentales cum imagine Christi in vnitate, qua sunt vnum terminus motus, & adoracionis cum Christo; differunt tamen in nodo, & ratione vnitatis, & in modo, atque ordine terminandi ea differentia, qua tribuat latram non ita simpliciter imaginem, vt humanitati, & speciebus: etenim humanitas, & species panis accipiuntur vt vnum vnitate partis cum toto per compositionem, quia Verbum, & humanitas sunt via persona humana, species panis, & corpus Christi sunt vnum sacramentum integrum. Primò quidem vt sacramentum, & tes contenta sacramento, scilicet species, & corpus Christi; deinde vt sacramentum tantum, & sacramentum quod simul est.

E Respondeo quanvis conuenient humanitas Christi, & species sacramentales cum imagine Christi in vnitate, qua sunt vnum terminus motus, & adoracionis cum Christo; differunt tamen in nodo, & ratione vnitatis, & in modo, atque ordine terminandi ea differentia, qua tribuat latram non ita simpliciter imaginem, vt humanitati, & speciebus: etenim humanitas, & species panis accipiuntur vt vnum vnitate partis cum toto per compositionem, quia Verbum, & humanitas sunt via persona humana, species panis, & corpus Christi sunt vnum sacramentum integrum. Primò quidem vt sacramentum, & tes contenta sacramento, scilicet species, & corpus Christi; deinde vt sacramentum tantum, & sacramentum quod simul est, vtroque enim modo integrat vnum sacramentum Eucaristie, quod est signum, & causa gratiae. Præterea tertio se habet corpus Christi, vt velutum, opertum, & indutum visibilibus speciebus. Demum est per modum substantiarum, & quidem comestibilibus sub accidentibus, & qualitatibus sensibiliibus; sicut enim substantia panis, & qualitates eius sensibiles component vnum comestibile, ita substantia corporis Christi, & qualitates sensibiles panis cōponunt vnum cibum, & vnum comestibile, scilicet substantia corporis Christi comestibile per modum panisat verò imago, & prototypum non sunt vnum per compositionem vnitate partis cum toto; nam imago neque est pars intrinseca, neque extrinseca; non enim ita regit videtur comparari cum veste, vt supra nota uised sunt vnum physice quidem vnitate formae, seu figurae, quo modo

Aristot. s. *Metaphys. sex. 20.* ait: *Similia vero quorum qualitas una;* & mortaliter autem sunt vnum identitate, nam mortaliter spectatur imago, vt sit obiectum actuum mortali amoris, cultus, &c. sic autem quod sit imaginis center fieri prototypo, non eo sensu, quo quicquid sit manui, vel corpori, & in viuiversum parti, sit homini, & toti, sed eo sensu quo quemadmodum quicquid physice sit in homine extra speculum, sit in eius imagine in speculo, vna, eademque actione, & debet fieri in quaever imagine, vt sit omnino similis, sed non contraria quicquid sit physice in imagine, sit, aut debet fieri in prototypo; ita est cōuerso in genere moris quicquid sit imagini iniuit, vel honoris, sit prototypo; non autem contra quicquid sit prototypo, sit imaginis: sunt ergo vnum unitate identitatis, non autem compositionis.

Atque propterea videtur potius potiore ratione dicendum esse simpliciter abesse distinctione adorandum latram imaginem, quam humanitatem, vel species sacramentales, quia maior est vnitatis illius, quam istarum cum prototypo: & quidem hoc verum est, si identitas imaginis cum prototypo esset physica, sicut est physica vno humanitatis, & specierum cum corpore Christi. Ceterum hoc ipso, quod illa quoad hunc effectum terminandum actum moraliter, & tantum moraliter, est locus differimini, quod scilicet humanitas, & species sacramentales sunt vnum, illa cum Verbo, h[oc] cum corpore ipsius, id est, Cliviti secundum esse quod habet in re, eo modo quo sunt vnum partes cum toto; imago autem est idem cum prototypo secundum esse quod habet in alio, & videlicet in imagine, vbi non est secundum esse reale, sed representatiuum, & imago est ipsum prototypum, non secundum rem, sed secundum representationem, vt vicaria, in quo deficit ab esse vero, & reali. Hinc fit, vt adoratio que exhibetur humanitati, & speciebus, sit illa, que exhibetur Verbo, & Christo secundum esse reale in seipso, scilicet latra absolute sumptus propter compositionem, & vniomni realem, qua sunt vnum cum ipso secundum esse quod habet in te; adoratio vero que exhibetur imaginis sit illa, que exhibetur Christo secundum esse quod habet in alio, id est, in imagine, in qua habet esse representatiuum, non reale, deficiensque propertate ab esse reali. Vnde fit vt adoratio, que lumen terminatur ad imaginem, & ad Christum; prout terminatur ad imaginem, deficiat a perfectione, quam habet, prout terminatur ad terminum realem, quia simul vna, & uno actu terminatur ad realem terminum, vt habens excellentiam realem, id est, diuinitatem; ad imaginem vero non vt ad habentem illam, sed solum vt ad representatiem, sicutque simpliciter adoratio, non tamen absoluta dicatur latra, vt dicitur cum terminatur ad humanitatem, & species sacramentales, sed cum declaratione, &c.

Secundum differunt est in ordine adoracionis; etenim adorari, sicut & cognosci prototypum in imagine, & cognosci, vel adorari in seipso, seu per phantasiam, sunt duo modi per se differentes, & iuxta priori imago poscit per se terminari cognitionem, & adoracionem ad se, quod non poscitphantasiam, & prius ad se, quam ad prototypum, adoraturque ea mediante prototypum quodam transitu ab imperfecto ad perfectum, vt explicant Concilia, & Patres supradicti: at vero adorari Christum in seipso, vel in humanitate non sunt modi per se differentes, sed virtuoso modo adoratur ipse in seipso: proinde aque simpliciter dicuntur adorari latra humanitas, species sacramentales, & Christus ipse; non vero aque simpliciter imago, & prototypum, quandoquidem sunt differentes modi adorari in imagine, & in seipso: atque hos duos modos tradit. S.Th.2.2.q.103.art.3.ad 4. his verbis: *Dicendum quod mores,* qui est in imaginem quodammodo est in rem, non tamen motu,

qui est in rem, oportet quod sit in imaginem: & ideo reverentia, que exhibetur alieni in quantum est imago Dei, redundat quodammodo in Deum. Aliaramen est reverentia, que ipsi Deo exhibetur, qua nullo modo pertinet ad eum omagno & fecundum has differentias prior modus, qui policit per se duos terminos, est imperfectionis ut terminatus ad imaginem.

DISPUTATIO LIII.

Vtrum homo, & reliqua creatura ratione similitudinem, seu coniunctionis, quam habent cum Deo, possint adorari.

 *Vnde primum faciliter conuenient Theologi, scilicet hominem, vt imago Dei est, secluso periculo, adorari possit ex adoratione,*

qua adorantur imagines Dei, & Clivitis inanimatae, nimirum latra. Ita Alexander. 3.p.9.30.m.3.a.2. §.1. V Vald. tom. 3. c. 154. Caet. 2.2.9. 103. ad 4. dub. S.Th. hic a.3. ad 3. & Albert. in 3. dif. 9. a.4. ad 2. & 3. dum solium ratione periculi negant hominem adorandum: idem habent recitationes, Valsq. dif. 1. 10. c. 2. & 3. Sust. dif. 5. 4. fol. 6. pro cuius sententia declaratione obseruandum est in adoratione proximi, & Dei in proximo, posse nos procedere eodem ordine, & gradibus, quibus in amore corundem: triplex enim est amor, primus quo amatur tantum proximus, Deus autem non amatur eo actu, aut non nisi remotè, cuimodo amor est, quo volumus bonum proximum ex amore, quo ipsum diligimus; hic actus est amicitia, & non respicit Deum, vt obiectum amoris per se, sed vt obiectum formale obediens, quatenus imperat anandum proximum, vt obiectum vero amoris remotè, quatenus non solum valet autoritate ad imperandum, verum etiam bonitatem, proper quam dignus est vt fiat quicquid vult sine imperando, sive non. Similiter primus modus adoracionis est, quo adoratur, seu colitur proximus proper suam propriam excellentiam, qui cultus est vel obseruancia ciuilis, si excellencia sit virtutum ciuilium; vel dulia, si excellencia sit sanctiarum supernaturalium; & hic cultus similius non respicit Deum, vt obiectum adoracionis per se proximum, sed vt obiectum obediens, reuelatore vero vt obiectum excellens, quatenus omnis excellencia proximi derivatur ad Deo.

Secundus amor est, quo amatur Deus simul, & proximus, qualis est quando ex eo quod amemus Deus, & velim bonus Deo, volo bonum proximo, & ratio amandi proximi sit amor Dei amati, non solum vt quo, sed vt quod, & hic actus est etiam amicitia proximi, & simul Dei, scilicet virtualiter. Similiter secundus modulus adoracionis esse potest quo colitur homo, & Deus simul vterque vt terminus; & in hoc concuerit adoratio vtriusque cum amore viriisque. Differt autem prius, quod adoratio hoc secundo modo respicit hominem vt imaginem Dei, Deum vele, vt prototypum, sicutque homo terminus adoracionis, vt quod formaliter, tanquam imago, Deus saltem virtualiter, vt supra dictum est de omni imagine inanimata respectu sui prototypi, id est respicit Deum, vt adoratur in imagine, non in seipso, hominem autem vt id, in quo, & quo adorato adoratur Deus: at vero anot vtriusque respicit in seipso, secundum esse quod in seipso habet a parte rei. Hinc fit secundum, vt quatenus excellencia proper quam homo est imago Dei, si in ipso realiter, & faciat illum dignum cultu, & honore per se ipsum, ea proportione, qua excellencia, que est in Deo, facit ipsum dignum cultu, & honore per se ipsum, nihilominus eadem excellencia, in eo quod homo est imago Dei, non respicit ut est aliquid ipsum hominis, faciens ipsum per se dignum cultu, sed solum vt est imago Dei faciens ipsum dignum cultu, tanquam aliquid alterius, & proper excellentialiter alterius, que in ipso representatur, at vero amor iam dictus hoc secundo modo respicit bonitatem hominis, vt est in ipso,

E *tertius amor est, quo amemus Deum, & proximum, qualis est quando ex eo quod amemus Deus, & velim bonus Deo, volo bonum proximo, & ratio amandi proximi sit amor Dei amati, non solum vt quo, sed vt quod, & hic actus est etiam amicitia proximi, & simul Dei, scilicet virtualiter. Similiter secundus modulus adoracionis esse potest quo colitur homo, & Deus simul vterque vt terminus; & in hoc concuerit adoratio vtriusque cum amore viriisque. Differt autem prius, quod adoratio hoc secundo modo respicit hominem vt imaginem Dei, Deum vele, vt prototypum, sicutque homo terminus adoracionis, vt quod formaliter, tanquam imago, Deus saltem virtualiter, vt supra dictum est de omni imagine inanimata respectu sui prototypi, id est respicit Deum, vt adoratur in imagine, non in seipso, hominem autem vt id, in quo, & quo adorato adoratur Deus: at vero anot vtriusque respicit in seipso, secundum esse quod in seipso habet a parte rei. Hinc fit secundum, vt quatenus excellencia proper quam homo est imago Dei, si in ipso realiter, & faciat illum dignum cultu, & honore per se ipsum, ea proportione, qua excellencia, que est in Deo, facit ipsum dignum cultu, & honore per se ipsum, nihilominus eadem excellencia, in eo quod homo est imago Dei, non respicit ut est aliquid ipsum hominis, faciens ipsum per se dignum cultu, sed solum vt est imago Dei faciens ipsum dignum cultu, tanquam aliquid alterius, & proper excellentialiter alterius, que in ipso representatur, at vero amor iam dictus hoc secundo modo respicit bonitatem hominis, vt est in ipso,*

ipso, facitque ipsum amabilem, fieri sua proportione A recipit bonitatem Dei, ut facit amabilem Deum; & quia atmet Deum, & vult bonus ipsius, amax proximum non solum ut imaginem Dei (et si hoc modo potest amare, ut dicam) verum etiam prout est amabilis in seculo, & is, cui possimus bonum velle, & volumus in seculo. Hinc fit tertio, ut adoratio, qua adorari potest homo, ut imago Dei, ut latra, non vero alterius potest species, nam scilicet latra inferior, sicut culturae animalium inanimata, ex eam ratione, quod excellencia illa cuius est imago, & propter quam adoratur ut imagine, sit tanquam in Deo, non autem in homine realiter, sed solum secundum esse representatuum, ut dictum est de imagine inanimata: ut vero siue possit esse vnuus adus indivisiibilis charitatis, qui possit fieri in Deo, & proximam, siue non, sed sicut duo actus; tamen constat quod ad praesens artice, posse esse duos actus, & quidam diuersarum rationum, videlicet amicitia supernaturalis, qui distinguantur secundum varias rationes formales bonitatis create hominum, & increate Dei.

B Ad secundum dicendum, quod corpus illud infensibile non adoramus proprie scriptum sed propter animam, quae fuit eius unita, quam numerus Deo & proper Deum, cuius fuerint ministri.

Ad tertium dicendum, quod corpus mortuum alienum Sanctorum non est idem numero quod primo fuit autum vivere, proprie diversificatum formam, quae ex anima est, tam idem identiter materia, quae est iterum sua forma vivenda.

C CONCLVSI O. est esse adorandas. Probatur hoc modo: venerarum res quoque modo contingentes personas, quas diligimus; ergo & multo magis veneranda sunt earum corpora, & multo magis res sanctorum, & rursus multo magis eorum corpora. Antecedens probat tum auctoritate Augustini, tum vero ex consilio, & rationib[us] auctoritatis hominum effectu. Prima illatio est perspicua per locum a minori ad maius. Secunda probat ex maiori effectu venerationis, qui debetur personis sanctorum, ex tripli capite; nempe ex coniunctione, quae habent cum Christo ut membra; cum Deo ut filii, nobiscum ut amici, & intercessores. Tertiā ex peculiari ratione affectus venerationis, qui debetur nominatio corporibus sanctorum secundum triplicem honorem, quem habent a tribus personis sanctissimae Trinitatis, scilicet a Spiritu sancto inhabitante in ipsis, ut Deo in templo, ut anima in organis, filii incarnato, & post mortem rediutio, tanquam forma, & idea per corpus suum, cui per resurrectionem configurari, & conformari debet: a patre, cui velut fonte, & principio tribui solent opera quamvis communia reliquiis personis honorante eadem miraculis praesentibus ipsis, & in gratiam, & honorem ipsorum editis.

D I S P U T A T I O LVI.

An corpora, aliisque sanctorum reliquia veneranda sint.

SANTORVM hominū corporib[us], & reliquiis cultum negavit Eunomius, eumq[ue] sequitus Vigilat, telle Hier. epist. ad Riparū, & in lib. contra Vigil, sed ante hos, reliquias Martirū nō tā odio ipsarū, quām odio martyrij spuriis videntur Gnostici, quod negaret esse subeuda pro Christo martyria, que causa fuit cur Hier. dixerit antiquiorē fuisse hanc hæresim, & contra eam a Tertull. scriptum librum, qui dicitur Scorpianus. Eudem hæresim Hier. reuocat ad Iudeos, & Samaritanos, eo quod citra distinctionem omnia corpora defunctorum hoc solo, quod cadaveria essent, apud ipsos immunda essent.

Accedit Vigilantio Constantinus Copronymus Imperator, qui, ut scribit Suidas in eis vita, nomes vbi reliquias aboleti iussit, eandem hæresim fecitum est. Claudium Taurinensem testatur Iones Aurelianensis in lib. de cultu imaginarum; deinde VViclef, & VViclefista, telle Thoma VValdensis tom. 3. titul. 14. Eandem excitarunt Lutherani, & Calvinisti: nam Lutherus in serm. de cruce vult altissime sub terras abscondendas, ut fidem seductionis similitudinem Calvinius lib. de reformanda Ecclesia necessitatē, & in admonitione

ione de reliquiis. Magdeburgenses etiam multū dispu-
tant contra veneracionem ~~relictorum~~ in suis centuriis, nec
peperit Erasmus, qui prō more suo, ut platerac, sic
cultum reliquiarum sconstat notaret, nam in foliis
in Hieron. vt refert Alber. Pius lib. 9. de sanctorum cultu,
& reliquiarum veneracione, sic loquitur: *Nunc sanctorum
spirituum, & calceos ostentamus, sacrilegique genii habentes
parum reverenter atque lateare sanctorum reliquias, puto annulum
Anna, Georgij felicem, aut eadem Thome, hac quoque ve-
nerabundus excolamur. & in Colloquio de peregrinatione reli-
quie ergo, ita scribit: Quid sibi volunti ha pecudes, ut oscu-
lentur calceos omnium honorum virorum? quin eadem opera
portrigent osculari spuma, &c. & paulo post: Si calce,
fatuem venient ut argumentum frigida usia, non impro-
barem, &c. easterim imprudens est folcas, caligas, & sublig-
ria osculanda obrudere. praefabat ista non fieri, ne quid diffi-
cilius, &c.*

Contra has hæreses assertio catholica est reliquias
honesto loco habendas pię, & religiosi tractandas,
dignoꝝ cultu adorandas esse. hanc assertione pro-
bant rationes S.Thom. quarum efficaciam quanta sit,
ipsa expositione articuli, & verborū eius tradidimus.
Sed adhuc probatur ratione fundata in auctoritate
Scripturae, & Ecclesiæ; deinde verò sola auctoritate.
Pius argumētum est quid in viuierum personam
dignaꝝ adoratione contactu suo etiam alias res reddit
adoratione dignas; ergo reliquiaꝝ rā latè sumptu pro
rebus, quae solum extinfectus tangunt illas, quam ita
è pro rebus, que intrinsecus vivunt animæ, in qua
per se refiderat adorationis, & cum qua constitue-
runt personas, sunt dignaꝝ adoratione. Antecedēs pro-
batur Gen.28. vbi Iacob agnoscit vel sanctum locum,
in quo sibi apparetur Deus; sic enim habet Scriptura:
*Pauensque, quam terribilis est (inquit) locus iste, non est hic
alius nisi dominus Dei, & portas calcis, &c. confit: inquit locum
illum oleo.* Similiter Exod.3. dicitur Moys: *Locum, in quo
flavissima sancta est.* Marci 11. declarat Christus magnæ
religioni habendum templum, quando non solum
elecit vendentes, &c. verum non finibus ut quisquā trans-
ferret vas per templum, multo maiori ratione habendus
est honor corporis sanctorum, de quibus dicitur 1.
ad Corinth.6. *An nefici, quia membra vestra tibi sunt spiritus sancti.* 2. Regum 6. Ozia est affectu pī tergit
arcam ne labetur, tamen obiit, quod est argumētum
magnæ religionis & veneracionis, qui habeti volu-
tem illam inanimatam Deus, ut religiosiorum esse de-
clarauerit, quam vt etiam instant necessitate potuerit
tangi. Virga Moses edidit multa prodigia passim in
lib. Exod.4. Regum 2. dicit Elizas: *ibi est Deus Eliae tuum
nunc.* & percussit aquas pallio Eliae, quæ dimisit sunt
sicut prius eodem pallio ab Eliae, vbi vides, quemad-
modum Deus Eliae honorat Eliam in eius pallio. Elia-
eus lib.4. Regum cap.4. misit baculum suum ad susci-
tandum mortuorum, & quamvis Deus illud miraculum
ita perfici tunc non permisit, volens ut ipsam Eli-
eum illuc proficeretur, tamen hinc intelligimus fidem
& sententiam Prophetæ, qui in viuierum putar-
vit, Deum, qui personas amicorum suorum honorat, co-
rumque meritis, vel precibus mouetur in viuierum,
similiter honorate ipsos in rebus inanimatis, iisque
moneri ad aliquid perficiendum, eo quid in his re-
presentanter corū gratia, vel fides, qua valer apud Deū.
Matth.9. similitudo vestimenti Christi hoc solo, quod ad-
hereret eius corpori puerat mulier heymothroisla vi-
quedas sanctificatam, ut conferret ad sanitatem, ncc
sefelli illam opinio; Christus enim per taqū immitrie
exisse à le virtutem testatur, eoque declarat veram esse
opinionem, qua in viuierum putatas inanimatas
sanctificari, & virtutem habere hoc solo, quod perti-
neant ad personas sanctorum. Eadem vngaric homi-
num opinio cōfirmatur Alter.5. vbi agnoscitur virtus.

Ies. Regulus in 3.p.D.T. trsl. post.

A tūs etiam in umbra Petri à multitudine virorum, ac
mulierum exponentium ad illam infirmos. Similiter
que Alter.19. vbi de rebus Pauli Apostoli dicitur, ita
ut etiam super languidos deferrentr à corpore eius sadaria, &
semicincti, & recedebant ab eius longiores, & spuriis nequam
egrediebantur. S.Athan. in vita B. Antonij, scribit sibi reli-
quias ab Antonio pallium, in quo recordabatur, & ve-
nerabat imaginem sanctitatis Antonij, simili pietate
affectus, cuius Antonius tunica Pauli primi Eremiti
testatur Hier. in vita Pauli.

Iam quid ipsi sanctorū corporibus, & reliquiis sit
exhibitus honor, & veneratio, habetur primo ex eo
quid Dei. ultime, corpus Moysis dicatur à Deo pro-
priis manus sepulchru, vel, ut inquit Epiph. h. 9. manu-
bus Angelorum omnes Dei apparitiones, preser-
tati in veteri Testamento censentur facta ministeria
Angelorum. Gen.50. & Exod.13. olla lacob, & Joseph
magno cum honore conservatur, & sculptura tradun-
tur. Ruris Ecclæstic.49. dicitur de Ioseph, *Ossa ipsius
victus sunt, & post mortem prophetaverunt, idcirco dicuntur
prophetæ, qui secundum ipsius Iosephi prædictio-
nem alportata sunt; discerat enim, Vicitur vos Deum, as-
portare vobis omnia offera mea.* Quarto Regu 13. cadas er
Elixi excitauit mortuū ad vitam, quod sane miraculum
confit nullā aliam eis caufauit à Deo scđum dici pos-
se, nisi ad testimoniū olla Elixi digna esse honorē, nō
enim ad exaudiendam aliquius fidem, ne quidem ni-
xam meritis Elixi, nam non fuit appositum offibus
Elixi corpus alterius mortui, ut relungeret, sed ut
concederet sepulcro Elixi, quod supertencientibus
latrūculis opportunē occurreret, ne mora in extenuen-
do novo sepulcro periculum afficeret.

Secundū eiusdem debiti cultus, & adorationis argu-
mentū est manifestatio reliquiarum sanctorum facta
diuinis hominibus, ut in lucem educeretur, & agno-
scerentur; est enim magnus honor ipsa manifestatio
per se; itēmque finis, qui sane alijs esse non potest, ni-
fi ut exhibetur ipsi honor in Ecclesiæ, & ab homini-
bus quibus manifestantur.

De manifestatione corporis sancti Stephani extat
epistola Luciani, in qua significat sibi diuinus ostend-
sum cū corpore Nicodemi, & aliorū. S. Amb. recuelata
sunt diuinus corpora sanctorū Gerualij, & Protasij,
vt scribit ipse in epistola, quā refert Surius. Sozom. lib.
5. cap.8. narrat olla sanctorū Martytū Nefasti, & Euse-
bij fratribus, quā Gazelles miscerent cum offibus anima-
lium, ne internoſcerentur à Christianis pia cūdā fe-
mina diuinus reuelata fuisset. Idem lib.7. cap. vlt. olla
Abacue, & Michæl lib.9. cap.2. reliquias quadriginta
Martyrum narrat diuinus ostendas fuisset.

Tertiū studiū fidelium habendi huiusmodi reliquias,
& ab hoc studio profecte missiones, & translationes ab
vno loco, seu vrbe ad alia, quod ab initio frequēt fuit
in Ecclæ, et studiū, simulque testimoniū veneratio-
nis. Hier. cōtra Vigilatium, qui dicebat factilegos esse,
qui solēni cultu Sanctorū reliquias transferunt sic ar-
guēt scribit: *Sacrélegis fuit Constantinus Imperator, qui san-
ctas reliquias Andrea, Luca, & Timothei transpulit Constan-
tiopolim, apud quas demones rugunt, &c. sacrilegi & nunc
Ang. Arcadii, qui olla B. Samuelis longo pī rēponē de India
transfusa in Toscā. Iēannes Episcopi non solum sacerdotes
& fami iudicandi, qui rē vītissima, & cures dissolvent in ferro,
& vase auro portauerū fidelium omniū Ecclesiæ populi, qui
occurserūt sanctis reliquias, ita levitas, & planitas, quasi viventē
proprietate cernerēt, ut de Palestina usque Chaledone ingerē-
tur populū exanimata, & in Christi laude una uocis resonaret.*
Hec h̄ier. autoritatem, & sententia sua, & historicæ
narrationis scribit, & cōfirmat Cornelius Papa ep̄.1.
traflat de translatione corporū Petri, & Pauli suo té-
pore facta à Catacumbris ad ea loca, in quibus marty-
ria sunt passi. Gregor. Magni misit fertum catene,

& partem erucis ad Reccaredum Regem, ad quem extat eius epitola; & lib. 5. epistola 50. mittit partem reliquiarum Petri, & Pauli Reginae Francorum. Aug. lib. 9. confess. cap. 7. meministi translationis corporum sanctorum Geruafij, & Protafij. Chrysost. lib. de sancto Babyla descritbit summum honorem translationis reliquiarum huius sancti Martyris. Sozom. lib. 7. cap. 10. reliquiarum sancti Meletij Antiocheni. Eugenius lib. 1. cap. 16. translationem S. Ignatij sub Thiodotio iunctio re Antiochiam. Theodoret. lib. 3. cap. 36. translationem reliquiarum S. Chrysost. Omnia antiquissima fuit translatio ossium Ioseph facta à Moysè in Palestinam.

Quarto magnis miraculis ossa sanctorum honestauit Deus. S. Ambros. in passione B. Agnetis martyris referat ad eius sepulcrum mirabiles, ac diuinis visiones fuisse à Domino multis ostensas, signaque innumerata, & virtutes prodiisse. Illam exercitu virginum comitatum eius parentes pernoctantes ad sepulcrum vidisse, eandem ibidem vidisse Constantianum Constantini filium, & sanitatem obtinuisse. Narrat Leontius adl. 4. VII. Synod. è reliquis martyrum sanguinem fluxisse. Multa miracula variorum sanctorum narrant Patres orationibus editis in laudem ipsorum. Basilios, Mamanis, & Julitta. Nazianz. Cypriani. Ambrosius sanctorum Geruafij, & Protafij. Epiphanius in vita Isaiae. Exscriptis, & Iterem ferunt multa beneficia collata venerantibus eorum sepulcris. Palladius in historia Lausiaca cap. 26. narrat miracula reliquiarum Philemonis. August. lib. 22. de Cint. Dei. cap. 8. tot miracula dicit facta ad reliquias S. Stephani, vt ad ea referenda inultos libros scribere oportet. Gregor. Tironensis C lib. 1. de gloria Martyni. cap. 19. refert inuentas illas in ignibus. cap. 28. extinxisse incendium, &c. Hieron. contra Vigiliatum, & in epistola ad Enstochum, narrat ad sepulchra Eliasi, & Io. Bapt. atque Abdæ dæmones rugire confusuisse.

Eadem veritas probatur auctoritate Conciliorum, in VII. Synod. adl. 1. in confessione catholica Theodosij, & Basilij Ancyrani dicitur hanc esse traditionem Apofolicanam, & lib. 3. in litteris Synodis Theodoti Patriarchæ Hietosolymitan. ex Athan. & adl. 4. in vita, & miraculis sancti Anatolii martyris, & in disceptatione Leontij Episcopi, demum definitur à tota Synod. adl. 7. In concilio Laseranensi sub Innocentio III. cap. 62. sic habetur: *Prefatus decreto statuimus, ut antiqua reliqua amodo extra casum non ostendantur, nec exponantur venales.* Ibidem dicitur: *Invenimus de novo numero publici venerari presumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ.* Eadem veritatem definit Felix I. cum Concilio Romano epistola 2. decretale. Accedunt alia Concilia. Gangene ante 1100. annos celebratum, anathema dicit iis (nempe Eustathianis) qui memorias Martyrum, idest, reliquias execrantur. Concilium Carthaginense V. can. 14. edicit ne vila altaria, vel memorias Martyrum dedicentur nisi ibi sint aliquæ Martyrum reliquias, & aliter dedicatis evantur, vel admoneantur populus ne ea frequenter. Concilium Bracharense III. can. 5. statuit in supplicationibus thecam reliquiarum geflati debere manibus Episcoporum, aut aliorum sacerdotum. Concilium Moguntinum can. 51. prohibet sanctorum reliquias transferri de loco in locum sine consilio Episcopi, & libertate sanctorum Synodi, quod pertinet ad honorem sanctorum reliquiarum. Concilium Epammense in Gallia celebratum can. 25. prohibet reliquias sanctorum collocari in Ecclesiis, vbi non sunt clerici, qui sacris cibis pfallendi frequenter fanulantur. Accedit lex ciuilis decretum. C. de Episcopio, & clericis.

Ad extremum receperimus est hec veritas apud Patres. Clemens Romanus lib. 6. constitutionem cap. 30. Eorum (inquit) qui Deo vivunt, nec reliquie sine honore ma-

Amen. Tertull. lib. 2. ad tuarem dicit solitos esse fideles repteare in earetes ad sepulcrula vineula Martyrum. Basilios Psal. 115. circa illa verba, *Preiesa in conspectu Domini mors sanctorum eius, sic habet: In lege veteri mortici, na habent abominationem, nunc contra si mori cuiquam interrogatur pro Christi nomine, preiesa censetur reliqua eius; tunc si quis tangere, evadet, immundus erat: nunc Martyris ossa quipuis antierit ab gratiam corpori infidem sit quipus similitudinacionis parcer. Greg. Nazianz. oratione i. in Julianum, de Martyribus loquens. Quidam inquit vel sola corpora idem posunt quod anima sancta sine membris contineatur se benevolent. S. Ambro. serm. 93. de sanctis Nazario, & Celso in fine ita loquitur. Quod si dicas mali, quid honoris in carne iam resoluta, siue consumpta? honoris in carne Martis exceptis pro Christi nomine cicatrices, honoris carent membra, &c. & statim: Cur autem non honores corporis illud dilectes, quid reverenter & domines, &c. S. Chrysostom. de sanctis Iustino, & Alaxio si habet: Idcirco puto eos misericordiosos adorares, magisque fide reliquias eorum coninguitur inde benedictionem aliquam affectuamus. Cyrillos Hieros. eatech. 18. Vt autem inquit non solum anima sanctorum honorare, credat inquit quid etiam in corporibus mortuorum inest virtus seu potentia iacens in sepulcro. Et si mortui mortuorumque Prophete corpus autem, vivificant eti. Author libri de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 73. Sanctorum corpora, & principis beatorum. Martyrum reliquias, ac si Christi membra sincerissime honoranda credamus. Huc spectat quas supra protulimus ex Hier. August. & aliis. Multa etiam testimonia proferunt scriptores controverstiarum VValdensis, Alanus, Copus, Bellar. & alij.*

Soluuntur argumenta aduersorum. §. 1.

Patum quidè procax illa, turpisque diecatis, qua scutelliter ludit Erasmus verbis suprà recitat. Quid sibi volum be peccades ut osculum calcos omnium honorum virorum? quid eadem opera portigam suorum, & tibi corporis excrementa, &c. certè aut simili iocomate excipienda esset, aut indigna responsione censenda. etenim ea quæ anima suspte natura secum retinet, tuet, & seruat, vel ad integratem, soliditatem, & vitam corporis, qualia sunt earo, sanguis, &c. vel ad ornamentum, qualia sunt excrementa, quæ propter dictum utilia, feliciter coma, barba, capilli, vngues; recipiunt dignitatem ab anima hoc ipso quod ex instituto, intentioneque natura e sibi conficit, copulari, & seruat, prout mejori possumus animam in ipsis & personam, seu hac eū persona tamquam vnum cum illa colere per accidens cultu persona, & anima: quæcumque verò ipsam animam aspernatur, respuit, ac proicit à se, quæcumque sunt plerique superfluitates, quæ consequentia, & paritate rationis, seu potius dementia inferit Erasmus debere etiam colere quicunque colit illa; & reputati ut vnum cum persona arque anima, ea quæ ipsa contemnit, & temouit, abiicitque eminus à se.

Solutio primæ argumenti, & expositio loci

Math. 23. & Luce 11. Vx vobis qui ædificatis monumenta, &c. §. 2.

Aliis argumentis oppugnat reliquias cæteri aduersari. Primum dicitur ex cap. 23. Mat. & Luce 11. vbi aiuntur Iudei quid ornarent sepulcrum Prophetarū. *Vx vobis, qui adieciunt monumenta Prophetarum. Sed cōstat omnino, nullo modo dici posse hoc loco reprehendi erectione sepulcrum, honorisque sepulture.* Primum, quia iā olim vltatum fusile, & legitimum, ostēsum est suprà exēplo sepulcre oīlii Moysi, Ioseph, Propheta, & aliorum sanctorū; & de sepulcro Christi habetur illud Isaia 11. & erit sepulcrum eius gloriosum, quæ locum cōstat de sepulcro Christi intelligendū ex ipsis verbis, & Apostoli ad Rom. cap. 5. nesciō solum pro eo iōō, quo iacuit in illo Christus, verum pro toto cōfessū tēpore venerandū prædictiſe Isaia, dœct Hier. in epist.

*epis. ad Mattheum, ut migreret Bethleem. 1. Machab. c. 3. Si meon magnificenter illorum sepulcrum adficeat patri, & fratribus, nec propterea reprehenditur. Secundum ex fausto Paribus, & Scriptura interpretibus nullus est, ut notar VV aldenius tom. 3, cap. 131, qui dicat hoc loco reprehendi ornamenta sepulcrorum, & qui tra-stant hunc locum, eti non eundem sensum omnes sequuntur, omnes tamen docent aliud reprehendi, quani ornatum monumentorum. Ambros. in cap. 11. Lucas: *Nisi (inquit) adficiatis, sed emulato loco criminis effimerim.* Chrysost. hom. 75, in Marth. *Non quia adficiatis, &c.* Demum Christus *Matt. 23. & Luke 11.* reprehendit ludros, qui participarent, vel conscientient operibus malis patrum suorum: opera vero illorum non fuerunt crederes monumentorum. Itaque quicquid sit de sensu huius loci, nobis contra VV ele- phistas fatis est non habere locum sensum ipsorum. Nihilominus ut in vero sensu aliquid dicamus, scien- dum est variis proferri expositiones. Prima est Ter- tull. lib. 4, contra Marcionem cap. 27, communicationem hanc Christi, *Ue zibis. &c.* factam est ipse, quia erant filii eorum, qui Prophetae occiderunt; cum enim Deus peccata castigare in tertiam, & quartam generationem, peccatum illorum erat in his puniendum; sed quanvis veineque poslit hac exploitio applicari verbis Matthaei dicentis, *Fili ejus eorum, tamē neque omnibus eius verbis accommodari potest, neque verbis Luke dicen- tis, confessus operibus patrum vestrorum.**

Secunda exppositio est, eos reprehendi hic a Christo in eo quod patrum seculera imitarentur, sepulcra adficerant, & dicendo se patrum seculera detestari intersticiebant enim se consentire peccato ipsorum, dum nihilominus cogitabant de necesse Christi ita ha- bet Ambros. Beda, & alij. Sed huic expositioni vide- tur obstat, quod dicitur Iudeos contentire peccato patrum suorum in eo quod adficerent templis suis, quos illi occiderunt. *Quoniam (inquit) ipsi quidem eos occiderunt, vos autem adficiatis eorum sepulcra;* non vero in eo, quod meditarentur necesse Christi.

Tertia exppositio considerat cadavera occisorum ob duplum finem posse sepeliri; primò in honore mortuorum; secundò ad perfeiciendum id quod reliquum est homicidio, nimirum vt latet, & vt memoria eorum vna cum corporibus sepeliantur. Dicunt ergo qui- dam Iudeos extruxisse sepulcra Prophetarum, non in honorem ipsorum, sed vt completerent opus patrum suorum, sepelientes ipsos. Caiet, quem refert Bellarm. lib. 4, cap. 4, de religione. Alij vero dicunt Christum non quidem affirmare Iudeos eo animo sepulcra con- didisse, vt lateret homicidium, tollereturque memoria ipsorum, sed solum voluisse declarare opus hoc, scilicet extractionem sepulcri, quam ipsi probefabant in testimonium, & argumentum sanctitatis fuit, esse loem argumentandi communem, qui posset retor- queri ad probandam nequitiam ipsorum; cum enim sepulcra hominibus occisis extravi possint ob dupli- cem dictum finem, sanè ex hoc facto non minus posset probari nequitia, quam sanctitas ipsorum: ita Mal- donatus in cap. 23. *Matt.* Sed certè neque re ipsa dici potest extracta ea monimenta ad perfeiciendum ho- micidium ipsorum, & delendam memoriam Prophetarum: nam præcipue dicitur *Matt. 23.* *Ornati moni- menta vestrorum,* & dicitur, *si sufficiens in diebus patrum no- strorum,* &c. Nec proinde sumi potest hinc argumen- tum ad probandam huiusmodi nequitiam, nam qui ornat sepulcra, neque vult delere, quin potius feruare memoriam defundit, neque dat locum argumen- to, quo ex hoc facto nequitia sepulcriter probari possit.

Quarta exppositio est, quod dicta extractioni mo- numentorum subdit hypocrisis, & hoc reprehendatur

a Christo: quomodo autem subdit, tribus modis ex- pliqueatur. Primus est quod subdit in eo quod exterius profiteretur duci se religione, ac pietate erga Prophetas oecios in edificatione monumentorum, ac dete- stari peccatum patrum suorum, qui eos oeciderunt; interius tamen licet non probaret factum patrum suorum tamen intentio eorum in eo opere non erat damnare hos, & honorare illos, sed occidere Christum, & discipulos eius, & parare sibi viam ad hoc facinus diœto honore Prophetarum oeciosorum, & de- testatione delicti parentum, quo conciliarent sibi opinione, qua putarentur abhorrente a deo Prophetarum, proinde Christum, & discipulos eius, quos vole- bant occidere, non esse prophetas, & iustos. Quoniam vero Christus bene nouerat corda ipsorum dicit, ipsos ea extractione sepulcrorum testihecat quod contentiant operibus patrum suorum, quia pei illam para- bant sibi viam ad opus simile his operibus, quia dan- nabant, nempe ad exdem Christi: ita haber Tolet. in cap. 11. *Luce.* Sed profecto non videtur veritatem, quod tune demum decreuerint Iudei extruere moni- menta Prophetarum, quando decreuerunt occidere Christum, & ob hunc hinem decreuerunt illa extruere, nee est unde probetur; immo potius videtur aliud colligi ex locis citatis: nam Christus hoc opus ipsorum recenter inter alia opera vilitata, & communia Phariseorum, quia ibi numerat: deinde cum dixisset, *Te adficamus quod confessus operibus patrum vestrorum;* sub- dit rationem his verbis, *Quia ipsi quidem occiderunt eos, vos autem adficiatis eorum sepulcra.* Quare videtur velle Phariseos in ipsa adficatione sepulcrorum Prophetarum communicate operibus patrum, ac si totum fa- cinus confateret necesse, & sepulcro, & huius totius faci- noris partem fecissent patres, patrem ipsi, vt dicebat Caecilius.

Secundus modus hypocrisis est, quod ipsi tali ope- re bono, quod est extractio monimenti Prophetarum, & damnatio facinoris patrum suorum, acciperent opinionem, & famam virtutis, sicut alii plerique o- peribus, quæ ibidem enumerat Christus, non quidem intentione persuadendi populo se non iniuste velle occidere Christum, sed solum inueterata illa sua am- bitione famæ. Ceterum huic bono operi, sicut & re-

liquis ibi numeratis non responsum bona opera à lege precepta, sed mala, quæ ibi numerat, & inter alia inuidia vita Christi, & discipulorum, tametsi has Christus ibi non exprimat: & in hoc dicuntur con- sentire operibus ipsorum, etenim opera patrum ipsorum non fuerant fabrice monimentorum, sed occasio Prophetarum: quare cum dicitur Luce. 1 r. *Confessus operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem eos occide- runt, vos autem adficiatis eorum sepulcra:* particularum illam, *confessus operibus,* vult referendam ad particularum illam, *quoniam ipsi occiderunt eos,* non vero ad illam, *vos autem adficiatis eorum sepulcra:* hac enim est repetitio eius quod dixerat prius, eos simulare sanctitatem bo- nis operibus, ostenditque quo opere simularent, nem- pe adficiendo sepulcra.

E Hanc expositionem tradit Vasquez disq. 113, cap. 3. & bona est, ac verbis *Matt.* non incommodè aptari potest; sed nou ita commodè verbis *Luce.* nam Christus dum comparat Phariseos cum suis maioribus, & veroque pronunciat improbos, & impios circa Pro- phetas, aliquid tribuit maioribus, & aliquid diuersum tribuit Pharisæis, illis occisouem, his sepulcra: hoc enim notat particula aduersatua, *autem, cum dicit, vos adficiatis patres autem occiderunt;* & rursus statim particula, *quidem.* & aduersatua, *autem, feliciter,* *confessus quo- nam ipsi quidem occiderunt,* *vos autem adficiatis:* quia con- nexione particularum, & constructione verborum conflat particularum, *vos autem adficiatis,* non referri ad

verba remota, nec esse repetitionem precedenter, sed referri ad proximam, immedia tamque particularum, confessus operibus patrum vestitorum, quare certamen, seu causam reprehensionis videtur Christus agnoscere, & notare in extre monia seculorum.

Tertius ergo modus, quo & ipsi Christi sententia, & iam recitate expositiones possunt maiori ex parte conciliari, & eidem accommodari, est quod Christus velit dicta opera Scribarum, & Pharisaorum, videlicet erectiones monumentorum, iudicata ex facto, & rei veritate, non vero ex dicto ipsorum, neque ex specie illa facti, quam prae se ferebant: etenim factum ipsorum ad speciem, & dicta erant pia, reprobabant enim facinus patrum suorum, & dicebant se honore Prophetas, tamen veritas erat contraria. Primum quia Christus premisit hoc factum ipsorum esse hypocritism. Secundum quia parabant necem Christo, & eius discipulis: quare quod dicebant se non probare facinus patrum suorum, qui occidebant Prophetas, & damnare occasionem Prophetaum, recipia salfum erat, quia parabant necem Christo, & illa erectione monumentorum, que alias est argumentum honorandi Prophetas, & damnandi occasionem ipsorum, quae significare videbatur ipso Pharisaeos diligente, & honorante Prophetas, fallax erat; quia illi vero non diligebant Prophetas. Tertio quia supradicta Matth. 3. & Luc. 11. att Christus, *Via vobis, quia similes esis sepulcri dealbatis, que a foris parentem hominem usq[ue] speciosam, minus vero plena sunt sanguis mortuorum,* & omni specie, *sic & vos, &c.* & postea subdit, *Via vobis, qui adsciscis sepulcri Prophetarum,* &c. significans hanc esse vnam ex ostentationibus speciosis extrinseca, quibus intrinsecus non respondet veritas. Quartu[m] quia statim infra utrobius, id est, apud Matth. & Lucanum subdit, *Ecce ego misericordia vestra ad vos Propheta, &c. & ex illis occident, &c.* Quintu[m], quia etiam illud quod dicunt Pharisaei, videlicet, *Si suspiramus in diebus patrum nostrorum, non effemina facies eorum in sanguine Propheta, declarat Christus esse fallax, & siquidem non tam ex eo, quod dicta approbat facinus patrum suorum, t de quo non temere dubitari potest; at fatem ex eo quod meditarentur occasionem alijotum Prophetaum, idcirco enim subiungit illa verba: itaque refutatio ejus obviam est, quia sibi estis eorum, que Prophetae occiderunt, & vos impli-tes messeis, impatrum vestitorum, & infra ex una parte sumit omnes Prophetas antiquiores, & recentiores oscilos, & occidentos copulatum, vt unum agmen occisorum, & ex alia parte Iudeos veteres, & recentiores, vt unum agmen occidentium, dum ait, *Vt veniat super vos omnis sanguis iniurie in sanguine Abel, &c. & Ierusalem, Ierusalem, qui occidit Propheta, &c. & Relinquerunt dominum vestram defensam, &c.* quae significatur communio operata veterum, & recentiorum ad occidendum Prophetas.*

Quod autem a Lucas, Profecto refutat, quod confessus operibus patris vestitorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt: vos autem adsciscis eorum sepulcra: iuxta haec expositionem, quam tradidimus, duplēcē sensum habere posset. Primum, quod Pharisaei ex facto profiterentur se esse socios patrum suorum, quoniam fatebantur ad se pertinere extre monia Prophetais, quos patres eorum occiderunt: dicuntur autem consentire operibus ipsorum, non quidem propter extre monia seculorum, sed quia ea extre monia profitebantur, veteres, qui occiderunt, fuisse patres suos: ex alia vero parte ipsi meditabantur occasionem Prophetaum, id est, Christi, & discipulorum: hoc autem est, consentire operibus illorum, videlicet ipsa extre monia monumentorum agnoscere patres suos fuisse occidores Prophetaum, & nihilominus etiam ipsos filios velle occidere Propheta. Dici etiam potest, quod quoniam expresse & verbo, & edificatione sepulcri

A non consentirent ipsis, & forte neque mente, ramen factum ipsorum, itare dicta voluntate, censetur confessus; quoniam in hoc differt extre monia sepulcri facta ab eo, qui non vult Prophetas vivere, sed occidi, ab ea extre monia, que fit ab eo, qui vult eos vivere, quod prior sit ad petechiendum opus occasionis, non item posterior. Itaque quicquid ipsi dicent, vel sentient, nihilominus in recipia componere haec duo, scilicet extre monia monumenti Prophetaum, & voluntatem occidendi Prophetas agitos ut Prophetas, sicuti agnoscet Christum Iudei, de quibus dicitur Sapient. 2. Circumstantia infirmi, quoniam contrarium est operibus nostris: & Matth. 26. Principes scelerum, & omne concilium queritur falsa testimonium contra Iesum: haec, inquam, compone est extre monia monumenti esse confessum in occasionem in recipia, & ex natura actionis, quin etiam ex hominum iudicio, & astimatione, quicquid dicant illi se sentire.

Hac exppositio est ad mentem Ambrosij in cap. 11. Luce, ubi sic loquitur, Propheticorum adficatione tumultu seculorum eis, qui occiderunt, arguebant, & similium emulacione factorum sequebant paternae iniquitatis heredes. Euthym. in cap. 20. Matth. sic habet, Comprobato facta parvum, id est, ea quodammodo discipuli, ut ipso adficationis, qui occisi sunt splendida monumenta predicatorum audacia homicidiarum, id enim est de ea gloriansum, eamque probant: videremini siquidem in honorem eorum, qui occisi sunt ornata monumenta ipsorum, & ad accusationem parvum vestitorum pradiela facere nisi homicidium eorum imputari. C Quae verba Euthym. ferre sumpta sunt ex Chrysost. hom. 75. in Matth. & idem est sensus aliorum patrum, scilicet Hilarij in Matb. cap. 23. Hieron. & Theophl. in dictum locum Matth. Bed. & Luc. 11.

Soluitur secundum argumentum ex cap. 5.

2. ad Corinth. §. 3.

Secundum argumentum proferebant olim Iconomachi ex cap. 5. a. ad Corin. ut refertur in VII. Synodo act. 6. tom. 4. & nouissime Caluini, vbi dicitur, *ei cognomini secundum carnem Christum, id nunc iam non nominis: quo loco volunt post Christi resurrectionem quicquid carnale fuit esse triadendum obliuioni, foliumque retinendum, ac recolendum id quod est spirituale; omnes ergo Christi reliquia sunt obliuioni tradenda.* Caet. quem sequuntur quidam recentiores volunt hic distinguiri duo tempora, & vtrumque referri ad Paulum, qui prius ante conuersationem cognovisset Christum Melliss futurum Regem carnalem, & temporalem, quam opinionem etiam discipuli Christi aliquis tempore habuerunt: post conuersationem vero agnoscet futurum Regem spiritualem regni spiritualis. Sed non videtur accommodata textui haec exppositio; nam Apofolius proponit duo hominum tempora, unum quod spectarentur secundum se extra participationem pallionis, & resurrectionis Christi; alterum quod spectarentur post hanc participationem; hoc enim significant verba proxime precedentia, *Pro omnibus mortuis est Christus, ut & qui vivunt iam non sibi vivunt, sed ei, qui pro ipsi mortuus est, & resurrexit:* & huius exemplum ostendit in ipomet Christo, distinguens duo tempora, unum mortalitatis carnis, alterum immortalitatis verbi proxime subiectis, itaque nos ex hoc neminem nominis secundum carnem, nisi cognomini secundum carnem Christum, sed nunc iam non nominis: si qua ergo in Christo nova creatura vetera transferunt, ecce sunt omnia nova; omnia enim ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum: vbi sunt perspicuum est, distinguiri tempora vetustatis carnis, & nouitatis spiritus, non autem regni carnalis, & spiritualis; cui propositus

prolatus simile est quod dixit in epistola ad Rom. cap. 6. *Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patrum, ita & noi in mortuæ via ambulemus:* & hæc est communis Patrum expositio. Theoph. *Quia omnes (inquit) acceſi à peccato reniximus, & vivificati sumus per Chrysostomum per baptismum, mortuus neminem nouimus fidelium,* inquit, secundum carmen vinenem, *boc est, luxia veterem, & carnalem vitam;* omnes enim spiritus regenerati nouam, & spirituali vitam antepuciamur. Notandum verò est ex Chrysostom. verbum illud, secundum eam, cùm refertur ad homines idem esse quod in peccatis, cùm verò refertur ad Christum idem esse, & ac secundum mortalitatem, & affectiones corporis mortalitatis, & sensum esse; Apostolum post participationem redemptioem, & noua vita per Christum, neminem agnoscere oblitum peccatis, & affectionibus carnis, sicuti post resurrectionem non agnoscit earum mortalem in Christo, sed praeditam gloria. Hie est seculis communis Paterum cum Chrysostomo, scilicet Ambroſij, Anselmi in *com. lacon.* Augustini lib. 11. contra Faustum, cap. 7. Leonis serm. 1. de Resurrectione; Iona Aurelianensis lib. 1. de cultu magnum: cùndemne sensum sequentur Patres septuaginta Synodi, contra Iconomachos art. 6. tom. 4. ex quibus constat longè abesse à sententia Apostoli dictum sensum hæreticorum.

*Soluitur tertium argumentum ex cap. 2.
ad Colossenses. §. 4.*

Tertium argumentum sumitur ex eo, quodd Apol. *ad Col.* 2. damnet ritus, qui sunt secundum præcepta, & doctrinas hominum, & omnem ritum arbitrarium, quem vocat *ιδεορπησις*, tanquam stultitiam: cultus autem reliquiarum non est à Deo institutus, sed est voluntarius, & ab hominibus excoigitatus.

Respondeo primò, cultum reliquiarum non esse inuentum hominum arbitrarium, sed introducendum interpretatione voluntatis diuinæ, cuiusdemque inspiratione, constat multis argumentis, quibus ostenditur est Deum honorare illas, & velle à nobis honorari. Deo secundo, aut attenditius vis vocabuli, *ιδεορπησις*, aut propositum Apostoli, si primum, certè nomine hoc æquè in bonam, atque in malam partem accipi potest; in malam partem *Ιδεορπησις* accepit Nazianzenus orat. 1. contra Iulianum, nempe pro cultu demonum: in bonam verò accipit *Apol.* 16. in illis verbis, *Secundum certissimum scilicet nostra religione vixi Pharsaei; vbi nomen illud, religio, Graec est, Spanicas. Similiter ιδεορπησις, id est, voluntaria religio, significante potest vel superstitionem, vel plium, & religiosum cultum sponte suscepimus. Iam si attendatur secundum scilicet propositum Apostoli, ipse accipit vocabulum pro superstitione, vt bene Ambroſ. & confit ex verbis superioribus: agit enim ibi de ritibus Iudaicis, vt placeat Hieron. Chrysostomus ambiguitate tantum de iis, vel etiam de ritibus, & doctrina Simonis: probabile verò est agere de vtrisque. Interim constar Apostolum non reprehendere cultum omnem voluntarium, id est, non preeceptum à Deo, sed ab homine excoigitatum; sed cultum superstitionis; itaque nihil concludit ex hoc loco Calvini, nisi prober cultum reliquiarum esse superstitionem.*

*Soluitur quartum argumentum ex corpore Moysis
à Deo occulito. §. 5.*

Quartum argumentum sumunt ex eo, quodd Deus Deuorum, utrum abscondit Moysis corpus, cur aures absconderet causa fuit, ne à Iudeis adoraretur. Idque

A confirmant ex altercatione, quæ, vt fertur in epistola Iude, intercessit inter Michaelem, & diabolum de Moyi corpore, voleente diabolo illud manufactare, ut præberet occasionem, qua adoraretur a Iudeis. Respondere varia esse opiniones de causa dictæ alterationis. Beda enim exponeat hunc locum Iude intellegit illum de corpore Moyi mystico, id est, de populo Iacitacio, quem Michaeli luiceperat liberandum à captiuitate Babylonica obſtante libi diabolo, ut habetur Zacharie 3. Hoc ipsum vel certè aliquid, quod non pertinet ad eadem Moyis, necesse est dicere eos, qui opinantur Moysen nondum obiisse, nec eis sepultum, sed viuentem translatum, sicut Henoc, & Elias, scilicet Ambroſ. lib. 1. de Cain, cap. 2. Hilarius in cap. 17. Matth. Greg. Nilien. in vita Moyis. Quanquam fatus firmis argumentis sententia hæc refutatur à Ruperto in cap. vii. Deuter. In catena Parrum Græcorum habetur diabolum voluisse vendicare libi corpus Moyis propter homicidium in Ægypto commissum, Michaelem verò rekitisse.

Omnium oportima, & communissima est expositio, corpus Moyis occultatum, ne à Iudeis coleretur pro Deo, & diabolum, ob hanc ipsam causam, ut adorareret, pugnasse cum Michaeli. Sed non video quid hinc pro se colligat Calvini: nam primum hæc occultatio solum fuit ad occurrentium occasioni, & periculo, ne cultus diuinus exhiberetur Moyis: nos vetò non dicimus tribuendum reliquis sanctorum cultum diuinum, & si subesse aliquod eiusmodi periculum, cuius non alter, quām abſconſione reliquiarum, posset occurri; diceressemus eis abscondendas. At certe petrūculum hoc fuit singulare, primum quidem ex una parte spectante vehementi propensione illius gentis ad idolatriam. Deinde ex alia parte spectante præstantia Moyis vsque adeo admirabilis, & insigni tam verbo, quam potestate, magnitudineque operum supra omnem in memoriam hominum, qui usque ad eam atrox vixisserunt: vt non immerito timeri potuerit, ne qui vitulum autem, itēquem serpente aneum, quod eius intuitus contulerit ad ascendere venena, aliaque monstra terrarum pro diis habuerint, haberent etiam pro Deo virum vilqueadeo suspicendum, & singularem inter homines. Non coluerit illum vt Deum, dum viuenter, quem nimur vidubant tam severè interdicentes cultum cuiuscunque rei, vel personæ extra Deum, sed coluissent mortuum, præstrent vigente rure errore Gentilium, qui passim prædicabant Heros suos morte ipsa transiit ad celum, ibique cenfeti inter Deos.

Soluitur quintum argumentum ex autoritate Comiti Elberitan, Hieronymi, & Auguſtini. §. 6.

Quintum argumentum sumitur ex Concilio Eli-beritanus, seu Elbertino can. 34. vbi sic habetur, *Ceres per diem placuit in cererio non incendi, iniquitatem enim sanctorum spiritus non sunt. Similem sententiam habere videtur Hieron. contra Vigilanti. post epiph. 53. cap. 3. cùm enim obiecisset cap. 1. Vigilant. Prope rūm Geniliū videmus sub prætextu genitis introductum in Ecclesiæ, sole adhuc fulgenti meles cererum ascendunt, & vicinique puluisculum nefis que in modo usq[ue] pretiis linceum circundant, osculantur adorare;* S. Hieron. post multa cap. 3. sic respondeat: *Ceres autem non clara luce accendit, sicut frigida calumnariat, sed ut melis umbrae hoc solitudo temperatur, & vigilamus ad lumen, ne cœsi tecum dormiamus in tenebris. Quid si aliqui propter imperitiam, & simplicitatem secularium hominum, vel religiarum finitimarum, de quibus vere possumus dicere: confiteor Cœlium Dei habens, sed non secundum*

cundam scientiam; hoc pro honore Martirum faciunt; quid in de perdit?

Relipendo Concilium Elbertinum agere in vniuersitate de sepulcris omnia deiunctorum Christianorum, non vero nominatum de sepulcris Sanctorum; & prohibere viuus genas osnici duntaxat id est, accensionem luminum. Perpetuam vero inde inferitur, non esse adorandas reliquias sanctorum: nam ex eo, quod negemus aliquod obsequium defunctorum omnibus absque delicto, siue habeantur ut sancti, siue ignoretur quales sint, non sequitur negari illi, quos ut sanctos agnoscimus, & veneramur. Item ex eo quod prohibetur aliquod determinarum genus officij, non sequitur negari omnes officia, omnemque honorem; imind hoc ipso quod prohibetur tantum vium determinatum, videtur compribatur cultus in alio genere obsequij. Itaque tota res huc vertitur, num irum quare Concilium Elbertinum prohibeat accensionem luminum sepulcris defunctorum Christianorum absque delicto, & an licet accendere? Quod genus questionis est vaide diuersum ab eo, in quo veritas: & dicendum est, legitimum esse vium luminum in funeribus, & sepulcris mortuorum, neque prohibutum hunc à Concilio Elberitano, sed solum superstitionis usurpatum iuxta mortem Gentilium, qui ritibus superstitionis defunctorum animas invocabant, quin etiam credebant corpora eorum aliquem sensum, & oblationem his luminibus percipere: versabantur autem tunc Christiani inter Gentiles, ideo admonendi erant. Quod autem ait, inquit enim fanum spiritu non sunt, non refertur ad fidèles viuentes, qui offenduntur, vt sentit Garlas Loayza apud Valquez disputatione, lib. 7, sed potius ad spiritus defunctorum, vt melius opinatur Suarez, disputatione, lib. 2, cap. 4, de reliquis sanctorum, & ipse Vasquez, qui non alia ratione dicunt inquietari, nisi quia displicat ipsi aliquid superstitionum in eorum honore, & leuamen fieri, sicut Ambrosius, lib. 2, epist. 8, ait non debet manifestari lacrymis animam sotoris defunctæ.

Hec etymon quidam varie exponunt. Mihi videatur ipsum respondere, quatenus oportet ad refutandum calumniam Vigilanti, & proprieťas trahit. Primo docet vium legitimum cereorum, quem nec ipse Vigilantius merito reprehendat, nimirum ad solitum contra tenebras noctis. Secundo de accensione luminum interdui ad honorem Martirum, & non ad fuggandas tenebras, docet etiam id quod certum est, vt non dispiciat interim quatenus, & quo modo, & quousque licet; nimirum quod si aliqui seculares viri, vel foeminae de numero imperitorum, de quibus reverè possimus dicere habere zelum Dei, non secundum scientiam, eos accendant in honorem Martirum, & mulantes in hoc Gentiles, vt sicut illi luminibus accensis columna sua idola, ita ipsi nostros Martires, vt magis exponit infra Hieron. contra ipsum Vigilant. peritringent Christianos, quod in hoc initiantur Gentiles; non sunt propterea reprehendendi, sed laudanda eorum fides, quippe quia etiam mercede sit recepta propter eiusmodi obsequium, etiam Martires non egeant luminibus; sicut laudauit à Christo obsequium Magdalena effundente virginem, licet Christus illo non indigeret. Vbi S. Hieronymus declarat nihil aliud posse reprehendi in tali obsequio luminum à Vigilante, nisi quod effet superfluum, & nihil conferre ad sanctos, & docet, quemadmodum quanvis non sit necessarius, tamen proficit ad meritum.

Tertio ubi Hieron. dixit id quod sat est ad refutandum Vigilantum absque eo quod ostenderet quemadmodum pius, & bonus sit vius luminum in Ecclesia; docet deinde quemadmodum pius si ibidem in-

scia, nimirum ad signum letitiae, & argumento dulcedo ab' vnu Ecclesiæ accedentes luuen, cùm legitur Euangelium.

Proferunt etiam quidam locus Augustini in lib. de moribus Ecclesiæ cap. 34. vbi inter multa, quis reprehendit, art. Non scipulorum adoratores. Relipendo, de hoc loco fas supra diximus in dñe de cultu imaginarum, licet cadavera illorum sepulcrorum, vel non sole sanctorum, vel leuorum sanctorum, tamen in illo rita cultus, & adorations fusile abusum, & superstitionem, quam duntaxat, & nihil aliud reprobata Augustinus.

Solutio argumentum à ratione. §. 7.

B

Vltimum argumentum sumit ex eo, quod in reliquiis sanctorum manet materia prima, præter hanc verò, aut nihil, aut tantum quantum cum quibusdam accidentibus: quod si talis est hec tantum inane ad hoc vt adoratur; certe cùm scire possit non solum eadem materia, verum etiam quantitas, & quedam accidentia in quo libet compotito, quod ex illa materia gignetur, cuiusmodi sunt vermes, &c. præterim secundum sententiam, quæ in corruptionibus, & generationibus non admittit resolutionem usque ad materiam primam; consequens est multa adorari debet indigna adoratione.

Respondeo, sicuti res, quæ adorantur ratione representationis, ratiū adorantur, quandiu retinent figuram, ratione cuius representant, v. g. crucis, imaginis, &c. ita res quæ adorantur ratione habitudinis, quam habent ad personam, ex eo quod censentur aliquid personæ adorantur quandiu retinent id, ratione cuius censentur aliquid personale: censentur autem aliquid personale, quandiu moraliter conferi possunt aliquid alterius, quod videlicet neque sint conuersa in individuum alium alterius speciei perfectæ, neque sint factæ pars alterius individui per co-motionem, & transmutationem, &c. Dixi je file spe- ciei, non imperfectæ, cuiusmodi est forma cadaveris, reductio ad perficiem, sicut etiam elementa, quandiu durat aliquo modo mixtio, quia constabat persona cum aliquibus eius qualitatibus, vt propterea censentur possunt aliquid persona.

DISPUTATIO L.VII.

Qui cultus debeatur sacris reliquiis.

 VANIS erux Christi habeat aliquid peculiare, quod non habent plerique reliquie sanctorum, & ipsiusmet Christi, nimirum ut fungatur vice imaginis, & repræsentet Christum, proprieťate scorsum de ipsa an si colenda, & que cultu, supra tractatum sit; nihilominus in eo quod sit aliquid persona Christi, ratione contatus, censetur inter reliquias communis ratione cum reliquiis sanctorum, & ipsiusmet Christi. De omnibus ergo existunt tres sententia.

Prima est reliquias duplicit modo adorari posse; primo per se scorsum, tanquam totam materiam adorationis: secundò vt coniunctas cum personis, quatuor suorum reliquiarum, ita vt persona ipse per se primò adoratur, reliqua autem coadjuvatorum; licet enim ipsa separata sint à personis; tamen mente possunt vt coniunctæ apprehendit, sicut vestis sancti Francisci separata potest cogitari, & coli, quasi esset coniuncta, quia distinctione vñ sunt etiam agentes de imaginib. Dicunt ergo hoc polteriori modo reliquias adorari eadem

cadem adoratione, qua adorantur personæ; primo vero modo adorari adoratione inferiori, & diuero actu ab eo, quo adorantur personæ, & ipse cum personis. Ita Sua. diff. 55. sed. 2.

Secunda sententia admittit hunc modum adorationis, qua adorantur reliquias per se ictus ut tota materia adorationis, cuius ratio formalis sit sanctificatio, quam habent a persona, seu persona ut quo, & ut sanctificans: ceterum de altero modo adorationis, qua adorant simul vt vnum cum persona, non meminunt agentes de aliis reliquiis, sed solum agentes de cruce, quæ habet aliquid peculiare, quod non habent alia, scilicet esse representationum. Ita Bonaventura in 3. sententiâ, cuestione 9. art. 1. quæst. 4. in corpore, & ad argumentum, Richardus ibidem art. 2. quæst. 3. Paludanus quæst. 1. art. 3. Matil. in 3. quæst. 8. art. 2. dub. 1. conclusi. 2. & 3. Idem docuit S. Thom. in 3. distin. 9. q. 1. art. 2. q. 4. different autem in qualitate adorationis: nam Bonaventura statuit adorationem ex vi nominis, eiisque species, scilicet latram, vel duliam, conuenienti rei capaci laudis, & honoris ob virtutem, quales solum sunt personæ prædictæ ratione, quibus exhibetur honor in testimonium virtutis, & vt obsequium famulatus, id eoque non tribui cruci, vt res est, sed locum ratione crucifixi, qua ratione tribuit ipsi cultus latram. Alium vero honorem tribui etiam rebus inanimatis, ratione aliquius alterius excellentie: hoc modo exhibetur honor sacramentis, & cruci Christi, quem honorem art, neque esse latram, neque duliam, sed vocari posse honorem venerationis. Alij, vt Richardus, non explicit cuiusmodi adoratio sit. S. Thom. ibi dicit esse hyperduliam. Probatur haec sententia ex Damasc. lib. 4. de fide, cap. 1. vbi ait, lignum crucis, in quo Christus mortuus est, venerandum non solum ratione representationis, sed quia ipsa contactu, & passione Christi sanctificatum est. Secundum probatur ex differentia inter rationem adorandi imagines, quæ est esse representationum, & representare, & rationem adorandi reliquias, quæ est contactus persona sanctæ, & cultu dignæ: nam ex priori ratione habetur adorari rem representatam per se in imagine, & cum imagine: ex posteriori vero habetur aliqua dignitas in re, quæ interligitur reliqua ex tali contactu, vnde huc ipsi sit per se adorabilis.

